Pommersches

Urkundenbuch.

II. Band.

Erste Abtheilung.

1254—1278.

Bearbeitet und herausgegeben

von

Dr. Rodgero Prümers,

Archivar zu Stettin.

Stettin, 1881.

In Commission bei Th. von der Nahmer.

Nachträge zu Band I.

144[a].

1207 Januar 5. (nonis Januarii) Romae.

Pabst Innocenz III. befiehlt dem Bischof (Sigwin) von Camin, dem Erzbischof von Gnesen (Heinrich) den schuldigen Gehorsam zu erweisen.

Innocentius episcopo Pomeraniae. Venerabilis frater noster Gnesnensis archiepiscopus, in nostra proposuit praesentia constitutus, quod tu debitam ei obedientiam exhibere recusas. Quia igitur pati nec volumus nec debemus, ut dignitas ejusdem archiepiscopi per quemquam temere minuatur, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatenus obedientiam et reverentiam debitam ei impendere non postponas. Datum Romae apud sanctum Petrum, nonis Januarii, anno nono.

Gedr. in Epist. Innocentii, lib. IX, no. 1035, bei Bréquigny II, no. 1035; Potthast Regesta I, Seite 252 Nr. 2958.

223[a].

1224 September 5. (nonas Septembris) in castro nostro Nakel.

Herzog Wladislaw Odonicz von Polen bestätigt dem deutschen Orden 500 Hufen am Pieleborgschen See.

Wolotslaus domini Odonis ducis Polonie filius, dei gracia dux de Calis. Quoniam ea que personis religiosis ad honorem dei conferuntur, necessarium est omnimodis (!) confirmari, ideo, que superna favente gracia, pro salute nostra atque parentum nostrorum ad utilitatem terre sancte et fratrum de domo Theutonica ordinare decrevimus, scripti perhenni vivacitate censuimus munienda. Innotescat igitur universis tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, quod nos, ob divine remunerationis emolumentum, dilectis fratribus nostris de domo Theutonica quingentos mansos circa stagnum Hisbitsma et fluvium nomine Pila ex eodem stagno fluentem, cum stagnis adiacentibus perpetua libertate cum omni utilitate et iure contulimus. Et ut predicti fratres nostri de domo Theutonica bona supradicta in omni

pace et quiete possideant, censemus tam ipsos quam homines suos, qui premissa bona possessuri sunt, ab omni exactione atque servitio et ab universa Polonica consuetudine dandi potwode et priwode et similium libere exemptos. Ut itaque memorata donacio prenominatis fratribus nostris rata maneat et inconvulsa, sigilli nostri appensione duximus communire, subscriptis nichilominus testibus ydoneis, viris honestis, quorum nomina sunt hec: capellani curie Arnoldus, Steffanus et Martinus, layci vero Adam, Conradus et Petrus, alii plures clerici et laici. Datum in hoc anno gracie millesimo ducentesimo vigesimo quarto, nonas Septembris, in castro nostro Nakel.

Abschrift im Foliant A 99 fol. 4 des Königsberger Staatsarchivs (Copiarium der Deutsch. Ordens-Privileg.)

Gedr.: Codex diplomaticus majoris Poloniae Tom. III. Posnaniae 1879 p. 746 n. 2025 (115[b]).

459[a].

1247 September 2. (VI. non. Sept.) Lugduni.

Pabst Innocenz IV. begehrt von den Bischöfen von Schwerin und Ratzeburg ein Gutachten darüber, ob es zweckmäßig sei, das Bisthum Lübeck oder das Bisthum Camin zu einem Erzbisthum zu erheben.

Nach Harzheim, Concil. Germ. III, 578. Potthast, Reg. pontif. II. p. 1068. Mekl. Urk.-B. X Nr. 7170.

572[a].

1253 Juli 2. (VI. nonas Julii) Stettin.

Conrad, Prior der Eremiten vom Orden S. Wilhelm und der ganze Convent de valle sancti Wilhelmi bezeugen, daß Arnoldus de Berghe 20 Hufen mit dem Zehnten im Dorfe Sparrenfelde von ihnen gekauft hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens pagina peruenerit, Conradus prior fratrum heremitarum ordinis sancti Wilhelmi totusque conuentus eiusdem ordinis dicti de valle sancti Wilhelmi salutem et orationes in domino Ihesu Christo. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod dominus Arnoldus de Berghe emit contra nos .XX. mansos in villa Sparenuelde eo jure, quo nos possidemus cum decima et omni iure hereditario sibi et vxori sue, filiis filiabusque suis, quibus porreximus iure pheodali. Ne autem in posterum alicui dubietas oriatur, sigilli nostri appensione dignum duximus roborandum. Testes huius sunt dominus Heidenricus de Wederinge et filii sui Henricus, Otto, Otto de Belin, Rudolphus et Theoghenardus de Moringhe. Datum Stettin anno incarnationis domini M.CCL.III. VI. nonas Julii.

Abschr. aus dem 16. Jahrh. im Archiv des Marienstifts zu Stettin s. r. Tit. I. Sect. I. Nr. 33.

584.

[1252—1288.]

Hermann, Bischof zu Camin, transsumirt die Urkunde Herzog Barnims I. d. d. 28. Dez. 1234. (Bd. I. S. 234 Nr. 309), betreffend die Ueberweisung des Landes Bahn an die Tempelherren.

Nos Hermannus miseracione diuina Caminensis ecclesie episcopus Christi fidelibus vniuersis, ad quos presens peruenerit scriptum, recognoscimus domini Barnimi ducis Sclauorum de uerbo ad uerbum non cancellatas, non abolitas, nec viciatas nos uidisse litteras in hac forma:

In nomine domini amen. Nos Barnimus dei gracia dux Sclauorum etc. (folgt Nr. 309. S. 234.)

Ad hujus igitur rei euidenciam hanc cedulam nostri sigilli robore communimus.

Siegelschnur und Siegel ist abgerissen.

Orig. im Geh. Staats-Archiv zu Berlin.

585.

1254 März 1. (calendas Marty) Selowe.

Herzog Barnim giebt zur Gründung der Stadt Greifenhagen 200 Hufen, bewilligt den Bürgern sechsjährige Abgabenfreiheit, Zollfreiheit, die Fähre bei der Stadt, Holz, Gras und Weide im Umkreis von einer halben Meile mit dem Dewitz-See, dem Paul-See und dem Scowe-See. Er behält sich zwei Drittel der Einkünfte vor, ein Drittel fällt an die Besitzer: Rudolph de Belecowe und dessen Söhne Rudolf und Gerhard. Ferner verleiht er der Stadt das Recht zum Mühlenbau auf der Thue, jenseits der Thue ein Stück Land von der Bahnschen Brücke bis zur Reglitz, sowie freien Fischfang von Garz bis zum frischen Haff.

Barnimus dei gracia dux Sclavorum, omnibus in perpetuum. Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri, quod nos ad fundandam ciuitatem nostram Gryphenhaghen ducentos mansos contulimus, videlicet centum ad pascua et ligna, centum ad agros excolendos; quatuor mansos et unam villam, dictam Damerowe, doti assignauimus iura spiritualia requirentem. Nos autem tali condicione dedimus, ut a festo beati Martini futuro ad sex annos possint omni iure liberos possidere; postmodum autem secundum ius Stetinense debent in omnibus permanere. Preterea dicte ciuitatis burgenses volumus iurisdictionis nostre terminos sine solutione theolonii transmeare. Dedimus etiam predicte ciuitati traductum contra ciuitatem

iacentem libere perpetuo possidendum. Insuper dedimus dicte ciuitati usum lignorum, aquarum, graminum et pascuorum intra spacium dimidii miliaris supra ciuitatem in ascensu aque et dimidii miliaris contra ciuitatem in parte occidentali, cum tribus stagnis, scilicet Thiwitz, Pawelse et Scowe, et omnia, que intra dictos terminos per longum et latum ad profectum ciuitatis poterint uenire. His itaque datis uolvmus, ut due partes proventuum ad nos deueniant, scilicet de mansis, de iudicio, de censu arearum, tertia pars possessoribus, Rodolpho de Belekowe et filiis suis Rodolpho et Gerardo et eorum heredibus, iure cedat. Qui prouentus taliter distinguuntur, de manso exculto V. solidi et de uirga I. denarius tribuatur. Item dedimus iam dictis, secundum quod ipsis expedierit, molendina licite construere in aqua quae Tuwe nuncupatur, hoc modo, vt ab illo die, quo molere incipiunt, duobus annis peractis, due partes redituum nobis et tertia pars constructoribus tribuatur. Item dedimus ciuitati ante dicte trans rivulum, dictum Tywe, de ponte quod Banische Brugge dicitur, spacium usque flumen, quod Regelitz nuncupatur. Preterea damus piscatoribus dicte ciuitatis libertatem piscandi in omnibus aquis infra Gardiz ciuitatem usque ad recens mare. Volumus etiam forum prehabite ciuitatis esse liberum perpetuo a solutione theolonei et vngeldt, et quicquid consules ad communem usum intra terminos dicte ciuitatis et intra ipsam ciuitatem edificauerint, illud ciuitas perenniter libere possidebit. Ne autem huius nostre donacionis dubium oriatur, hoc scriptum conscribi fecimus et sigilli nostri munimine corroborari. Testes huius rei sunt Godofridus advocatus, dominus Otto de Ro., Roderus, (coquine magister) Jo. de Klint, Rodolphus (camere magister). Datum Selowe, anno domini MCCLIIII. calend. Marty.

Original nicht mehr vorhanden.

Gedruckt in Balt. Stud. Bd. V. 2. S. 158; v. Medem, Gesch. der Stadt Greifenhagen, S. 10. (2. Auflage).

586.

1254 März 22. (in dominica Laetare) in Camin.

Herzog Wartislaw III. schenkt dem Kloster Belbuck zur Gründung eines Klosters 600 Hufen an der Drawe in der wüsten Feldmark Sarcthicze und beschreibt deren Grenzen.

Wartizlavvs dei gratia dux Diminensis, religiosis uiris abbati et conuentui de Belboch ordinis Praemonstratensis Caminensis diocesis in perpetuum. Quoniam cum de diuinis mandatis instruimur, plenius edocemur, dei misericordiam super malitia populi esse praestabilem et benignam nobis, qui in huius saeculi procellis in nauicula Petri agitati turbine scelerum naufragamur, omni quo valemus studio insistendum, qualiter eius gratiam, qui est portus vere salutis, qui neminem uult perire, sed illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum sine quo sibi placere non possumus, per bonorum operum merita consequamur. Volentibus igitur uobis domino annuente nouum ordinis uestri canonicorum fundare coenobium, ne ob defectum temporalium a tam pio resilire cogamini proposito, nostrae largitatis manum porrigentes adiutricem, ob reuerentiam confessorum atque pontificum Augustini et Stanizlay in remissionem peccatorum nostrorum uobis ac vniuersis successoribus vestris, nostro heredum et successorum nostrorum nomine, sexcentos mansos Teutonicales in deserto, quod dicitur Sarcthicze circa Drauuam fluuium cum pascuis, syluis, pratis, riuis, paludibus, stagnis, cum inferioribus, superioribus, ingressibus, egressibus, et omnibus aliis pertinentiis, iurisdictione, honore ac distractu, iure proprio inperpetuum libere possidendos concedimus et donamus simpliciter inter viuos, ita videlicet quod ex eisdem mansis nullum nobis haeredibus aut

successoribus nostris seruitium uos aut praedictorum mansorum incole teneamini exhibere, sed cum praedicta terra redacta fuerit ad culturam, cultores et habitatores ipsius de omni iure quod nobis in his competeret aut competere posset vobis et successoribus vestris absque nostra haeredum et successorum nostrorum et cuiuslibet alterius persone contradictione cum integritate respondeant, nichil nobis iuris haeredibus aut successoribus nostris in eisdem mansis, cultoribus uel eorum inhabitatoribus, poenitus reseruantes, terminos uobis assignantes a fine stagni nomine Gelinino per signa et assignationes in arboribus positas directe stantes usque ad riuulum nomine Wostrowitnitza, quasi linea transuersali, inde declinantes et per arbores simili more signatas ad fontes fluentes in stagnum nomine Veuetzco, inde procedentes supradicto more notificantes ad montem inter nigrum lacum et paludem Bresnizca iacentem, inde vertentes ad montem lapideum Dupna muggula Slauicali more sic nominatum, inde dirigentes ad paludes Resnitza blota sic nominatas, ex illis declinantes ad riuulum in stagnum Dolego fluitantem, de alio fine praedicti stagni gradientes et ita peruenientes usque stagnum Gribeno sic uocatum in alio fine in latitudine protendentes uersus foueas feris capiendis factas venientes ad initium Babmitze fluuii ex Drawa prorumpentis, et sic in longitudine protrahentes per syluam ex australi parte Drawe iacentem signis in arboribus praedicto more assignatis usque ad stagnum Wocumno dictum, de fine illius stagni ulterius procedentes Drauuam fluuium attingentes et sic pertranseuntes inter Wolitzno et Melne inter Gelnuno et Blandno metam terminis uestris facientes. Preterea septem stagna quorum nomina sunt haec, Wireno, Stzapelo, Butzer maius et Butzer minus, Slouuimo, Blandno, Wocauno, cum riuulis ingredientibus et egredientibus uobis perpetuo assignamus damusque vobis licentiam ingrediendi possessionem praedictorum mansorum autoritate propria et ordinandi de ipsis prout vtilitati uestre uideritis expedire. Haec autem omnia et singula uobis conferimus et donamus simpliciter inter uiuos promittentes uobis et successoribus uestris, nostro haeredum et successorum nostrorum nomine, quod donationem huiusmodi ratam habebimus perpetuo atque firmam. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem praesentem paginam sigilli nostri fecimus appensione muniri. Testes huius donationis sunt episcopus Hermannus, Adulfus decanus, Henricus custos, Gunterus abbas de Stolp, Wiardus abbas de Vznam, Sando, Borco, Thezlauus de Cumero, Bisprauus milites. Acta sunt haec in Camin anno incarnationis domini M.C.C. quinquagesimo quarto in dominica Laetare.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matr. fol. 12 Nr. 13 (17. Jahrh.)

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. I. S. 349 Nr. 242.

587.

1254 April 2. (quarto nonas Aprilis) Trebetowe.

Herzog Wartislaw III. befreit auf Bitten seines Schwestersohnes Albert von Arnstein, Probstes zu Demmin, sämmtliche zur Probstei Demmin gehörige Güter von allen Lasten und Verpflichtungen.

Wartizslaus dei gracia dux Diminensis omnibus inperpetuum. Vt ea que per nos et familiares nostros fuerint ordinata, robur obtineant et vigorem, volumus ut sic in eis ueritas elucescat, ne modernorum ac successorum versucia locum habeat in eisdem. Quapropter notum esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod propter deum ac pro reuerencia gloriose virginis Marie, nec non ad peticionem nobilis viri dilecti sororii nostri domini Alberti de Arnsten prepositi Diminensis omnes villas et possessiones, que prepositure Diminensi pertinere dinoscuntur, ob omni exactione aduocatorum et reparacione poncium, ab edificacione castrorum et ab omni seruicio, quod nobis facere deberent, liberos dimisimus et

solutos, ita tamen quod homines eiusdem prepositure in defensione terre nobis seruiant ut tenentur. Huius rei testes sunt dominus Wolterus prepositus Gustruensis, dominus Petrus plebanus in Lindow, dominus Ludolfus uicepreppositus Diminensis, Bizprauz miles et alii quam plures. Ne autem super premissis dubium habeatur, presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Quicunque uero hoc factum nostrum violare presumpserit sciat se nostram indignacionem grauiter incurrisse. Acta sunt hec anno domini. M.CC.LIIII. indictione .X. Datum Trebetowe per manum Artusii notarii nostri quarto nonas Aprilis.

Orig.-Transſ. vom 8. März 1321 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Demmin Nr. 1 und ebenda Caminer Matr. Transſ. de 1321 II fol. 34; II fol. 230.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 353 Nr. 245.

588.

1254 April 6. (VIII ydus Aprilis) in Tributowe.

Herzog Wartislaw III. ſchenkt auf Bitten des Berthold Düring 20 Hufen im Dorfe Burow, welche dieſer mit Zuſtimmung der Erben des Johann Düring dem Herzoge übertragen, dem Kloſter Marienwerder bei Verchen, mit der Beſtimmung, daß ein Capellan angeſtellt werde und dieſer täglich eine Meſſe für das Seelenheil des Johann Düring leſe.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wartizlaus dei gracia dux Diminensis omnibus in perpetuum. Vt ea, que per nos et quoslibet dei deuotos ecclesiis conquiruntur, volumus ut sic in eis ueritas elucescat, ut reproborum uersucia locum [non][1] habeat in eisdem et calumpniancium ora penitus obstruantur. Nouerint igitur uniuersi tam presentes quam presentium successores, quod Bertoldus miles dictus Thuringus uiginti mansos in uilla Bvrowe in manus nostras de pleno consensu heredum Johannis Thuringi pie memorie resignauit, petens a nobis humiliter et deuote, ut ipsos pro remedio anime fratris sui predicti Jo. ecclesie in insula sancte Marie conferre vellemus, ut ipsius ibidem perpetuo memoria haberetur. Nos igitur habentes predictos mansos liberos et solutos propter deum et pro reuerentia gloriose uirginis Marie, que patronatum habet in eadem, nec non ad peticionem predicti Ber. eidem ecclesie, que per nos fundata est pariter et dotata, cum omni iure, quo alia bona sua possidere dinoscitur, legitima donatione donauimus perpetualiter possidendos, sub hac forma quod prepositus dicti loci de eisdem bonis capellanum teneat, qui cottidie celebret missam unam, nec non et sanctimoniales ibidem domino famulantes, quarum humilitatem respexit altissimus, sepedicti Jo. memoriam teneant in vigiliis et orationibus, ipsum statuant participem omnium bonorum operum, que fiunt in ecclesia memorata. Huius donationis nostre testes sunt dominus Burchardus prepositus eiusdem loci, dominus Wolrauenus plebanus in Tributowe, milites nostri Bertoldus Thuringus, Olricus de Osten, Fredericus de Consuwe, Hinricus de Corchowe et alii quam plures. Ne autem hec nostra donacio in posterum disturbari ualeat uel infringi, hanc paginam sigilli nostri inpressione signatam sepedicte ecclesie in testimonium erogamus. Acta sunt hec ab incarnatione domini anno M.CC.L.IIII. Datum in Tributowe per manum Artusii notarii nostri VIII. ydus Aprilis indictione vndecima.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Orig.-Matr. fol. 14ᵛ; Bibliothek der Geſellſch. für Pom. Geſchichte: (Verchener Matrik. S. 18ᵛ.)

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 354 Nr. 246, vgl. Balt. Stud. Bd. X. 1. S. 171.

---

[1]) Fehlt in der Orig.-Matrikel.

589.

1254 Mai 1. (kalendas Mayi) Gripheswolde.

Herzog Wartislaw III. erklärt den Greifswalder Hafen vom Gellen und Ruden bis zur Stadt zum Freihafen und verspricht den Kaufleuten doppelten Ersatz für das etwa durch Seeräuberei verlorene Gut.

V.[artislaus], dei gratia dux Dyminensis, omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Quoniam ea, que per nos fiunt, aliquotiens inmemorie et oblivioni traduntur, cum igitur speciali dilectione pre ceteris ciuitatibus aduersus ciuitatem nostram Gripheswold regamur et hanc sincero et intimo corde diligamus propter multimoda obsequia et diuersas seruitutes, que nobis eadem ciuitas sepius exibuit et non cessat exibere, scire vniuersitatem vestram volumus, quod omnibus ad ipsam ciuitatem nostram venire volentibus, existentibus in portu Gelende et in portu, que dicitur Rudhen, et infra usque ad ciuitatem firmum ducatum et liberum prestamus veniendi ad ipsam et redeundi, mercimonia sua ibidem vendendo et reemendo et commutando. Ita etiam prestamus sane, quod si nos, quod absit, verras siue lites habere contigerit, et aliqui per spolium siue per alios predones mare occupantes res et bona sua amiserint, nos cum duplicato fructu ipsis spoliatis restitutionem suarum rerum fieri procul dubio faciemus. Vt autem firmum et ratum hoc in perpetuum maneat, fecimus nomina testium nobilium militum nostrorum inscribi pagine presenti, quorum nomina sunt: Heinricus de Hemelendorp, Johannes de Apeldor, Holricus de Osta, Heinricus Vrsus, Bertoldus aduocatus et alii quam plures. Datum anno domini Gripheswolde M.^o^C^o^C^o^.L.IIII^or^. kalendas Mayi.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 7. Dreger, Registr. II (1254). Nr. 2.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibl. III 405 (irrthümlich im Text 1252); Dähnert, Samml. Suppl. IV S. 103; Fabricius, II. Regeste 90; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I. S. 57. Nr. 33.

590.

1254 Juli 16. (sub prima die kalendarum Augusti) in Selowe.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Colbatz das Dorf Lucowe Zedeliz mit 60 Hufen und allem Zubehör, welches Conrad Kleist und dessen Bruder Barthold ihm abgetreten hatten.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnym dei gratia Pomeranorum dux omnibus hanc paginam inspecturis inperpetuum salutem in omnium salute. Ne cum temporum mobilitate labantur ea que in tempore actuantur congrue ac conuenienter sapientum facta apicum exaratione eternantur. Quapropter tam generacio nouerit presens quam futurorum noscat successio felix, quod nos in honorem beate Marie perpetue uirginis contulimus dilectis nobis fratribus de Colbas villam que dicitur Lucowe Zedeliz, quam nobis resignauerunt Conradus Clest et frater suus Bartoldus milites, cum sexaginta mansis et omnibus attinenciis suis, lignis, pratis, campis cultis et incultis, aquis, molendinis, piscacionibus et prouentibus vniuersis ac usuariis, predictis fratribus in perpetuum prouenturis. Vt autem hec omnia integra et inviolata inperpetuum permaneant eisdem, ac omni cauillacioni denegetur locus, presentem paginam sigilli nostri appensione cum testium subscriptione duximus a cunctis malefactoribus roborandam ac muniendam. Testes sunt dominus Bartholomeus filius

Wartizlai fundatoris ipsorum, Conradus Clest et frater suus Bartoldus, dominus Liborius, Godekinus aduocatus, Rodolfus Venator miles, Theodericus de Bertikow, Walterus de Oderberche et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno domini M°.CC°.LIIII°. sub prima die kalendarum Augusti in Selowe.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbaßer Matr. fol. 13v Nr. 48.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 356 Nr. 248; Kratz, Urk. zur Gesch. des Geschl. v. Kleist S. 12 Nr. 32.

591.

1254 September 1. (kalend. Septembris).

Herzog Wartislaw III. bestätigt die Urkunde Bogislaws II. und Kasimirs II. d. d. 1208 (Bd. I S. 112 Nr. 146) für das Kloster Belbuck, worin sie den Mönchen des Klosters Mariengarten den Ort Belbuck schenken.

Wartislavs dei gratia dux Deminensis omnibus in perpetuum. Cum omnium ecclesiarum uelimus libenter profectibus [imminere], libentissime tamen ecclesiam beati Petri in Belbuc, quae a nostris progenitoribus est fundata et dotata nostro solatio duximus honorandam, eapropter notum esse uolumus uniuersis tam praesentibus quam futuris, quod priuilegium infra notatum non cancellatum non abolitum non in aliqua parte uitiatum per omnia uidimus in haec uerba. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis etc. (folgt Bd. I S. 112 Nr. 146).

Ne autem super praemissis in posterum dubium ualeat suboriri et quia profectum euisdem ecclesiae diligimus et honorem propter nouitatem sigilli nostri vetus priuilegium huic insertum pagine renouamus, quam saepedictae ecclesiae in testimonium ualidum erogamus. Datum anno incarnationis domini M.CC.L.IIII. per manus Artusii scriptoris nostri canonici Colbergensis kalendas Septembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matr. Nr. 54 fol. 62v im Transs. vom 21. Jan. 1310; Diplomat. civit. Treptow a. R. Nr. 4.

592.

1254 September 1. (kalend. Septembris).

Herzog Wartislaw III. bestätigt seine Urkunde d. d. 1242 (Bd. I S. 322 Nr. 406) für das Kloster Belbuck.

Wartislavvs dei gratia dux Diminensis, omnibus in perpetuum. Cum omnium ecclesiarum libenter uelimus profectibus imminere libentissime tamen ecclesiam beati Petri in Belboch, quae a nostris progenitoribus fundata et dotata nostro solatio duximus honorandam, ea propter notum esse uolumus uniuersis tam praesentibus quam futuris, quod priuilegium infra notatum non cancellatum non abolitum non in aliqua parte uiciatum per omnia uidimus in hec verba (folgt Bd. I. S. 322 Nr. 406.)

Ne autem supra premissis in posterum dubium valeat suboriri et quia profectum eiusdem ecclesiae diligimus et honorem propter nouitatem sigilli nostri vetus priuilegium huic insertum pagine renouamus, quam sepedictae ecclesiae in testimonium ualidum erogamus. Datum per manus Artusii notarii nostri anno gratie M.CC. quinquagesimo quarto kal. Septembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matr. Nr. 14 fol. 14; Nr. 59 fol. 71. Transs. vom 23. Jan. 1310; Diplom. civit. Trept. a. R. Nr. 1; Nr. 5 Transs. vom 26. Jan. 1313.

593.

1254 September 19. (XIII. kal. Octobris) Wismarie.

Jaromar, Fürst von Rügen, verspricht der Stadt Lübeck nach der Aussöhnung mit ihr freien Verkehr in seinen Landen auf ein Jahr, sowie die von seinem Vater verliehenen Privilegien, und bei späterer Aufsage dieser Einigung von seiner Seite Rückzahlung der jetzt empfangenen 200 Mark.

Germarus dei gracia princeps Ruianorum omnibus Christi fidelibus hanc presentem paginam inspicientibus salutem in salutis auctore. Notum esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos, dilectione et fauore ciuium et burgensium ciuitatis Lubeke suffulti, cum ipsis taliter vnanimi cum consensu concordauimus, quod pro tali causacione, pro qua ipsos impetiuimus, ad vniformem dilectionem, quemadmodum vera dileccio judicat, in vnum par amicicie sumus integraliter et sincere conformati. Et, vt dileccio et composicio inter nos, ex parte vna, et ipsos, ex parte altera, firmata immobilis permaneat, ipsi cum matura deliberacione nobis de ipsorum facultate ducentas marcas Lubicensium denariorum propensius amministrant sub hac forma videlicet, vt ipsos et singulos ipsorum per omnes terminos dominii nostri protectioni nec non et tutele nostre firmiter deputemus, obtento ipso jure quod venerabilis pater noster indulsit precipue naufragiis, theloneo et simul omni jure adiuncto, quod pater noster iam dictus priuilegiis suis conscriptis confirmauit. Hec siquidem composicio de festo beati Michaelis futuro usque ad integrum anni circulum perdurabit. Si vero, euoluto anno, huic concessioni composicionis contraire dignum duxerimus, denarios ipsorum, equa quantitate et valore appensos, ipsis restituemus. Nichilominus tamen post restitucionem eorundem ab ipso die, quo denarii restituuntur, composicio prehabita plene dimidio anno cum omni jure incluso perdurabit. Vt autem hec donacio firmior permaneat, dominus Guttan dictus Mordere, Johannes de Kalenden, Johannes Wostehove, milites, pro nobis promiserunt, prestita fide hec omnia rata et forcia conseruari. Si forte aliqu[a][1]) horum, que sub composicione continentur, per nos siue per nostros rupta fuerint, prefati milites, quos pro nobis, data sponsione, constituimus, Wismariam venient, nunquam ab inde exituri, nisi per amicabilem composicionem sev iusticiam eximantur. Testes hujus facti, qui presentes aderant, sunt: dominus Johannes Magnopolensis, dominus Hinricus iunior dominus Magnopolensis, dominus Godefridus de Bulow, Olricus, Theodericus, Arnoldus fratres appellati Claw, Bernhardus de Walye, Gerrardus Ketelhot, Conradus Berchane, Gerrardus de Cremun, Fredericus Meltiko, milites, Hinricus de Tremonia, Bernardus Booz, Johannes Felix, Wernerus, consules Wismarie, et alii quam plures. Datum Wismarie, anno domini M.CC.LIIII., XIII. kal. Octobris, sabbato quatuor temporum.

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original auf der Trese zu Lübeck.

Gedr. in Dreyer, Specimen jur. publ. S. 200 (vgl. Sartorius und Lappenberg, S. 16. 69). Fabricius II. Nr. 61. Cod. dipl. Lub. I. S. 196 Nr. 215.

594.

1254 September 24. (VIII. kal. Octobris) Traiecti.

Petrus, s. Georgi ad velum aureum diac. card., bewilligt den Gläubigen, welche zu dem Bau der in Ausbesserung begriffenen Kirche zu Colberg beitragen, auf Bitten des Capitels derselben einen dreißigtägigen Ablaß.

Petrus, miseratione diuina sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis apostolice

[1]) Das Original hat alique.

sedis legatus vniuersis Christi fidelibus infra legationis nostre terminos constitutis salutem in domino. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet uitam eternam. Cum itaque sicut dilecti in Christo prepositus et capitulum ecclesie Colbergensis Caminensis diocesis sua nobis petitione monstrarunt, ydem ecclesiam ipsam nimia uetustate [1]) consumptam inceperint reparare de nouo opere sumptuoso, ad quod proprie non suppetunt facultates, vniuersitatem uestram rogamus et hortamur in domino, in remissionem uobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis a deo uobis collatis pias elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, ut per subuentionem uestram adiuti dictam ecclesiam ualeant reparare, vosque per hec et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos autem de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis ac commissa nobis auttoritate confisi omnibus uere penitentibus et confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem, triginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Presentes uero mitti per questuarios firmiter inhibemus, eas si secus actum fuerit carere uiribus decernentes. Datum Traiecti VIII kalendas Octobris anno domini M.CC.L.IIII.

An grauer Hanfschnur hängt ein Stück des Siegels. Man erkennt einen Theil des Pferdes und S. Georgs mit der Lanze in der Hand.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Colberger Domkapitel Nr. 2ᵃ.

Gedruckt in Wachsen, Gesch. der Altst. Colberg S. 43.

595.

1254 November 1. (kalendas Nouembris) in Thanchlim.

Herzog Barnim I. verleiht dem Kloster Usedom das Patronat der Paulskirche zu Usedom und der Peterskirche zu Benz nebst dem zur Paulskirche gehörigen Dorfe Palsin (Palleszin).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux de Stetin, omnibus presentem paginam inspecturis inperpetuum. Quoniam antiquitas mater est obliuionis, obliuio uero lumen ueritatis eneruare penitus consueuit, necesse est ut facta mortalium, que pietatis studio aguntur, scriptis commendentur et bonorum testimoniis roborentur. Nouerint igitur tam presentes quam postere naciones, quod nos preuio deliberacionis consilio ad laudem et gloriam omnipotentis dei et eius gloriose genetricis et uirginis Marie sanctique Godeardi confessoris in Grobe, ut canonici ibidem domino seruientes secundum regulam beati Agustini(!) temporalibus adiuti subsidiis contemplacioni celestium propensius ualeant inherere, pro remedio animarum progenitorum nostrorum et dilecte quondam uxoris nostre Marianne, abbati et canonicis eiusdem monasterii ius patronatus ecclesiarum sancti uidelicet Pauli in Uzsnum et sancti Petri in Benz cum uilla Pallezsin ecclesie sancti Pauli adherente et aliis rebus in quibus progenitores nostri eas quoad temporalia dotauerunt, de mera liberalitate donauimus perpetuo possidendum. Acta sunt hec anno gracie M.CC.LIIII. Testes huius donacionis sunt dominus Sveno abbas de Hilda, dominus

[1]) Das Original hat uetustutate.

Stephanus abbas de Colbaz, Adam custos de Belboch, Johannes canonicus de Camin, Rodolfus capellanus noster, magister Lambertus canonicus Colbergensis, Conradus Clest miles, Teszlauus de Cumerow, Gerardus de Swerin, Frowinus miles et alii quam plures. Vt autem hec nostra donacio firma iugiter et inconuulsa permaneat et a nemine inposterum ualeat retractari, presens scriptum dicto monasterio conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Data in Thanchlim anno gracie millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, kalendas Nouembris.

Siegel nebst Schnur abgefallen.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 16.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 362 Nr. 254.

596.

1254 Dezember 13. (acta in idibus Decembris). Data in Wolgůst.

Die Herzoge Barnim I. und Wartislaw III. bezeugen, daß mit ihrer Einwilligung das Kloster Usedom an den Ritter Tammo das Dorf Schlatkow gegen die Dörfer Gellentin, Neppermin, Sallentin, Stoben und Poretse (Preetz?)[1]) vertauscht habe, und befreien die Einwohner von allen Abgaben und Diensten.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim de Stetyn et Wartizslaus de Dimin dei gratia duces Slauie, omnibus presentem paginam visuris in perpetuum. Licet ex debito christiane professionis omnium ecclesiarum profectibus intendere debeamus. Illis tamen que fundate sunt a nostris progenitoribus et dotate, ampliori debemus intendere studio caritatis, et omni quo possumus solatio et auxilio subuenire. Nouerit igitur venerabilis etas presentium et discat reuerenda successio futurorum, quod dilecti nobis in Christo canonici Wiardus abbas et conuentus monasterii sancte Marie uirginis sanctique Godehardi in Grobe meliora prospicientes sibi et successoribus suis sine dubio in posterum profutura villam Szlatecovwe quam bone memorie Kazimarus proavvs noster quondam Pomeranorum dux eidem monasterio contulit in suorum remedio peccatorum, sicut ex ipsius instrvmento super hoc confecto non uiciato non cancellato non abolito quod prospeximus nobis constitit euidenter, cum Tammone milite pro hiis uillis Jalendin, Neprimin, Salentyn, Stobeno, Poretse, quas idem Tammo a nobis in fevdum tenuit, commutarunt, de nostro consilio pariter et assensu, sic tamen quod idem abbas et conuentus monasterii memorati proprietati ville memorate et predictus Tammo miles feudo predictarum villarum in manibus nostris renunciantes predictas villas loco ville Szlatekovwe in proprietatem et possessionem perpetuam conferremus monasterio sepedicto. Nos autem de mera liberalitate eidem monasterio villas contulimus memoratas cum agris cultis et incultis, nemoribus, siluis, pratis, vsuagys, piscationibus et certis suis limitibus, secundum quod ydem limites se antiquitus extenderunt, titulo proprietatis perpetuo possidendas, absoluentes earum rusticos seu colonos a vectigalibus, precariis, arengis, perarengis, peticionibus, exactionibus, quocumque nomine censeantur, excepto eo, quod ad defensionem terre ipsi sicut et ceteri nostre terre rustici teneantur, et sepedicto Tammoni militi villam Szlatecouwe loco predictarum uillarum contulimus in feudum recipientes ab eo fidelitatis debite iuramentum. Acta sunt anno gratie M.CC. quinquagesimo quarto in idibus Decembris. Testes sunt Gunterus abbas Stolpensis, Dobizlaus eiusdem ecclesie monachus, Bauo abbas de Belbůch, milites Rodolfus Munt, Henricus Munt, Luthardus frater Tammonis, Vinzlaus,

[1]) In Betracht kommen die beiden Dörfer Preetz, das eine 2 Meilen SOO von Bergen, das zweite $2^1/_2$ Meilen NNO von Franzburg.

Dobbrozlaus, Michael, Gerrardus Lepel, Fredericus Szoneke, Henricus et Hedenricus de Hedebrake fratres, et alii quam plures. Vt autem huius commutationis et nostre donationis effectus futuris temporibus ualeat et incommutabilis perseueret, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine consignatam sepedicto monasterio duximus largiendam. Data in Wolgust per manum Arthusii notarii anno mense die prescriptis.

Nach einem Orig.-Transf. vom 3. Juni 1317 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 84; Pudaglaer Matr. fol. 35 (XXXI. A.)

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 361 Nr. 253; Schwarz, Gesch. der Pomm. Städte S. 721.

597.

1254[1]) December 26. (die beati Stephani prothomartiris) in Vzsnum.

Hermann, Bischof, und das Domkapitel zu Camin bezeugen den vom Kloster Usedom mit dem Ritter Tammo abgeschlossenen Tausch des Dorfes Schlatkow gegen die Dörfer Gellentin, Neppermin Sallentin, Stoben und Poresze (Preetz?)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus et Lambertus prepositus et Adolfus decanus totumque eiusdem loci capitulum omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que geruntur in tempore, labuntur cum tempore, oportet illa roborari linguis testium et testimonio litterarum. Hinc est quod nos uolumus notum esse tam presentibus quam futuris, quod cum conuentus sancte Marie sanctique Godehardi in Vzsnum uillam quandam haberet nomine Zlatcowe que de quinque uillis unita est, quarum hec sunt nomina, Dolpow, Choszozow, Bvbalino, Spaszw, Zlatcow, et facta est una uilla, que scilicet uilla Zlatcow cum fundo ac decima ab antiquis temporibus propria fuerat ipsius ecclesie predicte, cum Thammone milite pro quibusdam uillis in terra Vzsnum constitutis de nostro ac nostri capituli consensu concambium inierunt in hunc modum, vt predictus conuentus uillas Thammonis militis que sue erant cum fundo et decima, quarum eciam hec sunt uocabula, Gelendin, Neprimin, Salotin, Stobeno, Poresze cum omni iure perpetuo possideret, ipse uero miles iam dictus Thammo uidelicet villam Zlatcowe cum omni iure sibi ac suis heredibus retineret perpetuo possidendam. Hanc igitur uillarum commutacionem ratam habere uolentes ipsam presenti pagina sigillorum nostrorum roboratam munimine confirmamus. Testes autem huius commutacionis sunt dominus Adolfus decanus Caminensis, dominus Theodericus scolasticus Caminensis, dominus Florencius lector de ordine predicatorum, dominus Heinricus comes de Cherchenberg, dominus Heinricus Vrsus, dominus Stolteuoth et alii quam plures. Datum in Vzsnum per manum Johannis notarii anno domini M. ducentesimo L. quinto, die beati Stephani prothomartiris pontificatus nostri anno secundo.

Siegel nebst Schnur abgerissen.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 17; Pudaglaer Matr. fol. 41v. (XXXVII. B).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. Nr. 274; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 63 Nr. 39.

---

[1]) Bischof Hermann war bereits im Dezember 1251 electus. Das zweite Jahr seines Pontifikats ist daher spätestens in das Jahr 1254 zu setzen; vergl. hierzu die vorige Nummer.

598.

1254 in Selowe.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster Oliva eine jährliche Rente von acht Mark aus der Münze zu Stettin als Ersatz für einen Schaden von 120 Mark, den sein Vogt auf Usedom demselben zugefügt hatte.

Barnim dei gracia dux Pomeranorum omnibus hoc scriptum cernentibus in perpetuum salutem. Qve geruntur consilio prudentum, ad posterorum noticiam propter labilem hominum memoriam iure scriptis autenciis(!) transmittuntur. Discant igitur tam presentes quam futuri, quod nos ob uitandam iram extremi iudicii fratribus dilectis de Oliua ordinis Cysterciensis in restaurum dampni centum uiginti marcarum, quod eisdem fratribus aduocatus noster de Vzinam intulerat, contulimus octo marcas denariorum in moneta Stetinensi singulis annis persoluendas, in festo Martini quatuor et in purificacione beate virginis Marie quatuor marcas representantes. Ne autem processu temporis quis audeat infringere, sigilli nostri appensione cum testium subscripcione presentem paginam roboramus. Testes sunt Bartholomeus miles, Conradus marscalcus et Bartoldus Clest fratres, Godekinus aduocatus noster de Piriz, dominus Liborius et Rodolfus venator milites, dominus Hedenricus prior et dominus Hartmodus monachi de Colbaz et dominus Wichmannus de Oliua. Acta sunt autem anno domini M°CC°LIIII° in Selowe.

Siegel an verblichenen Fäden hängend.

Original im Deutsch-Ordens-Archiv zu Königsberg, Schiebl. LV. Nr. 26.; Orig.-Transs. vom J. 1361 Nr. 25; Codex Olivensis 234 Nr. 144.

Gedruckt in v. Ledebur, Neues allg. Archiv II S. 213.

599.

1254[1]) in Zelowe.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß das Kloster Colbatz und der Ritter Anselm ein Abkommen über das Dorf Falkenberg, früher Cabow geheißen, getroffen haben, wonach der Ritter dasselbe auf Lebenszeit behält, seine Erben aber keine weiteren Ansprüche haben.

Barnym dei gracia dux Slauorum omnibus tam presentibus quam futuris salutem in eo qui est salus omnium. Que geruntur consilio prudentum iuit stilo autentico ad posterum noticiam seu eciam antiquorum transmittuntur ad memoriam. Sciat proinde status presencium et discat felix sucessio futurorum, litem et discordiam que uersabatur inter dominum abbatem et conuentum de Colbas ex vna parte et dominum Anshelmum militem et suos heredes ex altera parte propter villam Valkenberghe que antiquitus Cabowe dicebatur in nostra presencia ac iudicio pacificatam esse perpetuo ac sedatam. Predictam namque villam eiusdem loci dominus S. abbas optinuit cum vniuersis possessionibus, terminis, pratis, siluis, nemoribus, aquis, et vniuersis attinentiis ad eam pertinentibus ac deputatis ecclesie Colbacensi perpetuo possidendam, ita plane quod predictus miles ipsam uillam ab ecclesia tantum ad vitam suam habeat et iure possideat donatiuo, ipsoque defuncto nec heredibus nec alibi potestatem habeat transmittere seu precio venundare, sed liberam et ab omni cauillacione semotam fratribus de Colbas dimittendam. Vt autem ista composicio que coram nostris

[1]) Vergl. Balt. Stud. X. 1. S. 171.

militibus facta est utrisque partibus huic iudicio ac assercioni iuxta arbitrii proprii uoluntatem manus pacis et concordie prestantibus in posterum firma sit ac stabilis, sigilli inpressione cum testium subscriptione presentem paginam roboramus. Testes dominus Greningus, Liborius, Conradus Clest, Godekinus aduocatus, Hermannus de Wegeleue, Vlricus de Snechagen, Stephanus aduocatus, Rudolfus milites, Gerbodo marscalcus et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno domini M°CC° quinquagesimo quarto, indictione vndecima in Zelowe.

Colbatzer Matr. fol. 7ᵛ Nr. 23.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 353 Nr. 225.

600.

1254.

Herzog Barnim I. giebt den Unterthanen des Klosters Colbatz das Recht, daß Niemand, der sie pfändet, von ihnen Pfandgeld nehmen soll, bestätigt auch dem Kloster drei Aalfänge in der Oder bei Pölitz.

Barnim dei gratia dvx Sclauorum omnibus hanc paginam inspecturis salutem in sempiterno saluatore. Quoniam labilis est memoria mortalium ideoque pernecessarium est, eam litteris saltim autenciis (!) eternari. Noscat igitur generacio presens et futura, quod nos propter obmutescendam conpescendamque iniquorum audaciam religiosis viris et nobis dilectis fratribus de Colbaz indulsimus, ne uidelicet eorum homines teutonici sclauique cogantur dare denarios, qui uulgariter dicuntur pantpennink, siue iuste siue iniuste fuerint inuadiati. Confirmamus eciam eisdem fratribus tres capturas anguillarum, quas in Odera adiacente Poliz Bartolomei noscuntur habere in perpetuum. Acta sunt hec anno M°CC°L.IIII. Testes sunt Conradus Clest, Godekinus aduocatus et alii plures.

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Colbatz Nr. 2; Colbatzer Matrikel Nr. 156. fol. 38ᵛ.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 349 Nr. 241.

601.

1255 Januar 15.(?) (prima die iuridica post octauas ephyphanie) Camyn.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt die Bulle Pabst Gregors IX., betreffend die Privilegien des Prämonstratenser-Ordens.

Hermannus, dei gracia Camynensis ecclesie episcopus, Lambertus prepositus, Adolfus decanus totumque eiusdem loci capitulum vniuersis Christi fidelibus presentia visuris seu audituris in vero salutari salutem. Tenore presentium recognoscimus publice profitentes, quod cum dominum Bernardum abbatem Vznamensem nomine sui monasterii ad nostram citari fecimus presentiam ad ostendendum et docendum, quo jure et auctoritate sui concanonici regerent ecclesias et possiderent ecclesias parrochiales, qui termino sibi deputato coram nobis legitime comparuit, offerens literas sanctissimi in Christo patris domini Gregorii pape noni, sigillo plumbeo bullatas appenso filo canapis more curie Romane, quas cum summa reuerencia, ut decuit, recepimus in hec verba:

Gregorius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis in Christo filiis abbatibus, prioribus, prepositis, nec non vniuersis canonicis Premonstratensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Quia igitur vos religiose viuere et canonicam uitam secundum beati Augustini institutionem ducere domino inspirante decreuistis, propositum vestrum et apostolice sedis auctoritate firmamus et vos firmos in remissionem peccatorum vestrorum in eo persistere adhortamur, sub excommunicationis, priuationis, suspensionis et interdicti sententiis districtius inhibentes, ne aliqui archiepiscopi vel episcopi aut apostolice sedis legati seu nuncii aut aliarum ecclesiarum prelati seu seculares, vt reges, duces, principes, barones, comites, milites, baliui, uasalli, aduocati uel eorum serui, ecclesias vestras per potentiam vobis auferre aut excommunicationis vel interdicti sentenciis subicere seu procurationes, exactiones, tallias (et peticiones) uel aliqua seruicia a uobis presumant exigere, uel res vestras aut vestrorum inpignorare uel distrahere vobisque uel subditis vestris violenciam aliquam aut injuriam irrogare. Insuper ex speciali gracia vobis concedimus, quod canonici vestri parrochiales ecclesias ad vestram collacionem spectantes regere possint et a uobis curam animarum recipere, ita tamen quod abbas loci de nouo creatus a suo episcopo uel ejus vices gerenti in primo creationis sue anno animarum curam debet petere et petendo recipere ac aliis porrigere, quod facere si episcopus contradixerit, auctoritate apostolica concedimus, ut hoc non obstante suis canonicis curam comittere possit animarum; et si canonici vestri ecclesias parrochiales habentes curam animarum ab episcopo non pecierint et negligenter supersederint, ideo in iure patronatus vos nolumus esse neglectos, nam vnius neglectio totius ordinis proprietates non potest amittere. Canonici uero vestri a secularibus personis, vt principibus, militibus, armigeris siue alterius conditionis cujuscumque, ecclesias parrochiales et vicarias licite possunt impetrare et impetratas officiare, et impetrationes ecclesiarum ad vestram collacionem spectantium a nobis et a nostris successoribus per seculares personas fieri inhibemus. Ecclesias autem vestras parrochiales conferre potestis secularibus personis, post quarum obitum uel resignationem vestris conferatis canonicis, quotiens uel quum vestro profectui videbitur expedire. Nulli archiepiscopi uel episcopi, prepositi, prelati aut alii judices quicunque canonicos et confratres vestros ad suam debent citare presentiam, nec alicujus debent comparere in judicio, sed omnes eorum casus per vos judicentur. Inhibemus etiam cum hoc, ne seculares presbiteri in vestras per potenciam intrudantur ecclesias et ne archiepiscopi uel episcopi ecclesiarum vestrarum parrochialium diuersionem aliquam faciant, nisi vobis et vestris successoribus saluo iure patronatus. Inhibemus eciam sub inter minacione maledictionis eterne singulis ecclesiasticis secularibusve judicibus, ne vos uel personas vestras vexent, quod si aliqui secus facere presumpserint loca eorum, castra, ciuitates seu villas ecclesiastico subicimus interdicto. Nulli ergo (omnino) hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere aut ei ausu temerario contrauenire, priuilegiis cujuscunque non obstantibus. Si quis autem hec attemptare presumpserit, omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus indignationem et nostre excommunicationis sententiam se nouerit incurrisse, quam nisi a sede apostolica preterquam in mortis articulo nolumus relaxari, presentibus in perpetuum (duraturis).

Datum Agmine (!) II° nonas Septembris, pontificatus nostri anno duodecimo.

Has literas sanctissimi in Christo patris domini pape predicti vidimus et audiuimus et coassumptis nobis viris idoneis ipsas examinauimus, probantes eas non rasas, non cancellatas, non abolitas, non viciatas sed omnibus modis congruas, dolo et vicio carentes, volumus eas habere ratas presentibus eas approbantes, precipientes insuper et consulentes singulis presbiteris ecclesiasticis et secularibus in nostra diocesi constitutis, vt huic nobili donationi sanctissimi pape se non opponant nec contraire se ostendant, sed potius in literis contenta rata conseruent atque grata, quod in uirtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis precipimus obseruari. In hujus approbationis nostre testimonium et euidentiam pleniorem nostrum sigillum vna cum sigillo capituli nostri predicti dedimus apponendum, presentibus domino Theoderico. scolastico Camynensi, domino Florentio, lectore de ordine predicatorum, domino Hinrico, comite de Kerkenberch, domino Hinrico Vrso, domino Stoltenvot et aliis quam pluribus fidedignis. Datum Camyn, anno domini M°CC°L. quinto, prima die juridica post octauas Ephyphanie (!), pontificatus nostri anno secundo.

Die beiden Siegel sind abgerissen; nur ein Stück der Preffel des ersten Siegels ist noch vorhanden.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Allg. geistl. Urk. Nr. 9; Pudaglaer Matr. fol. 41ᵛ (XXXVII. C.) Transf. von 1398; Das Original hat durch Nässe gelitten und nur mit Hülfe einer Copie in der Matrikel des Klosters Pudagla entziffert werden können.

Gedruckt in Lisch Urk. des Geschl. Behr II S. 178 Nr. 260.

602. Erste Ausfertigung.

1255 21. März. (XII° kalendas Aprilis) Dymin.

Herzog Wartislaw III. überträgt dem Kloster Verchen die Dörfer Barkow, Rosemarsow, Kl?zow, Verchen, Metschow und Mesiger nebst der Fischerei im Cummerower See und Fischwehren in der Peene.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wartizlaus dei gratia dux Dyminensis omnibus imperpetuum. Cum omnium ecclesiarum libenter uelimus profectibus imminere, libentissime tamen eius ecclesiam, que summi patris filii filia est et mater, nostro solatio duximus honorandam, ut quanto maiorem prerogatiuam obtinet apud deum, eo ampliorem in oculis Jhesu Christi gratiam mereamur inuenire. Eapropter notum [esse][1]) volumus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos ecclesie insule sancte Marie uirginis et sancti Johannis ewangeliste constructe villas quasdam cum omni iuris integritate et utilitate, agris cultis et incultis, pratis, siluis, aquis, piscationibus, legitima donacione donauimus, ut ab omni exactione libere manenat in futurum. Volumus etiam ut homines predicte ecclesie nulli seruiant, sed religiosis inibi domino famulantibus ut tenentur. Aduocatus noster nullam in ipsis bonis habebit auctoritatem inuadiandi vel iudicio presidendi excepto iudicio mortis, qnod si necesse fuerit iudicabit, ita tamen quod assumat duos uassallos nostros ydoneos et honestos qui protestentur ipsum iuste ac rationabiliter iudicasse, dum a nobis fuerint requisiti, Super omnia possessiones ecclesie ad iudicandum nullatenus intrare presumat, nisi uocetur de prepositi uoluntate. Si quid uero de reo prouentum fuerit, terciam partem exinde prepositus, qui pro tempore fuerit, obtinebit. Insuper omnia uadia, que aduocatus

[1]) Fehlt in der Orig.-Matr.

noster ab hominibus ecclesie acquisierit, vel eciam ab alienis, qui presentes fuerint, integraliter recipiet prepositus, si sue placuerit uoluntati. Judicium etiam manus et sanguinis aduocatus noster nullatenus iudicabit, quia tale iudicium ecclesie contulimus memorate. Volumus eciam et districte mandamus, ne aduocatus noster contra uoluntatem prepositi homines dicti loci extra prepositaram compellat astare iudicio in rerum suarum periculum et grauamen; immo potius si prepositus auxilium uel consilium ab ipso postulauerit, sepedictam ecclesiam tueatur in omnibus uice nostra. Nomina uero predictarum uillarum, sicut a nobis distincte sunt, terminis et uocabulis duximus exprimenda: villa Barcowe, villa Rosemosowe, villa Virchim, villa Mececowe, villa Mezegure et piscatio in stagno Penitz cum magna sagena et instrumentis aliis ad piscaturam pertinentibus in nostra parte cum clausuris in Pena und in stagno a nobis ecclesie est collata. Huius rei testes sunt milites nostri Hinricus de Uitchen, Johannes de Walsleue, Ber[n]hardus [1]) Honech, Johannes de Apelder, Olricus de Osten et alii quam plures. Ne autem supra premissis dubium habeatur, hanc paginam sigilli nostri impressione signatam predicte ecelesie in testimonium ualidum erogamus. Acta sunt ab incarnatione domini M.CC.L.V. Datum Dymin per manum Artusii notarii nostri XII. kalendas Aprilis indictione XII.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Orig.-Matr. fol. 6v im Transf. vom 10. Sept. 1264 Bibliothek der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Verchener Matr. p. 97.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 358 Nr. 260.

603. Zweite Ausfertigung.

1255 März 21. (XII kalendas Aprilis) Dymin.

Herzog Wartislaw III. schenkt dem Kloster Verchen die Dörfer Löckenzin, Barkow, Buchar, Rosemarsow, Klatzow und Verchen, nebst dem Fischfang im Cummerower See und Fischwehren daselbst.

In nomine sancte et indiuidue [2]) trinitatis amen. Wartizlaus dei gratia dux Dyminensis omnibus inperpetuum. Cum omnium ecclesiarum libenter uelimus profectibus inminere, libentissime tamen eius, que summi patris filii filia est et mater, nostro solatio duximus honorandam, vt qua ipsa maiorem prerogatiuam obtinet apud deum, eo ampliorem in oculis Jhesu Christi mereamur gratiam inuenire. Ea propter notum esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos ecclesie insule sancte Marie virginis, que patronatum obtinet in eadem, sanctique Johannis ewangeliste nec non sancte Elyzabeth constructe, villas quasdam cum omni iuris integritate et utilitate, agris cultis et incultis, pratis, siluis, aquis, piscationibus, legitima donatione donauimus, ut ab omni exactione libere maneant in futurum. Volumus eciam, ut homines predicte ecclesie nulli seruiant, sed religiosis inibi domino famulantibus ut tenentur. Aduocatus noster nullam in ipsis bonis habebit auctoritatem inuadiandi uel iudicio presidendi, excepto iudicio mortis, quod si necesse fuerit iudicabit, ita tamen quod assumat duos uassallos nostros ydoneos et honestos, qui protestentur ipsum iuste ac rationabiliter iudicasse, dum a nobis fuerint requisiti. Super omnia possessiones ecclesie ad iudicandum nullatenus intrare presumat, nisi uocetur de prepositi uoluntate. Si quid de reo prouentum fuerit, terciam partem exinde prepositus qui pro tempore fuerit obtinebit. Insuper omnia uadia, que aduocatus noster ab hominibus ecclesie acquisierit uel eciam ab alienis, qui presentes fuerint, integraliter recipiet prepositus, si sue placuerit voluntati. Iudicium eciam manus et sanguinis et causas alias aduocatus noster nullatenus iudicabit,

[1]) Die Orig.-Matrikel hat Berhardus.
[2]) Die Orig.-Matrikel hat inuidue.

quia tale iudicium ecclesie contulimus memorate. Nolumus eciam et districte mandamus, ne aduocatus noster contra uoluntatem prepositi homines dicti loci extra preposituram compellat astare iudicio in rerum suarum periculum et grauamen. Immo pocius si prepositus auxilium uel consilium ab ipso postulauerit, sepedictam ecclesiam tueatur in omnibus uice nostra. Nomina uero predictarum uillarum sicut a nobis distincte sunt terminis et uocabulis duximus exprimenda: villa Lokencin, villa Berkowe, villa] Buchur, villa Rosemasowe, villa Cladessowe, villa Virchim cum suis attinentiis et terminis antiquis, et piscatio in stagno Peniz cum magna sagena et instrumentis cum clausuris a nobis ecclesie est collata. Huius rei testes sunt dominus prepositus Burchardus, dominus Hinricus de Vitchen, dominus Johannes de Walsleue, Bernhardus Honech, Johannes de Apelder, Olricus de Osten et alii quam plures. Ne autem supra premissis in posterum dubium oriatur, hanc paginam sigilli nostri impressione signatam predicte ecclesie in testimonium validum erogamus. Acta sunt hec ab incarnatione domini M°.CC°.L°.V°. Datum Dymin per manum Artusii notarii nostri XII. kalendas Aprilis indictione XII.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Orig.-Matr. fol. 11v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 359 Nr. 261.

604.

1255 April 17. (XV° kalendas Maii) Bart.

Jaromar, Fürst zu Rügen, überträgt der Stadt Barth alles Land in den Grenzen des Flusses Barthe und beschreibt dieselben, verspricht auch in diesem Bezirk ohne Zustimmung der Stadt kein Kloster zu gründen und das neue Schloß ohne Zuziehung der Bürger niederzureißen.

Jaromarus, dei gracia princeps Ruyanorum, omnibus presens scriptum cernentibus in perpetuum. Vt rerum gestarum memoria ad posteros transferatur, necessarium est scriptis auctenticis et testibus ydoneis perhennari. Quocirca notum facimus uniuersis, quod dilecte ciuitati nostre Bart et incolis suis omnibus vendidimus et dimisimus omnia contenta et inclusa in terminis infra aquam dictam Bardeke comprehensis, tam in aquis, pascuis, rubis, campis, agris, quam pratis, cultis pariter et colendis, incipiendo ab orientali parte ciuitatis dicte, a mari salso per riuulum cuiusdam dicti Trebine[1]) longitudinem procedendo usque ad terminos curie nuncupate Alkum, et ab hinc usque Zarnekeuiz ville sic dicte terminos, et ab hinc usque in aquam Bardeke, et ab hinc usque in salsum mare, et ab hinc redeundo iuxta litus usque ad nouum castrum, et ab hinc usque in partem orientalem primam prescriptam, prout dicti termini suis signis et fossis specialibus sunt distincti, libere, pacifice et quiete, iure Lubecensi, cum omnibus utilitatibus perpetuo possidenda, hac conditione adiecta, quod nobis et successoribus nostris vniuersis legitime a nobis descendentibus vel officialibus nostris singulis annis predicte ciuitatis nostre incole XX^a^ tremodia siliginis, X tremodia ordei et XXX tremodia auene iugiter, in ciuitate solummodo et non extra ciuitatem, huiusmodi finaliter erogabunt. Adiecimus etiam ad predicta, quod infra omnes terminos ciuitatis sepedicte et insuper in ipsa ciuitate nobis et successoribus nostris aliquem conuentum cuiuslibet ordinis de nouo fundare uel condere non licebit, nisi de dicte ciuitatis processerit licentia speciali. Preterea nos et successores nostros ad planandum et equandum sine iuuamine dicte ciuitatis castrum nouum tenore presentium obligamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes sunt predicte rei domini milites nostri Boranto et frater eius dominus Stoyzlaus, Gotanus Mordere, Otto cum plate,

[1]) Der Codex Rugianus (im Königl. Staats-Archiv zu Stettin) schreibt per riuulum dictum Trebine.

Guzlaus de Bart, Albertus aduocatus de Sale, et quam plures alii nichilominus fide digni. Datum Bart, anno domini M.CC.LV., XV. kalendas May.

Orig.-Transf. im Stadt-Archiv zu Barth (sehr beschädigt); Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rug. Nr. 104 (Transf. von 1294); Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger Tom. XI. jur. publ. Pomer. fol. 151 Nr. 263.

Gedruckt in Schwarz, Gesch. der Pomm. Städte S. 70—71 (Transf. von 1294); Fabricius II Nr. 62.

605.

1255 April (mense Aprili).

Pribislaw, Fürst von Parchim, schließt mit dem Bischof von Schwerin einen Vergleich wegen Erhebung der Zehnten.

Zeuge: — dominus Germarus —
Acta sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo LV^to^ mense Aprili.

Copie aus dem Ende des 15. Jahrh. im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Mekl. Jahrb. XI S. 242; Fabricius III. Reg. 92b; Mekl. Urk.-Buch II S. 64 Nr. 750; vergl. Clandrian, Protoc. fol. 76b (er bemerkt, hieran ist 1 Sigil Jaromari principis Ruianorum).

606.

1255 Mai 23. (datum X. kal. Junii) Colberg.

Hermann, Bischof zu Camin, und Herzog Wartislaw III. gründen die deutsche Stadt Colberg mit Lübischem Recht, fünfjähriger Freiheit und 100 Hufen, den Brüchen zwischen Persante und Rega, der Fischerei und Fischwehren in den Flüssen Radüe und Persante. Ueber die Salzkothen werden Bestimmungen getroffen, der Wald vom Meere bis zum Restbache den Bürgern geschenkt und endlich Greifswald als Appell-Instanz festgesetzt.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus et Wartizlaus eadem gratia dux Deminensis omnibus in perpetuum. Vt ea, que per nos et fideles nostros racionabiliter fuerint ordinata, robur optineant et uigorem, volumus, ut sic in eis ueritas elucescat, ne modernorum ac successorum uersucia locum habeat in eisdem. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ciuitatem nostram Colberg teutonicis iure Lubecensi quinque annis liberam donauimus possidendam, vt eodem iure eademque in perpetuum gaudeant libertate. Centum mansos, qui coli possunt, eidem assignauimus ciuitati; quicquid etiam nobis pertinere dinoscitur in pascuis et in paludibus infra Persantam et Regam, memorata ciuitas perpetualiter optinebit. Piscationem quoque in fluuio Persanta et salsi maris, in quantum attingere possunt, liberam donauimus ciuitati sepe dicte. Insuper omnes clausuras in fluuio Radi et Persanta, que ad opus ciuitatis nociue fuerint, duximus destruendas. Preterea burgensibus nostris ad edificia ligna incidendi, ubicunque voluerint, per quinquennium dedimus libertatem. De censu sartaginum huius ciuitatis sic statuimus, quod parua sartago persoluet singulis annis quatuor pondera salis, de maiori uero sartagine, cum ipsa vti contingerit, octo pondera persoluentur, et hic census a nobis sev ab aduocatis nostris numquam minui poterit vel augeri. Ceterum

modius, qui in ciuitate Gripeswalt habetur, in annona, sale et in aliis cum teoloneo ibidem in nostra habebitur ciuitate. Preter hec ciuitati nostre dedimus nemus illud, quod apud mare ciuitati adiacet, perpetuo quantum ad vsum lignorum usque ad aquam, que Vnest wlgariter est vocata. Si uero super aliquo articulo ciuilis consuetudinis siue iuris dicte uille ciuibus dubium oriatur, pro diffinitione eiusdem articuli ad consules ciuitatis Gripeswalt est recurrendum. Huius rei testes sunt milites nostri Bizpraus, Bertoldus aduocatus in Gripeswalt, Fredericus de indagine, Johannes de Keselcin, consules de Gripeswaldis Jacobus de Trepetov, Johannes de Palitz, Wasmodus, Hildebrandus de Luneburch, Conradus Balbus, Johannes Vole, Arnoldus de Witenburch et alii quam plures, Emelricus, Johannes de Lubeke, Bernardus, Hinricus Sartor consules de Colberg. Acta sunt hec anno domini M̊.CC̊.LV̊. Ne autem super premissis in posterum dubium oriatur, hanc paginam sigillorum nostrorum inpressione roboratam dicte ciuitati nostre Colberg in testimonium validum erogamus. Datum Colberg X̊. kal. Junii per manum Johannis notarii indictione duodecima.

Orig.-Transf. von 1290 im Stadt-Archiv zu Colberg.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 374 Nr. 265; Riemann, Gesch. der Stadt Colberg, Beilagen Nr. I; Wachsen, Gesch. der Altstadt Colberg S. 27. Vergl. Balt. Studien X. 1. S. 171.

607.

1255 Mai 24. (secunda feria post octauam penthecostes) Colbergh.

Hermann, Bischof zu Camin, befreit den zu der Präbende des Domherrn Günther zu Colberg gehörenden Salzkothen von allen Lasten.

Hermannus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus omnibus hanc literam inspecturis salutem in domino. Notum volumus esse universis tam presentibus quam futuris, quod tugurium salis in monte Colbergh pertinens prebende domini Guntheri canonici Colbergensis propter deum ac pro reuerencia gloriose virginis Marie, que in eadem ecclesia est et patrona et domina, predicto domino Gunthero suisque successoribus ab omni exactione dimisimus liberum et solutum, districtius inhibentes aduocatis et officialibus nostris, ne hanc libertatem nostram ausu temerario infringere vel violare presumant, sed si necesse fuerit ipsum vice nostra defendant et homines in predicto tugurio laborantes. Vt igitur hec nostra libertas predicto Gunthero concessa nullius in posterum calumpnia infringi possit, presentem literam super eo conscriptam sigilli munimine decreuimus roborari. Testes hujus rei sunt Gherardus et Arthusius canonici Colbergenses. Datum Colbergh anno domini millesimo CC°.LV°. secunda feria post octauam penthecostes, per manum Johannis notarii nostri consecracionis nostre anno primo.

Bibliotḥ. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Dreger'sche Abschrift der Matrikel des Colberger Domkapitels S. 68.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 371 Nr. 262.

608.

1255 Juni 28. (IIII°. kal. Julii).

Herzog Barnim I. bestätigt sämmtliche Besitzungen des Klosters Colbatz und beschreibt deren Grenzen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnym dei gratia Pomeranorum dux omnibus paginam inspecturis in salutis auctore salutem sempiternam. Ad plantandam et edificandam vineam domini Sabaoth ad capiendas uulpeculas que eandem vineam satagunt demolliri,

prudens pater familias antiquo et vero consilio vinee sue que est sancta vniuersalis ecclesia salubriter prouidit, cum ipsam noua aut multiplici ordinis Cisterciensis prole feliciter fecundauit. Quare cum hanc fecunditatis ubertatem iam probate rei didicerimus[1]), argumento dignum est, ut quorum sentimus spiritualibus refectionis affluenciam eorum subueniamus indigencie et ut a nobis cibo reficiantur corporali quedam temporalia largiantur, quia ex eorum sancte conuersationis gratia et multe dulcedinis habundantia sic nobis interne dilectionis affectibus connectuntur, vt secure audeamus dicere, quod tota domus dei religio nec primam similem visa est nec habere sequentem. Nouerint igitur vniuersi, quod dilectos in Christo fratres monasterii de Colbas ordinis Cisterciensis paternum sequentes propositum propensius defensare ac tueri satagimus ac presentis scripti priuilegio communimus, inprimis confirmantes eis quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium inpresenciarum possidet principum donacione, fidelium oblacione seu coempcione vel aliis iustis modis, ut firma eis eorumque successoribus illibata perpetuo permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum Colbas, Ladebo, Recowe, Reptowe, Witstok, Brunyk cum Dambrowe, Nienmarkt cum foro libero, que antea vocabulum habuit Cyrnowe, Dambe cum foro libero, Woltin cum foro libero, Tribus, Smirdeniz, nouas villas Recow, Reptowe, Doberpul, Cruch, Sicznowe, Damne, Jazinza, Glina, Silizlawe, Bynowe, Kulowe, Piascenza, Clebowe, Gardina, Schoneuelt, Woltersdorp, Belitz. Termini uero predictarum possessionum ita distinguntur. A Lankna in Jazinza et Wozstrowiz, inde in Bandegast et Creknam usque ad fossatum consitum lapidibus, quod diuidit terminos inter Woltin et Babin. Inde recurrunt in siluam Drenin et Drenozinza ac Dalgobrod, inde in stagnum Czadaclino et siluam Borem usque in Tywam fluuium, quem liberum in utroque littore predicti fratres possident usque ubi influit Melna in fluuium prenotatum. Inde recurrunt ad tumulos paganorum in monte sitos, deinde per medias paludes et stagnum ad tres tumulos paganorum. Inde recurrunt ad tres riuulos qui in prato conueniunt et Regatam deriuant et sic per ipsum fluuium, quem liberum sepedicti fratres in utroque litore cum piscacionibus suis et pratis et siluis possident usque ad terminos Ywarge. Inde per mediam solitudinem inter Clebow et Cluts usque ad monticulum nomine Woz et stagnum Colpin, inde in stagnum Dambe usque in siluam Trebz que est ad orientem prati eiusdem ville, deinde uersus desertum Golnowe, inde ad monticulos qui distingunt terminos Recow et Nisna et sic ad fontem qui diuidit terminos Selowe et Recowe. Inde reuertuntur in Lanknam. Confirmamus eciam eisdem dilectis in Christo fratribus de Colbas Broda, Schoneuelt, Prilop, Sabas, Valkenberghe cum sexaginta quatuor mansis et terminis suis, Lucowezedelis cum sexaginta mansis et terminis suis, Warsin cum terminis suis, Gogolowe cum quadraginta mansis et terminis suis, Czantosine, Dolsowe cum terminis suis, duas capturas angwillarum[2]) in Regata inter Cedelin et Dambe, Plonam ab ortu eiusdem usque in stagnum Dambe, Doberpul et Trebene, quarum termini sunt a stagno Sovin in Warsin usque ad terminos Salentin et Kolin, inde in Ynam et sic reuertuntur in stagnum Sovin, Cutsinowe et tugurium salis in Colberch cum omni iure liberum, quinque marcas denariorum annuatim in moneta Stetinensi. Ut autem processu temporis omni cauillacioni denegetur locus, si dictas possessiones quandoque aliis nominibus nouis in futurum fortassis appellari contigerit, vel in siluis possessionibus antedictis attinentibus ville de nouo edificate fuerint cum nouis vocabulis, sine omni capcione et contradictione ratum habentes assentimus. Preterea nos ob salutem anime nostre nec non et parentum nostrorum has predictas possessiones et si quas alias habent predicti fratres de Colbas

[1]) Die Matrikel schreibt didiscerimus.

[2]) Das Original hat agwillarum.

priuilegiis nostris uel antecessorum nostrorum confirmatas cum omnibus terminis suis et eis que infra ipsos continentur, scilicet in opidis et foris eorum et villis, agris, siluis, cultis et incultis, pratis, pascuis, fluminibus, riuis, stagnis, aquis, piscationibus, molendinis et ferrifodinis, viis et semitis cum omni jure et utilitate, que nunc est uel in futurum haberi poterit, eisdem dilectis in Christo fratribus perpetuo possidendas contulimus et donauimus. Porro Dambe et viginti chori siliginis ac decima de Selowe et Nisna cum melle in deserto uersus Golnow, que in pheodum a predicto monasterio recepimus, quoad uixerimus possidenda, post obitum nostrum siue cum liberis siue sine liberis decedere nos contingat, ad sepedictum monasterium libere reuertentur. De cetero omnes libertates et inmunitates, quas nostris uel patris nostri domini Buguzlai junioris seu aui nostri domini Buguzlai senioris temporibus ac priuilegiis predicti fratres de Colbas habuisse noscuntur, eisdem libero ac perpetuo iure confirmamus. Vt ergo hec omnia rata et inconuulsa perpetuo maneant presentem paginam posteris relinquendam sigilli nostri appensione cum testium subscripcione roboramus. Testes sunt Hermannus notarius noster, milites Gerardus Lepel, Liborius, Godefridus aduocatus, Rodolfus, Hinricus Brusehauere, serui Volcmarus, Johannes frater eius, Otto Plate et alii quam plures. Acta sunt hec anno gracie M°CC°LV° IIII°. kal. Julii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel Nr. 217 fol. 67ʳ; Transf. de 1309 März 1. Nr. 213 fol. 68ᵛ.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 376 Nr. 266.

609.

1255 Juli 21. (vigilia Mariae Magdalenae) Bercholt.

Hermann, Bischof zu Camin, schenkt dem Nonnenkloster vor Stettin den Zehnten aus den Dörfern Grabow, Bredow, Golentin, Roderbeck, Colbitzow, Rosow, Pomellen, Barnimslow, Ladenthin, aus vier Hufen in Reinkendorf und je zweien in Repegloue, Chorin und Tantow.

Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, omnibus in perpetuum. Ea quae geruntur a viris prudentibus, ne qua possint attemptari calumnia, eternari solent linguis testium et testimonio literarum. Hinc est quod notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod nos ob reuerentiam gloriosae semper virginis Mariae conuentui [dominarum][1]) in Stettin Cistersiensis ordinis decimas mansorum ac uillarum quae sequuntur contulimus de consensu nostri capituli perpetuo possidendas. Nomina villarum sunt haec, Grabow, Bredouue, Golentin, Gustouue, Rodenbeke, Colbascowe, Rosouu, Pumelle, Berenslauu, Lodentin. Mansi vero sunt hii, in Reinekendorp quatuor, Repeglouue duos, Chorin duos, Tanthouue duos. Vt igitur hec nostra donatio semper firma permaneat, presentem literam inde conscriptam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius rei sunt Thidericus scholasticus Camminensis, Fridericus plebanus in Piritz, Johannes plebanus sancti Petri in Stettin, Hinricus comes de Kereberg, Heinricus miles de Ecstede, Otto de Kracouue et alii quam plures. Datum Bercholt anno domini 1255 vigilia Mariae Magdalenae pontificatus nostri anno primo. Datum per manus Johannis notarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenklosters fol. 5 Nr. 27.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 384 Nr. 273; v. Eickstedt, Urkundensammlung I. S. 46 Nr. 10.

[1]) Diuinarum in der Matrikel.

610.

1255 Juli 25. (VIII°. kalendas Augusti).

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Colbatz das Dorf Parsow und befreit die Unterthanen des Klosters von allen Leistungen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnym dei gratia dux Pomeranorum omnibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium salus. Temporum mobilitas et humane memorie instabilitas exigit, ut ad veritatis argumentum per scripta autentica posteris mandentur facta priorum. Quia igitur ex largicione elemosinarum diuina pagina protestante rubigo facinorum consumitur et deletur, expedit animarum saluti, vt magis hys erogentur, qui omnibus huius mundi deliciis abdicarunt et soli domino adheserunt. Quapropter notum esse volumus omnibus tam presentibus quam futuris, quod ob remedium anime nostre necnon et parentum nostrorum fratribus ordinis Cisterciensis in Colbas deo famulantibus contulimus et donauimus proprietatem ville que Parsow dicitur iure perpetuo possidendam, cuius termini protenduntur a terminis Babin usque in siluam Drenin, que distingwit terminos Belitz, inde recurrunt ad terminos Woltersdorp et Gardna, inde recurrunt ad terminos Babin, cum agris, siluis, pratis, pascuis, cultis et incultis, stagnis, piscationibus, riuulis, molendinis et omni utilitate, que nunc est uel in futurum haberi poterit. Ad noticiam quoque liberam iura maiora et minora et omnes libertates seu immunitates, quia predicti fratres in priuilegiis patris nostri domini Buguzlaui junioris uel aui nostri domini Buguzlaui senioris siue nostris priuilegiis habere noscuntur, videlicet ne coloni eorum vrbes edificare uel reparare cogantur nec iudicum quisquam secularium eis molestus sit in ullo negotio, sed ab omni secularis iuris exactione liberi sint, communis placiti, expedicionis, vrbani operis et a iure quod herschilt dicitur vel qualicunque seruicio nostro et successorum nostrorum predictam villam perpetua libertate donamus. Vt autem hec omnia rata et inconuulsa perpetuo permaneant, sigilli nostri appensione cum testium subscripcione presentem paginam roboramus. Testes Tidericus de Schoneuelt sacerdos, Godekinus aduocatus, Theodericus Clucik, Wipertus de Banis, Hinricus Brusehauere, Rodolfus Venator, Walterus de Konow, Johannes Venator, Arnoldus prefectus de Nienmarkt et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M°.CC°.LV°.VIII°. kalendas Augusti.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel Nr. 155 fol. 38; Transs. von 1309 März 1. Nr. 37 fol. 10ʳ; Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Dreger, Registratur II (1255) Nr. 16.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 379 Nr. 268.

611.

1255 August 1. (kalendas Augusti).

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Colbatz das Dorf Babbin mit 90 Hufen und befreit die Unterthanen des Klosters von allen Leistungen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnym dei gracia dux Pomeranorum omnibus presentem paginam inspecturis salutem in uirginis filio Jhesu Christo. Quoniam acta priorum posteri difficile retinent, utili cautela precautum est, ut gesta precedencium

scriptis autenticis perhennentur, quibus cum necessarium fuerit, veritas approbetur et omnis dubietatis scrupulus de medio tollatur. Quapropter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod ob remedium anime nostre nec non parentum nostrorum fratribus ordinis Cisterciensis in Colbas deo famulantibus contulimus et donauimus villam que Babbyn dicitur cum nonaginta mansis perpetuo iure possidendam cum omnibus terminis et attinenciis suis, agris, pratis, pascuis, siluis, cultis et incultis, aquis, stagnis, riuulis, molendinis, piscacionibus, in semitis et viis et omni utilitate que nunc est uel in futurum haberi poterit. Advocaciam liberam et iudicia maiora et minora per suos yconomos exercenda et omnes immunitates et libertates, quas predicti fratres de Colbas habere noscuntur in priuilegiis nostris siue patris nostri domini Buguzlaui junioris seu aui nostri Buguzlaui senioris perpetuo iure confirmamus. Vt autem hec omnia rata et inconuulsa in perpetuum permaneant, sigilli nostri appensione cum testium subscripcione presentem paginam duximus roborandam. Testes sunt Godekinus aduocatus, Henricus Brusehauer, Gerardus Lepel, Rudolfus Venator, Volcekinus Specht, Otto Plate, Johannes Venator. Acta sunt hec anno domini M°.CC°.LV. kalendas Augusti.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel Nr. 32 fol. 9v; Transs. von 1309 März 1. Nr. 33 fol. 9v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 380 Nr. 269.

612.

1255 August 6. (5). (die Sixti, Felicissimi et Agapiti, nonas Augusti) Piritz.

Herzog Barnim I. schenkt dem Nonnenkloster zu Pyritz das Dorf Briesen mit allem Zubehör.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus, ad quos praesens scriptum peruenerit, aeternam in domino salutem. Gesta simul et acta principum festinanter irent in obliuionem, si non ea scripta et testimonia euidenter confirmarent litterarum. Ea propter sciant praesentes et noscant futuri in Christo fideles, quod nos in remedium animae nostrae nostrorumque praedecessorum in remissionem peccaminum villam nostram quae dicitur Brysin cum omnibus attinenciis nunc collatis et prouenientibus in futuro, proprietate simul et iure, quo eam possedimus tempore ab antiquo, preposito in Piritz et virginibus deuotis ibidem domino deo iugiter famulantibus perpetuo contulimus quiete possidendam. Preterea volumus et mandamus, ut nullus aduocatorum, bedellorum seu qualis cunque fuerit iudex uel persona, praepositum, dominas, villam et homines in ea habitantes inposterum vllo modo inquietare audeat vel praesumat. Igitur ne huic nostrae donationi aliquid in futuro quod nociturum est possit suboriri, hanc literam super eo damus sigilli nostri munimine diligentius roboratam. Testes huius donationis sunt Thidericus et Lupoldus Vrsus, Heinricius de Murzin, Wernherus de Riden, Bartholdus Klist, Gotkinus aduocatus, Rudolphus de Zedelin, Hermannus de Melentin milites, serui vero Johannes de Clint, Johannes de nouo foro, Johannes Brusewitz et alii quam plures in Christo fideles. Datum Piritz anno domini M.CC. quinquagesimo V. die Sixti, Felicissimi et Agapiti, nonas Augusti.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Pyritzer Matrikel fol. 3.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 379 Nr. 267; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 61 Nr. 37; vergl. Balt. Stud. X. 1. 171 (vigilia Sixti).

613.

1255 September 8. (die natiuitatis domine nostre) in Virchin.

Hermann, Bischof zu Camin, bezeugt, daß er dem Kloster Verchen die Capelle in Schönfeld mit drei Hufen, und die Dörfer Kaeseke, Clodonitz[1]) und Trittelwitz zugewiesen habe. Desgleichen schenkt er dem Kloster das Dorf Metschow mit dem Zehnten, Mesiger mit dem halben Zehnten, den halben Zehnten des Dorfes Verchen mit einer Hufe, die der Ritter Janic dem Kloster übertragen, nebst den kirchlichen Kornhebungen von allen genannten Dörfern, in denen die Pflege des geistlichen Amts nur dem Kloster zustehen soll.

H. dei gracia Caminensis episcopus omnibus in perpetuum. Ea que geruntur a uiris prudentibus, ne qua possint attemptari calumpnia, roborari solent linguis testium et testimonio litterarum. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod cum nos ecclesiam Virchin dotaremus, assignauimus ei capellam in Sconeuelde cum tribus mansis ibidem, cui capelle adiuncte sunt tres uille Cosic uidelicet, non obstante eo, si uilla Cosic per aliam litteram alii ecclesie aliquando fuerit assignata et villa Triteruiz et Clodoniz. Hanc igitur capellam plebanus de Virchin officiare tenebitur die dominico (!), quarta feria atque sexta. Assignauimus eciam ecclesie in Virchim in dotem villam Methzecowe cum omni iure, decima atque fundo, villam quoque Mezegore cum dimidia decima ad ecclesiam dotauimus supradictam. Dimidiam eciam decimam ipsius uille Virchin ad ipsam ecclesiam Virchim dotauimus cum uno manso, quem Janic miles pro salute anime sue illi ecclesie contulit, ut ipsius memoria ibidem perpetuo haberetur. Annonam eciam ecclesiasticam ad hanc ecclesiam dotauimus de uillis omnibus prenotatis. Hee igitur uille ad ecclesiam Virchim a nobis assignate a nulla alia ecclesia quam ab ecclesia Virchim, qne mater est, recipere debent ecclesiastica sacramenta. Vt igitur hec huius ecclesie nostra dotatio semper firma permaneat, presentem litteram inde conscriptam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius rei sunt Borchardus prepositus de Cladessowe, Adolfus prepositus, Hinricus plebanus Dyminensis, Hinricus comes de Kerecberg, Hinricus Vrsus, Olricus de Ost, Johannes de Penz milites quam plures. Acta sunt hec in Virchin anno domini M°.CC°.LV°. die natiuitatis domine nostre, pontificatus nostri anno I°. Datum per manum Johannis tunc notarii nostri.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Orig.-Matrikel p. 28v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 383 Nr. 272; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 62 Nr. 38.

614.

1255 September 24. (VIII° kal. Octobris).

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt dem Domkapitel zu Güstrow die vom Bischof Conrad geschenkten Zehnten von 63 Hufen im Lande Circipanien.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus miseracione diuina Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Liberalitatis nostre munificencia, que se nouit exhibere omnibus generalem, spetiali semper domesticos nostros non desinit prosequi

[1]) Das Dorf selbst ist untergegangen, doch liegt bei Trittelwitz noch die Klenzer Mühle.

lenitate. Noscat igitur modernorum presencia et posterorum successio, quod, cum nos decimas terre Cy[r]spanie a terrarum dominis et laycis aliis tandem euicissemus, multis laboribus et expensis, Guztrowenses canonici, Caminensis dyocesis, necnon et felicis recordacionis predecessoris nostri Conradi episcopi priuilegia protulerunt, ex quibus se ius habere in sexaginta et trium mansorum decimis in subscriptis uillis locatorum legitime comprobarunt: in Jamyn IX mansi, in Damene XIII, in teutonico Bitzin IX, in paruo Daleuiz IIII, in Grantzowe XI, in slauico Metnic VI, in Bizlande XI; cumque nos capituli nostri peticionibus et confessionibus super eisdem decimis refragari merito non possemus, licet ipsas tamquam nostro labore et inpen[sis] repetitas retinere nostris usibus ualeremus, micius tamen cum ecclesia Gustrowensi agere cupientes, sepedictas decimas eidem contulimus libere possidendas, plenam relinquentes ipsi capitulo facultatem in prelaturarum edificacionem et prebendarum aucmentum sepedictas decimas dispensandi. Gratam itaque et ratam habentes capituli nostri et predecessorum nostrorum collacionem omnipotentis dei auctoritate et nostra munificencia confirmamus, excommunicantes omnes, qui tam solempni ordinacioni presumpserint obuiare. Testes huius rei sunt Theodericus de Addenmisen scolasticus Caminensis, Henricus canonicus eiusdem ecclesie, Jordanus de Blankenburg canonicus Hildensemensis, Bernardus de Wiendorp, Marquardus de Goldenbo, Johannes de Buren, milites, et alii clerici et layci. Acta hunt hec anno gracie M°CCLV°. VIII°. kal. Octobris.

Diplomatar des Dom-Collegiat-Stifts Güstrow.

Gedruckt in den Mekl. Jahrb. XII S. 316; Mekl. Urk.-Buch II S. 69 Nr. 758.

615.

1255 Oktober 3. (2). (Acta mense Octobri sequenti die Ottonis et Remigii. Data in Dimin).

Herzog Wartislaw III. übergiebt dem Kloster Belbuck das Dorf Carow an der Rega mit 100 Hufen und sieben Seen, nachdem der Ritter Szando von Colberg auf dasselbe verzichtet hatte.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Wartizlaus dei gratia dux Deminensis omnibus praesentem paginam inspecturis in perpetuum. Religiosam uitam eo auctore, a quo omnis religio instauratur et regitur, agentibus et professis nostrum conuenit auxilium non deesse, ne propter defectum rerum temporalium a sanctae religionis proposito resipiscant, sed temporalibus subsidiis adiuti familiarius et quietius domino famulentur. Nouerit igitur venerabilis aetas praesentium et discat reuerenda successio futurorum, quod nos in manibus nostris resignatione recepta uille Carwou sitae super Regam, Caminensis districtus, quam Szando miles de Cholberg a nobis in feudo tenebat, ob reuerentiam beatorum apostolorum Petri et Pauli abbati et conuentui de Belbuch Praemonstratensis ordinis Caminensis diocesis eorumque successoribus ipsam villam centum mansis limitatam, cum pascuis, syluis, pratis, riuis, paludibus, vsuagiis, nemoribus, cultis et incultis, cum inferioribus et superioribus ingressibus et egressibus, et omnibus eorum pertinentiis, et septem stagnis, quinque ad ipsam in toto et duobus in parte pertinentibus, nec non riuulis infra dictorum mansorum terminos constitutis cum omni iurisdictione, honore atque districtu, nostro nostrorum haeredum successorumque nostrorum nomine, in perpetuum possidendam suo nomine donauimus simpliciter inter uiuos, renunctiantes omni seruitio atque exactioni nostro, haeredum successorumque nostrorum nomine, quod nobis in dicta villa competeret seu competere uidebatur, ita ut,

cum dicta villa possessa fuerit seu locata, ipsius coloni dictis abbati et conuentui eorumque successoribus absque nostra, haeredum successorumque nostrorum et cuiuslibet alterius personae contradictione de praedictis centum mansis cum omni integritate respondeant, nichil nobis iuris haeredibus aut successoribus nostris in ipsis penitus reseruantes. Damus quoque ipsis licentiam autoritate propria ingrediendi possessionem villae memoratae et ordinandi de ipsa, secundum quod sibi et suae ecclesiae uiderint expedire. Acta hunt haec anno gratiae M.CC.LV. mense Octobri, sequenti die Ottonis et Remigii. Huius donacionis testes sunt Leuinus canonicus Cholbergensis, Artusius eiusdem ecclesiae canonicus, Heinricus plebanus Diminensis, Borco miles, Tessim miles, Bartoldus Turingus, Bertoldus aduocatus de Wolgost. Vt autem haec nostra donatio futuris temporibus rata sit et incommutabilis perseueret, praesentem paginam sigilli nostri munimine consignatam saepedictis abbati et conuentui de Belboch duximus in testimonium largiendam. Datum in Dimin anno gratiae M.CC. quinquagesimo quinto.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matrikel fol. 15^{v} Nr. 15; Transſ. vom 22. Jan. 1310 fol. 58 Nr. 51.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 385 Nr. 275.

616.

1255 November 8. (feria secunda ante festum beati Martini pontificis) Tribuses.

Fürst Jaromar von Rügen sichert den Einwohnern des Dorfes Pöglitz gegen Zahlung von 26 Mark zu, daß ihre Feldmark nicht wieder vermessen werden soll.

Jaromarus, dei gratia princeps Ruyanorum, omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino. Notum esse cupimus, quod, cum in terra Tribuses villarum mansi et agri ex nostro mandato cum funiculo distributionis mensurarentur, mensurata est etiam uilla, que vocatur Pogelictz. Videntes autem ciues dicte uille damnum exinde sibi provenire, in gracia nostra pro viginti sex marcis denariorum obtinuerunt, quod eorum villa cum suis mansis et agris, pratis, pascuis, paludibus, riuis et siluis in suis terminis antiquis sine mensura perpetuo debent permanere. Vt autem hoc nostrum factum firmum maneat et inconuulsum a nobis et a nostris successoribus, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri appensione roborari. Testes sunt Richoldus, Reinfridus de Penitz, Johannes Budol, nostri milites et vasalli, Vlricus aduocatus, Hinricus Dotemberch, Godescalcus Hukeshole, Johannes et Theodericus fratres de Rekentin, Lubbertus de Barnekow et alii quam plures. Datum Tribuses, anno domini 1255, feria secunda ante festum beati Martini, pontificis gloriosi.

Vidim. Abschr. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin.

Gedruckt in Fabricius II S. 44 Nr. 62^{b}.

617.

1255 in Prenzlaw.

Die Markgrafen Johann und Otto zu Brandenburg bestätigen den Tausch des Landes Stargard und der Hälfte des Landes Colberg gegen bischöfliche Zehnten, welchen Herzog Barnim I. mit dem Bischofe Hermann zu Camin abgeschlossen.

Johannes et Otto marchiones Brandenburgenses omnibus imperpetuum. Ea que geruntur a viris prudentibus, ne qua possint attemptari calumpnia, subscriptione solent testium et

instrumentorum serie roborari. Notum ergo volumus esse tam presentibus quam futuris, quod nos proprietatem terre Stargart et medietatem terre Colberg a domino Barnym consanguineo nostro pro quibusdam decimis permutatam cum episcopo et ecclesia Caminensi et proprietatem ville Clockow cum antiquis terminis ad honorem omnipotentis dei glorioseque matris eius virginis Marie necnon beati Johannis baptiste dicto episcopo et sue ecclesie perpetuo appropriamus, ea condicione, quod eędem decime, que pro dictis terminis permutate sunt, ad nos uel ad nostros redeant quando vacant. Ut igitur hec nostra confirmacio semper firma maneat, presentem paginam inde conscriptam sigillis nostris cum testium subscripcione fecimus roborari. Acta sunt hec in Prenzlaw anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Caminer Orig.-Matrikel fol. 124ᵛ; vgl. Klempßens Extrakt der Caminer Matrikel (Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch. Iᵃ 53 fol. 268ᵛ).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 387 Nr. 276; Riedel, Cod. dipl. Brand. II, 1 S. 44 Nr. 66.

618.

1256 Februar 1. (kalendis Februarii).

Barnim I., Herzog von Pommern, gestattet dem Kloster Oliva Ankauf und Ausfuhr von 24 Wispeln Getraide aus seinen Landen.

Barnim dei gratia Pomeranorum dux omnibus hanc litteram inspecturis salutem in omnium salvatore. Quoniam priorum memoria posteris difficile retinetur, utili cautela procuratum est, ut gesta precedentium scriptis authenticis commissa commaneant, quibus cum necessarium fuerit, veritas comprobetur et dubietatis scrupulus de medio tollatur. Quapropter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod ob remedium anime nostre dilectis in Christo fratribus de Oliva libertatem viginti quatuor choros annone emendi et educendi sine omni contradictione scilicet advocatorum bedellorum thelonei et exactione, que ungelt dicitur, annuatim perpetuo contulimus et donavimus. Ut ergo hec donatio rata permaneat, sigilli nostri inpressione cum testium subscriptione roboramus. Testes sunt Theodericus prepositus de Colberg, Rodolfus capellanus noster, Godekinus advocatus, Rodolfus Venator, Liborius, Wilhelmus, Joannes et alii multi. Datum anno domini M.CC.LVI. kalendis Februarii.

Königl. Staats-Archiv zu Königsberg: Codex Oliv. p. 232—233 Nr. 142.

619.

1256 März 24. (in vigilia annunciationis beatae virginis).

Borwin, Fürst von Rostock, Nikolaus, Fürst von Werle und Jaromar, Fürst von Rügen, versuchen bei einer Zusammenkunft mit König Christof von Dänemark, letzteren mit ihrem Verwandten, dem Erzbischof Jakob Erlandsön von Lund, zu versöhnen.

Gedruckt in Langebeck, Script. rer. Dan. V p. 584—86; Mekl. Urk.-B. IV S. 106 Nr. 2670.

620.

Acta 1255 data 1256 April 17. (quintodecimo kalendas Maii) in Tuchov.

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Usedom den Besitz der Dorfschaft Struga im Lande Usedom, welche die Brüder Daniel und Johann Brüsewitz für 45 Mark an das Kloster verkauft hatten.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnym dei gratia dux de Stetyn omnibus hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam antiquitas mater est obliuionis, obliuio uero lumen ueritatis penitus eneruare consueuit, necesse est ut facta mortalium que pietatis studio aguntur scriptis commendentur et bonorum testimoniis roborentur. Nouerint igitur tam presentes quam postere nationes, quod dilecto nobis domino Wiardo abbati et conuentui in Grobe villam que vocatur Struga sitam in territorio Uznomensi cum agris cultis et incultis, nemoribus, siluis, pratis, vsuagiis et suis limitibus, secundum quod idem limites se antiquitus extenderunt, titulo proprietatis donauimus perpetuo possidendam, quam Wiardus abbas et canonici dicti monasterii a duobus fratribus uidelicet Daniel et Johanne Brusuiz, qui eam a nobis in feodum tenebant, pro quadraginta et quinque marcis denariorum empcionis titulo comparaurunt. Huius autem empcionis factum nos aprobantes et ratum habentes, quicquid nos iuris in eadem villa videbamur habere, pro remedio animarum nostrarum et progenitorum nostrorum dictis fratribus domino famulantibus liberam ex omni exactione iniusta contulimus possidendam. Acta sunt hec anno gratie M.CC. quinquagesimo V. Testes uero huius empcionis et donationis sunt Tammo miles, Gerardus de Szwerin, Vituzslaws, Michael et frater eius Dobromarus et alii quam plures. Vt autem hec emptio et donatio firma iugiter et inconuulsa permaneat dicto monasterio conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Data in Tuchov anno gratie M.CC. quinquagesimo sexto, quintodecimo kalendas Maii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Orig.-Transf. vom 13. Juni 1317 s. r. Pudagla Nr. 86; Pudaglaer Matr. fol. 33ᵛ (XXIX F.) Transf. vom 13. Juni 1317.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 373 Nr. 264.

621.

1256 Juni 22. (X kal. Julii) Dargun.

Herzog Barnim I. überträgt dem Kloster Dargun die Dörfer Garz und Caseburg und beschreibt deren Grenzen. Er erklärt ferner, daß das Kloster ihm die Fischerei im Haff abgetreten und bestimmt, daß jeder Fischer daselbst vor allen Leistungen sechs Mark jährlich dem Kloster zu erlegen hat. Außerdem behält er den Unterthanen Darguns das Recht vor, in ihren Grenzen zu fischen.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in salutis auctore salutem. Quoniam omnium habere memoriam diuinitatis potius est quam humanitatis, facta memorie digna scriptis commendare prudens decreuit antiquitas, ne longinquitate temporis error subrepat obliuionis. Quocirca necessarium et dignum memoria iudicauimus tam presentium, quam futurorum notitie declarandum, quod nos ob dei remunerationem et ipsius genitricis reuerentiam claustro Dargun et fratribus ibidem deo seruientibus contulimus duas villas sub vno vocabulo Garz dictas, in quibus sederunt Sabic

et Roszwar, cum omnibus attinentiis, agris, siluis, pratis, aquis, iure perpetuo possidendas. Dedimus nichilominus predicto claustro villam, que Carsibůr dicitur, cum piscatione totali in omnibus terminis suis. Harum trium villarum terminos, ne in posterum per aduersatricem iustitie, prauorum inuidiam, possint coangustari, presenti pagine duximus inserendos. Incipiunt enim ab orientali parte in monte, cui nomen slauice Bealgor et teutonice Wittenberge dicitur, de quo procedunt recta linea usque ad locum, vbi riwlus stagni, qui Scenin dicitur, effluit; de quo vergunt ad occidentem per eiusdem stagni medium vsque ad quendam magnum montem et altum, in quo stat alta fagus et cauata, que pene uideri potest per totam terram; vnde procedunt ad quandam uiam, que de villa Scenin dicta tendit versus Vsnoym, que etiam diuidit campos eiusdem ville et claustri et alterius ville, que Circhove dicitur, et claustri; de qua tendunt ad quandam vallem paruulam et inde procedunt ad quendam lapidem magnum, in quo creuerunt due arbores, que Hagenboken dicuntur, et iuxta pirus; de quo ascendunt recta linia per uerticem montis usque ad quoddam sepulchrum, quod circumpositum est lapidibus et iacet inter duos montes et duas vias, iuxta quod sepulcrum erectus est lapis altus, et prope eundem lapidem iterum diuidunt se due uie, quarum dextera, tendens ad meridiem, diuidit campos villarum Garz videlicet et Cussove, que etiam tendit ad quendam locum versus portum, qui Garcin dicitur; de quo recto tractu procedunt vsque in recentis maris medium, et inde uersus orientem per longum eiusdem maris usque in medium gurgitis aque ville Lubin, que domini prepositi Caminensis est; de quo descendunt versus aquilonem ad quendam locum, qui Rospi dicitur, et inde tendunt ad occidentem ad quandam paruam insulam, que Loz dicitur, que tota est claustri; de qua procedunt usque ad quendam fluuium, que Cuniuenitse dicitur; de quo tendunt adhuc uersus occidentem ad quendam riuulum, qui Jatisuenitse dicitur, et ab eodem riuulo procedunt usque ad quandam insulam, que Damba dicitur, que tota est claustri; in cuius insule fine effluit riuulus quidam, qui Wangernisce dicitur, a quo procedunt recta linea per transuersum aque, que Zuina dicitur, versus orientem usque ad montem Bealgor, a quo et incipiunt. Quicquid hiis videlicet terminis Wartsowe, Parpartne, Wotsiz, Bozitse circumcingitur, et ceteris omnibus, terris etiam cultis et incultis, areis, campis, pratis, pascuis, piscariis, aquis, siluis, molendinis, mancipiis atque seruitiis et omnibus eorum attinentiis contulimus supradicti claustri fratribus in ius proprietatis et perpetue possessionis libere et absolute, ita ut de eisdem bonis libera sit eis ordinandi facultas, prout utile sibi iudicauerint expedire. Preterea homines, quos in eisdem prediis locauerint, ab aduocatia et ab omni seruitio liberos dimisimus, ita ut nemini quicquam debeant ex debito nisi soli claustro. Verum cum fratres sepedicti claustri piscationem recentis maris, quam a nobis tenuerunt, non possent propter piscatores in ipso annuatim suas sagenas trahe[nt]es quiete et pacifice possidere, ipsam ad petitionem nostram nobis resignauerunt, ita sane videlicet, ut eisdem fratribus singulis annis, qui prefa[tam] piscationem a nobis conduxerit, primo ante omnes alios, qui aliquot emolumentum ex ea percipere consueuerunt, sex marcas Brandeburgensis [argen]ti persoluere teneatur. Porro homines eorum, sicut consueuerunt hactenus, cum retibus suis et aliis piscandi instrumentis infra terminos eorundem piscandi habebunt liberam facultatem, nec infra eosdem terminos cum illo instrumento, quod alrep dicitur, cuiquam homini piscare licebit, nisi de ipsorum voluntate et licentia spetiali. Ne autem super eo, quod a nobis tam rationabiliter gestum est, questio oriatur in posterum, presentem paginam sigilli nostri inpressione fecimus communiri. Huius rei testes sunt hii: dominus Hermannus episcopus Caminensis, dominus Guntherus abbas Stolpensis, Borchardus prepositus de Virchin, Heinricus plebanus de Dimin; laici: Rodolphus Munt, Tammo, Gerardus Lepel, Gerhardus de

Zuerin, Heinricus Stoltevot et Vencike, milites, et alii quam plures. Datum in Dargun anno gratie M.CCLVI, X kal. Julii, per manum Rodolphi capellani nostri.

Siegel an roth- und gelbseidener Schnur.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin; desgl. Original-Transf. vom Jahre 1311 und vom 29. Januar 1344.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden I S. 101 Nr. 47; Mekl. Urk.-Buch II S. 78 Nr. 769.

622.

1256 Juni 28. (IIII. kal. Julii) Anagnie.

Pabst Alexander IV. bestätigt die Abtretung des Landes jenseits der Elde und Elbe durch Kaiser Friedrich II. an die Dänischen Könige Knud und Waldemar.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, carissimo in Christo filio.. regi Danorum illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a racionis tramite non discordant effectu prosequente complere. Cum igitur quondam Frethricus tunc rex Sicilie, in Romanorum imperatorem electus, de assensu principum Theutonie, pro pace ac concordia inter imperium et regnum Dacie inuiolabiliter obseruanda et hostibus imperii cohercendis, omnes terminos vltra Eldoram et Albiam imperium contingentes, quos inclite recordacionis Kanutus rex, frater tuus prouocatus iniuriis et tu cum eo pariter acquisistis et quicquid in Sclauia idem frater tuus acquisitum paterno suoque labore[1]) tenuit, regno tuo addiderit, sicut per autenticum instrumentum inde confectum euidenter apparet: nos tuis supplicationibus inclinati, quod ab eodem rege de consilio eorundem principum et assensu pro bono pacis super hiis prouide factum est, ratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum Anagnie IIII. kal. Julii, pontificatus nostri anno secundo.

Orig.-Transf. des Probstes und Capitels zu Roskilde d. d. 1301 Mai 5. zu Kopenhagen.

Gedruckt in Hvitfeld, Fol. I. 243; Holberg, Danm. Riges Hist. 3. Aufl. I. 340; Pontoppidan, ann. eccl. Danicae I. 619; Thorkelin, Dipl. Arna-Magn. I. S. 206 (Transf. vom 5. Mai 1301); Urk.-Samml. der Schlesw.-Holst.-Lauenb. Gesellsch. Bd. II (Abth. 2) S. 130 Nr. 116 (Transf. vom 5. Mai 1301.)

623.

1256 Juni (mense Junio) in ciuitate Lvbicensi.

Albert, Erzbischof von Livland, Esthland, Preußen und Lübeck, päbstlicher Legat für Livland, Esthland, Kurland, Sambien, Preußen, Gothland, Rügen, Holstein und Rußland erläßt ein Verbot gegen

[1]) Langebek bemerkt zu dieser Stelle: verba haec ex diplomate imperatoris mutuata; allocutio enim est ad Waldemarum II. qvum haec Alexandri bulla ad Christoforum I. scripta sit.

Ausübung des Strandrechts und transsumirt die Urkunden des Pabstes Innocenz IV. d. d. 1246 Januar 9. und 1246 April 21.

Original im Stadt-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt in Dreyer, Specim. jur. Lub. 158 (Auszug); Monum. hist. Warm. I, Diplomata S. 506 Nr. 314; Cod. dipl. Lub. I S. 209 Nr. 228.

624.

1256 August 6. (VIII. idus Augusti).

Herzog Barnim I. überträgt dem Nonnenkloster zu Pyritz die Kirche daselbst mit der Schule und der Küsterei und der Abgabe von zwölf Hufen, wie Bischof Hermann von Camin dies bestimmt hat, behält jedoch die Einkünfte dem Pfarrer Friedrich auf dessen Lebenszeit vor.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam constituti ab eo, per quem reges regnant et principes obtinent principatum, in partem sollicitudinis populi christiani, nostra interest deo dicatis ecclesiis et personis religiosis per subuencionem rerum spiritualium sic adesse, ut laudationi omnium conditoris ualeant liberius inherere. Quam ob causam notum esse uolumus uenerandae nationi praesentium et felici successioni futurorum, quod nos intuitu remunerationis diuinae dilectis nobis in Christo praeposito, priorissae, totique conuentui sanctimonialinm in Piritz ordinis sancti Augustini in honorem dei atque intemeratae genitricis eius virginis Mariae et pro salute propria, nec non praedecessorum nostrorum ecclesiam in Piritz cum omni iure dotis aliisque prouentibus nomine ecclesiae cum collatione scholae simul ac custodiae et cum appropriatione census duodecim mansorum ibidem secundum ordinationem uenerabilis patris domini Hermanni Caminensis episcopi conferentes confirmauimus et praesentibus confirmamus, cum omni libertate ac vtilitate perpetuis temporibus possidendam, ita tamen, ut dilectus nobis in Christo Fredericus plebanus eiusdem ecclesiae suae vitae temporibus in ea deseruiens et ministrans eius prouentibus non fraudetur. Ne autem, quod in eo facto pie ac rationabiliter fecisse comprobamur, in posterum per obliuionem aut alio casu inopinato ingruente valeat irritari, praesens scriptum sigilli nostri munientes signaculo dictis sanctimonialibus duximus concedendum. Datum Piritz anno incarnationis domini M.CC. [quinquagesimo] sexto VIII. idus Augusti.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Pyritzer Matrikel fol. 1ᵛ (1246).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 263 Nr. 178 (1246); wegen des Jahres vergl. Quandt, Balt. Stud. X, 1. 167.

625.

1256 August 14. XIX kalendas Septembris).

Rath und Bürgerschaft zu Stralsund übertragen dem heil. Geist-Hospital daselbst eine Insel bei der neuen Stadt frei von jeglichen Lasten.

Omnibus presens scriptum uisuris consules et commune ciuitatis Stralessundensis salutem in eo, qui est salus omnium. Volumus ut sciant tam presentes quam futuri, quod nos

domui sancti spiritus in nostra ciuitate nouiter fabricate contulimus de communi consensu omnium nostrorum quandam insulam siue agrum adiacentem noue ciuitati absque omni iure censuali libere et quiete perpetuo possidendum. Ne igitur ista laudabilis donatio possit a successoribus in irritum reuocari, presentem paginam testium subscriptione et nostri sigilli munimine duximus roborandam. Testes autem sunt hii: Euerardus de Lesnitz, Gerardus de Pochelith, Hillewardus, Reder Faber, Heinricus de Semelowe, Heinricus Aptus, Heinricus Albus, Heinricus de Raceburg, et alii meliores et pociores ciuitatis et Johannes de Semelowe, Heinricus de Weselen et Swetherus, primus ante dicte domus prouisor. Acta sunt hec anno domini M°.C°C°L°VI. Datum XIX kalendas Septembris.

Siegel nebst Schnur fehlt.

Orig. im Archiv des h. Geisthospitals zu Stralsund.

Gedruckt in Fabricius II Nr. 63.

626.

1256 September 6. (in die Magni conf., VIII° idus Septembris) in Stralessund.

Jaromar, Fürst zu Rügen, verkauft dem Heinricus Holewecthe und Theodericus de Demin, Bürgern zu Stralsund, den Fluß, welcher vom Pütte-See ins Meer fließt, ausgenommen die Mühle des Thodo für eine Abgabe von 150 Scheffeln und bestimmt, daß sie nicht mehr als fünf Räder auf dem Flusse anlegen sollen.

Jaromarus, dei gracia princeps Ruianorum, omnibus presens scriptum uisuris salutem in vero salutari. Ea que geruntur in tempore, ne simul labantur in tempore, scriptis et sigillorum munimine sunt perpetuanda. Vnde scire debet presens etas et futura posteritas, quod Heinrico Holewecthe et Theoderico de Demin, ciuibus nostris de Stralessunt, aquam que fluit de stangno Pitne, cujus descensus in salso mari terminatur prope muros dicte ciuitatis, hanc ipsis et eorum heredibus pro centum et quinquaginta tremodiis uendidimus, iure hereditario absque alia aliqua exactione libere et quiete possidendam. Molendinum Thodonis excipimus, quod ante hujus rei conuentionem fuerat edificatum. Specificamus etiam, ut in aqua prefata non plures sed quinque rotas habeant edificatas, que rote grinth in wlgari vocabulo nuncupantur. Adicimus inter cetera, quod nullus in eorum preiudicium in aqua memorata aliquod construere poterit molendinum, vnde ipsi possint recipere detrimentum. Plures vero rotas siue grinth ibidem construere si uoluerint tempore succedente, hoc eorum non concedimus uoluntati, set arbitrio proprio siue dominio reseruamus. Horum vero summa tremodiorum debet esse tripertita, vna scilicet sliginis, alia videlicet bracii ordeacei, et tercia auenatici. Hec nobis secundum consuetudinem anno quolibet persoluantur, si probari ueraciter poterit, quod census horum tanti ualoris fuerit molendinorum; si vero non fuerit, de tremodiis decem cum ipsis graciam faciemus. Vt igitur hec rata permaneant et inconvvlsa, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Hujus rei testes sunt hii: dominus Gotanus miles, dominus Boranta, dominus Stoyzlaw, frater ipsius, Heinricus de Semelowe et Johannes frater ipsius, Frowinus, Heinricus Albus, Heinricus Aptus, Everardus de Lesnizh, Hillewardus, Harttuicus de Scafroden, Rederus Faber, Heinricus de Raceburg,

ciues in Stralessunt. Acta sunt hec anno domini M.CC.LVI. Datum in Stralessunt, in die Magni confessoris, VIII idus Septembris.

Siegel an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Orig. im Stadt-Archiv zu Stralsund.

Gedruckt in Schwarz, Gesch. der Pomm. Städte S. 51 (falsch 1261); Fabricius II Nr. 64.

627.

1256 Oktober 29. (sequenti die Simonis et Jude) Leuin.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt bei der Einweihung der Kirche zu Lewin die Bewidmung derselben durch Bischof Siegwin mit dem Dorfe Cowelin nebst dessen Zehnten und den Zehnten der Dörfer Upost, Lewin, Lenenhof und Bobbin, sowie mit sechs Mark aus dem Kruge zu Lüchow.

Hermannus dei gratia Caminensis episcopus vniuersis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in domino. Quoniam ea, que geruntur in tempore, labuntur in tempore, oportet ea, que geruntur a uiris prudentibus, roborari linguis testium et testimonio litterarum. Hinc est quod notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod, cum nos ecclesiam Leuin dedicaremus, dotauimus eandem omnibus illis, que venerabilis pater noster episcopus Seghuinus felicis memorie predecessor noster, qui etiam domino Gozuino eandem ecclesiam contulerat, dotauerat ad eandem. Hec autem sunt, que sicut ex priuilegio predicti episcopi cognouimus, assignata sunt in dotem eeclesie supradicte: villa Cowelin cum decima et fundo cuntisque comodis, que uel in ipsa sunt, uel inposterum de ipsa poterunt prouenire; decime de uillis quatuor subnotatis: Toporizte, Leuin, Cantome, Babine; preterea VI marcas in taberna Luchouue. Hanc igitur huius ecclesie dotationem ratam habere uolentes ipsam presenti littera sigilli nostri roborata munimine confirmamus. Datum Leuin anno domini M.CC.LVI., sequenti die Simonis et Jude, pontificatus nostri anno II.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Großherz. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden I S. 107 Nr. 49; Meklenb. Urk.-Buch II S. 87 Nr. 779.

628.

1256 Dezember 19. (XIIII. kalendas Januarii) Camyn in ecclesia s. Joh. bapt.

Hermann, Bischof zu Camin, bezeugt, daß vor ihm eine Verhandlung zwischen dem Abte des Klosters Usedom und den Söhnen Jaczos von Salzwedel, Johann und Conrad über den Zehnten auf der Halbinsel Liepe stattgefunden hat und beraumt, da die Parteien sich nicht geeinigt haben, einen neuen Termin nach Camin an.

H[ermannus] dei gratia Caminensis ecclesie episcopus, omnibus presens instrumentum audituris salutem. Anno gratie M.CC.LVI. XIIII. kalendas Januarii, constitutis coram nobis venerabili patre Wiardo abbate in Vzenum pro se et monasterio suo, Johanne et Conrado fratribus de Guzcouwe filiis bone memorie Jaczonis quondam dicti de Saltwe[de]le, die de assensu parcium constituta pro causa, que inter eosdem W[iardum] abbatem, J[aczonem] et

C[onradum] fratres, pro decima in Lipa insula uentilatur. Dicti J[aczo] et C[onradus] fratres habito consilio petebant in judicio coram nobis, ut ipsos restitueremus possessioni decime de Lipa, quam de gratia nostra tenebant, ut dicebant, et per nos fuerant spoliati, ad quod ex parte nostra est responsum, quod cum idem abbas prius matrem ipsorum et ipsos conuenerat coram nobis et petierit se nomine monasterii sui restitui utpote eadem decima spoliatus et ipsi econtrario respondissent, se dictam decimam a duobus episcopis decessoribus (!) nostris in feudum pacifice possedisse, arbitros communiter elegerunt, qui eos ad concordiam reuocarent. Qui cum eos non poterant concordare, fructus eiusdem decime per sententiam interlocutoriam posuimus in sequestro, neutram partem dicta decima spoliantes, sed eam usque ad exitum judicialis examinis reseruantes. Surgens autem aduocatus domini .'. abbatis prosiliit in hec uerba: Sicut olim coram uobis, domine pater reuerende, proposuit.. abbas, sic adhuc nomine monasterii sui conqueritur et proponit, quod cum monasterium suum decimam in Lipa canonice fuerat assecutum et eam XL. annis et amplius pacifice possedisset, bone memorie Conradus quondam Caminensis episcopus dei timore postposito ipsum dicta decima non conuentum non conuictum contra iustitiam spoliauit et eam in dictum Jaczonem fratrem suum et heredes ipsius in feudum transtulit in anime sue dispendium et ipsius monasterii preiudicium et grauamen. Quare cum spoliatis et eiectis sit per restitutionis beneficium succurrendum, ut docetur II. q. II. et III. q. I.,[1]) per totum petit abbas, ut olim petebat nomine monasterii sui, se restitui possessioni decime, a qua eiectus fuerat uiolenter, contra heredes dicti Jaczonis, qui eam detineban t et hoc per constitutionem domini Innocentii III.[2]) extra de restitutione spoliatorum „sepe contingit", et ff. de delicto [proauorum] in quantum heredes[3]) con. I. „post litiscontestationem", et extra, de raptoribus „in litteris." Petit etiam fructus sibi restitui, quos ipsi et parentes eorum perceperant a XVIII. annis et amplius minus iuste et qui percipi potuerunt et hec per L. ff. de petitione hereditatis. Illud quoque et ff. de rei u[i]nd.[4]) Certum est. Preterea, ut dictum est, fructuum sequestratione durante, homines dictorum heredum de mandato suo et matris ipsorum villam monasterii Zlatecouwe ui armata intrantes in predis animalium et rebus aliis ipsi monasterio dampna grauia ad estimationem CCC. marcarum examinati argenti dei timore postposito intulerunt. Quare petit ablata sibi restitui et eorum interesse et hoc per leg. cod. vnde vi. „si quis in tantam" et II. q. III.[5]) redintegranda et ff. de petitione hereditatis L. illud preallegata. Petit etiam testes ipsius super hiis omnibus in continenti recipi et admitti, utpote lite coram uobis prius in eodem iudicio contestata. Pars aduersa uidens,

---

1) Decretum Gratiani, secunda pars, causa II quaestio II, causa III quaestio I.

2) Decret. Gregorii lib. V. tit. XVII cap. V, de restit. spol. lib. II tit. 13 cap. XVIII.

3) Im jus canonicum lautet die Ueberschrift „de delictis defunctorum etc." Statt defunctorum ist das in vorliegender Urkunde stehende pa mit schwachem Ansatz für pro vielleicht als proauorum aufzulösen.

4) Dig. lib. V tit. III (vend. oder vind., venditae oder vindicatione). Da es sich um Geltendmachung von Eigenthumsansprüchen handelt, ist die Lesart de rei vindicatione, Dig. VI. 1 vorzuziehen. Die Urkunde selbst hat uend.

5) Causa II qu. III ist im Original schon fälschlich angegeben, soll wohl heißen causa III qu. I.

C. I. „Episcopis suis rebus expoliatis, vel a propriis sedibus ejectis, omnia, quae eis ablata sunt, legibus sunt redintegranda: quia priusquam hoc fuerit factum, nullum crimen iis objici potest".

Can. III Redintegranda sunt omnia expoliatis, vel ejectis episcopis essentialiter ordinatione pontificum, et in eo loco, unde abscesserant, funditus revocanda, quacunque conditione temporis, aut captivitate, aut dolo, aut violentia majorum, aut qer quascunque injustas causas, res ecclesiae, vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem aut regularem ad synodum vocationem eorum et reliqua (etc. conf. c. IV ibid.).

quod abbas sicut olim ita et nunc querimoniam deponeret coram nobis a nobis contumaciter illicentiata recessit, propter quod cum ipsius contumacia eam faceret pro presente haberi, petebat pars abbatis eius probationes admitti. Nos autem non de rigore juris, sed de benignitate mansuetudinis ipsorum tunc contumaciam dissimulantes de prudentum consilio diem ipsis continuauimus usque ad horam diei terciam subsequentis. Sequenti uero die nobis iudicio presidentibus et coram nobis partibus constitutis petebat pars abbatis, ut in die petierat precedente. Pars autem aduersa nobis humiliter supplicauit, ut quia ad respondendum abbati ibidem ea uice non uenerat, sed ad tractatum nobiscum habendum super decimis memoratis, nec etiam legitime citata fuisset, ei dignaremur diem aliam assignare, ad quod est ex aduerso responsum, quod cum ad petitionem dictorum fratrum judex eis et parti aduerse diem ipsam pro peremptorio statuisset et eos ore ad os uocasset ad causam finaliter terminandam, super petitione sua minime debebant audiri, set testes abbatis super spoliatione sua essent recipiendi. Cum hinc inde aliquantulum concertatum fuisset, nos habito consilio peritorum quia ad nostram memoriam reuocauimus, quod ad respondendum .. abbati sepedictos fratres J[ohannem] et C[onradum] et testes audiendos, quos abbas pro se induceret, legitime non uocaueramus, petitionem ipsorum duximus admittendam, ita tamen quod II^a feriarum (!) proxima ante dominicam letare, quam eis pro peremptorio assignauimus, coram nobis in Camin in ecclesia sancti Johannis baptiste sepedicto .. abbati compareant per se uel per procuratores idoneos ad causam defendendam sufficienter instructos finaliter responsuri.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin, s. r. Pudagla Nr. 19; Pudaglaer Matr. fol. 42 (XXXVIII. A).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 393 Nr. 284.

629.

1256 Stetin.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß der Ritter Heinrich von Staffelde dem Nonnenkloster vor Stettin zwei Mark jährlicher Einkünfte aus der Münze daselbst geschenkt habe.

Barnim dei gracia dux Slauorum in Stetin, omnibus ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo qui est salus omnium. Noticie igitur tam futurorum quam presentium uolumus adhereat, quod Henricus de Stafuelde dominabus in Stetin in absolutionem suorum facinorum duas marcas Stetinensium denariorum, quas a nobis in porrectione feodali possederat, nobis presentibus annuatim in moneta contulit possidendas. Quam uero donationem cum confirmatione nostri sigilli ratam ac stabilitam perpetualiter confirmamus. Huius rationabilis facti testes sunt hy: dominus Tidericus prepositus de Colberge, dominus Jo. plebanus in urbe, H. Nudipes, dominus Rodolfus magister coquine, Herwicus huius priuilegii scriptor et quam plures alii. Datum in Stetin anno gracie M.CC.LVI.

Reitersiegel am Pergamentstreifen hängend.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin, s. r. Stettin Nr. 9; Matrikel des Stettiner Nonnenklosters fol. VII Nr. 9, fol. 17^v Nr. 41; vergl. Klempzens Extract der Briefe ꝛc. fol. 293^v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 387 Nr. 277.

630.

1256 in Tanchlim.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß das Kloster Usedom das Dorf Bentz im Lande Usedom gegen das Dorf Rauena im Lande Lassan und acht Mark von Gerburg, der Wittwe Herbert Ramels zu Lassan eingetauscht habe.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux de Stetin omnibus hanc paginam inspecturis, in perpetuum. Quoniam antiquitas mater est obliuionis, obliuio uero lumen ueritatis penitus eneruare consueuit, necesse est ut facta mortalium, que pietatis studio aguntur, scriptis commendentur et bonorum testimoniis roborentur. Nouerint igitur tam presentes quam postere nationes, quod dilecto nobis domino Wiardo abbati et conuentui in Grobe villam que vocatur Banzino sitam in territorio Uzsnomensi cum agris cultis et incultis, nemoribus, siluis, pratis, vsuagiis et suis limitibus, secundum quod idem limites se antiquitus extenderunt, titulo proprietatis donauimus perpetuo possidendam, qvam Wiardus abbas et canonici dicti monasterii a domina Gerburgi relicta domini Herberti Romole de Lessan pro villa dicta Rauene sita in territorio Lessan, quam ipsa a dicto monasterio in feodo tenebat superadditis eidem VIII. marcis denariorum commutarunt. Huius autem commutationis factum nos approbantes et ratum habentes, quicquid nos iuris in eadem villa videbamur habere, pro remedio animarum nostrarum et progenitorum nostrorum dictis fratribus domino famulantibus liberam ex omni exactione iniusta contulimus perpetuo possidendam. Acta sunt hec anno gratie M̊.C̊C̊.LV̊I. Testes uero huius commutationis et donationis nostre sunt: Tammo miles, Gerardus de Szwerin miles, Venzico miles, Vituzslauus, Michael et frater eius Dobromarus et alii quam plures. Vt autem hoc factum firmum iugiter permaneat et inconuulsum dicto monasterio conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum in Tanchlim anno domini M̊.C̊C̊.LV̊I. per manus Theoderici prepositi Colbergensis.

Siegel nebst Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 18; Orig.-Transf. d. d. 13. Juni 1317 s. r. Pudagla Nr. 69; Pudaglaer Matrikel fol. 20 (XVI. A.); Transf. d. d. 13. Juni 1317 fol. 32ᵛ (XXVIII. C.); Abschrift im Stett. Archiv P. I Tit. 80 Nr. 498 fol. 53; Copiarium Schöttgen. Nr. 9 Transf. d. d. 13. Juni 1307; vergl. Klempzens Extract der Briefe ꝛc. fol. 120ᵛ.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 391. Nr. 281.

631.

1256 in Lipa in ecclesia beati Johannis evangeliste.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß das Kloster Usedom das Dorf Bossin im Lande Usedom vom Ritter Wilhelm von Kröplin gegen das Gut Crakow (im Lande Gützkow) eingetauscht habe.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux Slauorum, omnibus in perpetuum. Quoniam antiquitas mater est obliuionis, obliuio uero lumen ueritatis penitus eneruare consueuit, necesse est ut facta mortalium que studio pietatis aguntur scriptis commendentur autenticis et bonorum testimoniis roborentur. Nouerint igitur tam presentes quam postere naciones, quod nos dilecto nobis domino Wiardo abbati et conuentui in Grobe villam que vocatur Bvssino sitam in territorio Vznomensi cum agris cultis et incultis, nemo-

ribus, siluis, pratis, vsuagiis et suis limitibus, secundum quod hijdem limites se antiquitus extenderunt, titulo proprietatis cum omni iure donauimus perpetuo possidendam, quam uidelicet uillam Wilhelmus miles dictus de Cropelin, cum eandem villam a nobis feodaliter possedisset de nostra permissione coram nobis et nostris vassallis pro villa Cracov, quam a nobis tenuerunt dicti monasterii canonici, resignauit eisdem. Ut autem hec perpetuo maneant inconuulsa, ea sigilli nostri munientes signaculo perhennauimus et scripto nostro firmauimus et testibus ydoneis stabiliuimus, quorum nomina sunt hec: Gerardus Lepel, Heinricus Munt, Theodericus Lepel milites, Johannes Mandiuel aduocatus de Thanglim, Conradus monetarius de Thanglim, Johannes Pvcico canonicus Caminenssis, Nicholaus uicarius Caminenssis et alii quam plures. Datum in Lipa in ecclesia beati Johannis ewangeliste, anno domini M̊.CC̊.LV̊I. per manus Theoderici prepositi Colbergenssis.

Siegel nebst Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 20; Orig.-Transs. vom 13. Juni 1317 s. r. Pudagla Nr 65; Pudaglaer Matrikel (p. 70) fol. 19ᵛ (XV. F.); Transs. vom 13. Juni 1317 fol. 29ᵛ (XXV. E.); vergl. Klempzens Extract fol. 118.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 392 Nr. 282.

632.

1256 indictione XIIII.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Usedom den alten Graben auf Usedom.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Ea que geruntur in tempore ne labantur cum tempore scriptis sunt autenticis ac sigillorum munimine roboranda. Noscat igitur presentium vniuersitas ac posteritas futurorum, quod nos ob reuerentiam beate virginis intemerate monasterio in Vznam et collegio inibi deo iugiter famulanti siue in remedium anime nostre dedimus quendam riuulum qui Slauico uocabulo Reziza nuncupatur, qui eciam de quodam stagno effluit cuius est nomen Vileniza perpetualiter possidendum ad usus dicti collegii et emendationem monasterii pretaxati. Vt autem hec donatio permaneat inconuulsa, eam scripto nostro confirmauimus ac sigilli nostri munientes signaculo perhennauimus et testibus idoneis stabiliuimus, quorum nomina sunt hec: Gherardus de Sverin, Venzco, Hinricus Munt milites, Aldagus de Vznam aduocatus, Vituszlaus. Datum per manum Theoderici prepositi Colbergensis anno domini M̊.CC̊.LV̊I. indictione XIIII.

Original-Transs. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 67; Pudaglaer Matr. (S. 69) fol. 19ᵛ (XV. E); Transs. vom 13. Juni 1317 fol. 31 (XXVII. B); vgl. Klempzens Extract fol. 118.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 392 Nr. 283.

633.

1256 in Stralessund.

Jaromar, Fürst zu Rügen, verkauft den Bewohnern des Dorfes Szarnekeuitz das ganze in ihren Grenzen liegende Gebiet und beschreibt dessen Umfang.

Jaromarus dei gracia Ruyanorum princeps, omnibus presens scriptum uisuris salutem in domino. Sciat presens etas et futura posteritas, quod nos libera voluntate uille Szarne-

keuitz [et hominibus habitantibus in eadem] vendidimus, quidquid sub disterminacione predicte uille continetur, scilicet a uia, que dicitur Rosenuorde, per descensum paludis que dicitur palus vrsi, usque in flumen, quod nomen habet Bardeken, medietas uero antedicte paludis est ciuitatis Bard. Iterum [redeundo] a uia que dicitur Rosenuorde, ubi stat quercus, ab illa quercu vbi dominus meus et pater bone memorie Wizlauus disterminacionem mete fecit, [ultra procedendo juxta monticulos, Schedehop appellatos,] usque in flumen, quod nuncupatur Plawenitz et hoc rarecht quod wlgariter dicitur, et a flumine Plawenitz et descensu [Planitze et per fluxum ejus] usque in ante dictum flumen Bardeken, et eorum heredibus [in dicta villa commorantibus] cum omni utilitate [in agris, lignis, pascuis et rubis perpetuo] integraliter possidendum. [Slavi seu] Solani uero ponendi sunt, ubi nunc positi sunt, et non tenentur agris uti, sed tantum lignis et pascuis. Plures [Sclavi seu] Solani in eadem uilla non sunt locandi, quam locati sunt. Igitur [autem] hec [supra scripta] scriptis et sigillo nostro roboramus. Testes [sunt dominus Goten, dominus Otto cum torace, Gutzlaff, Albertus advocatus, Tymmo de Wobbelkow, Lubbertus filius Adolphi, Johannes Obulus, Johannes Crantz, Adolphus, Sygfridus de Rubz, Jordanus Rubz, Gerhardus de Rubz, Reimarus de Kenitze, Thidericus Parvus, Friedericus Stedingus, Willeke de Sarnekevitze, Wicberus de Stralesund, Hinricus et Johannes Semmelow, Hillewardus, Hermannus Rosenwater.] Datum in Stralessund, anno domini M̊.CC.L.V̊I.

Nach dem Codex Rugianus, in welchem das Eingeklammerte fehlt.

Orig. und Abschrift im Stadt-Archiv zu Barth (das Orig. völlig zerfallen); Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Cod. Rug. Nr. 101.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 390 Nr. 280; Fabricius II Nr. 65.

634.

1257 März 30. (tercio kalendas Aprilis).

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Walkenried den Besitz von sechs Hufen zu Nadrense, welche es von Heinrich von Albrechtshausen gekauft hat.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus inperpetuum. Ea que geruntur in tempore ne labantur cum tempore scriptis sunt auctenticis ac sigillorum munimine roboranda. Noscat igitur presentium vniuersitas ac posteritas futurorum, quod nos dilectis fratribus in Damesowe cenobio Walkenrede pertinentibus ordinis Cystersiensis sex mansos, quos Henricus vassallus noster miles dictus de Albregteshusen de campo suo Nadrensen vendidit eisdem fratribus, contulimus perpetuis temporibus libere possidendos. Vt autem hec perpetuo maneant inconuulsa, ea sigilli nostri munientes signaculo perhennauimus scriptoque nostro firmauimus, ac testibus ydoneis stabiliuimus quorum nomina sunt hec: Venzico, Godico aduocatus, Liborius, Rodolfus de Cedelin milites, Gobolo marscalcus, Roderus magister coquine, et alii quam plures. Datum per manum Theodorici prepositi Cholbergensis anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo tercio kalendas Aprilis.

An Hanfschnur das Reitersiegel Herzog Barnims anhängend.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Ducalia Nr. 2; ebendas. Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (S. 55) fol. VII' Nr. 10, fol. 36 Nr. 57; vgl. Klempzen Extract fol. 291.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl S. 396 Nr. 287; Hannöversches Magazin von 1843 Stück 25 (nach Dreger); Urkundenbuch des histor. Vereins für Niedersachsen II S. 222 Nr. 322 (Auszug).

635.

1257 Mai 25. (Vrbani pape) in Stralesund.

Der Rath der Stadt Stralsund schenkt mit Zustimmung des Fürsten Jaromar dem Kloster Neuencamp eine Hausstelle in der Stadt frei von allen Lasten und bestimmt, daß wenn die Mönche daselbst ein Haus erbaut und einen Verwalter eingesetzt haben, auch dieser eximirt sein soll, desgleichen einer ihrer Bürger, wenn er das Haus gemiethet hat.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vniuersitas consulum ciuitatis Stralesund salutem et omne bonum. Deperire potest solemniter ordinata transactio, nisi robur accipiat a uoce testium uel a scripto. Ea propter notum facimus uniuersis, tam presentibus quam futuris, quod nos, de consensu principis nostri domini Jaromari et totius ciuitatis nostre, domino abbati totique conuentui iu nouo Campo aream nobis in ciuitate nostra uacantem contulimus ab omni exactione, uigiliis et ab omni jure in nostra ciuitate consueto perpetuo liberam et solutam. Cum uero ipsi fratres domum construxerint in area memorata, si fratrem uel familiarem, uxore ligatum siue liberum locauerint in eadem, tam domus quam ipsi ob omni exactione, uigiliis et jure alio erunt perpetuo liberi et exempti. Siquis uero ciuium nostrorum pro statuta summa conduxerit ipsam domum, de bonis propriis uigilabit, faciet more ciuium aliorum, nihilominns tamen domum illam a jure prescripto concedimus esse liberam et quietam. Huius rei testes sunt: Euerardus de Lesnitz, Heinricus Aptus, Heinricus de Semelowe, consules ciuitatis, Wicbernus, Heinricus Albus, Hartwicus de Scaprode, et alii quam plures. Datum in Stralesund, anno domini M°CC°LVII, Vrbani pape. Ne autem hec nostra donatio in postrum a nostris successoribus infirmetur, presentem paginam sigillo ciuitatis nostre fecimus commuuiri.

Abschrift im Königl. Staats-Archiv zu Stettin; Klempzens Extract fol. 36ᵛ.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 65ᵇ.

636.

1257 Juni 3. (tercio nonas Junii) in Colbergh.

Der Rath der Stadt Colberg bezeugt, daß Gunther, Domherr zu Colberg, dem Wedekind, Bürger daselbst, einen Salzkothen gegen eine jährliche Abgabe von 50 Tonnen Salz überlassen habe, und daß letzterer sich ferner verpflichtet habe, falls der Kothen abbrennen würde, denselben wieder aufzubauen.

Omnibus presens scriptum intuentibus, consules ciuitatis Colbergh salutem in omnium saluatore. Cum mundane varietatis cursus ambiguus sit et in sui varietate nichil habeat cercius propter labilem hominum memoriam, quam quod ea que geruntur scripto diligentius commendentur, hinc est, quod notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod dominus Guntherus canonicus Colbergensis ecclesie tugurium in monte salis, que ad suam prebendam dinoscitur pertinere, Wedekindo ciui Colbergensi ad edificandum contulit et donauit de canonicorum suorum consilio et consensu, ita tamen quod ipse et sui heredes ab eo legitime descendentes ei et suis successoribus quinqvaginta ligaturas salis reddant annis singulis et exsolvant, quandocunque infra assumptionem et natiuitatem domine nostre fuerint requisiti. Et si, quod absit, predictum tugurium concrematum fuerit, jam dictus Wedekindus suique heredes reedificabunt. Ut autem hec donacio rata sibi permaneat et

immutabilis perseueret, presens scriptum sigilli nostri munimine consignatum dicto domino Gunthero suisque successoribus erogamus. Testes hujus contractus sunt Hermannus de Vkermunde, Hinricus Sartor, Nunestin Nastauiz, Johannes de Lubeke, Petrus Warhardi, Emelricus, cives in Colbergh et alii quam plures. Datum in Colbergh anno gracie M.°CC° quinquagesimo septimo, tercio nonas Junii.

Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Colberger Matrikel S. 72ᵛ.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 403 Nr. 292.

637.

1257 Juni 7. (septimo idus Junii). in Tribeses.

Jaromar, Fürst zu Rügen, bezeugt, daß, nachdem sein Vater Wizlaw das Kloster Neuencamp verpflichtet, von dessen Mühle bis nach Tribsees hin in der kleinen Trebel keine Mühle anzulegen, er den Mönchen die Erlaubniß zum Bau einer zweiten mit der Fischerei ertheilt habe.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Jaromarus dei gratia Ruianorum princeps omnibus hoc scriptum cernentibus imperpetuum. Quia cunctis ecclesiarum commodis et profectibus debemus intendere, genitricis tamen dei et domini nostri Ihesu Christi ecclesias tanto ampliori tenemur sollicitudine uenerari, quanto ipsa dei et hominis mater prerogatiuam maiorem pre ceteris apud omnium creatorem meruit obtinere. Quapropter nouerint uniuersi fideles presentis temporis et futuri, quod cum pie memorie dominus et pater noster Wizlaus fundaret ecclesiam Noui Campi, inter alias, quas in aquis, pratis et pascuis libertates eiusdem loci fratribus de nostro consensu contulit, quemadmodum in fundationis sue priuilegio plenius continetur, sola hec in riuulo qui Campeniz dicitur exceptio facta fuit, ut a molendino claustri usque ad Tribuses neuter nostrum sine permissione et voluntate alterius molendinum construeret in eodem. Set ne dictorum fratrum libertates uideantur infringere uoluisse, eo quod sine consensu ipsorum molendinum in riuuolo construxerimus memorato, ipsis de consensu heredum nostrorum in sepedicto riuuolo cum pascuis et paludibus ex parte una riuuli ad nos pertinentibus licentiauimus et contulimus in restaurum aliud construere molendinum cum piscatura totali possidendum perpetua libertate. Huius rei testes sunt dominus Lambertus sacerdos de Tribeses, dominus Wernerus notarius noster, Ghuttan, Nicolaus Kesik, Fridericus Soneke, Ricoldus, Johannes Caboldus milites et alii quam plures. Datum in Tribeses anno domini M°.CC°LVII°. septimo idus Junii. Ne igitur hec nostra donatio ab aliquo heredum nostrorum seu ministerialium imposterum infirmetur, presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Das Siegel nebst Pergamentstreifen nicht mehr vorhanden.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 8; Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Dreger, Registr. II (1257) Nr. 4; Klempzens Extract fol. 39ᵛ.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. I Nr. 291; Fabricius II Nr. 66.

638.

1257 Juni 10. (quarto ydus Jvnii).

Barnim I., Herzog von Pommern, schenkt dem Grafen Gunzelin von Schwerin 4000 gegen die Länder Daber und Stargard an der Drawe belegene Hufen Landes.

B. dei gracia dux Slauorum omnibus presens scriptum respicientibus salutem in salutis

auctore. Tenore presencium cupimus esse notum, quod nos consangvineo nostro predilecto Gunzelino comiti Zwerinensi necnon heredibus ipsius de bonis nostris, terminis nostri consangvinei W. ducis Deminensis uersus terram Doberen adiacentibus, liberis uidelicet et non pheodaliter a nobis porrectis quatuor milia mansorum mera ac libera contulimus uoluntate, omni iure, omni libertate, qua nos eadem bona possedimus, liberaliter ad manus predicti comitis resignantes, uersus aquam, que wlgariter Draue nuncupatur, sic et uersus terram Stargarth iam dictorum mansorum, quos tam in siluis quam in campis, pratis, pascuis et aquis dedimus, terminos protendentes. Igitur ut hec donacio a nobis graciose facta perpetuo maneat inconcussa, presentem paginam cum nominibus testium infradicendis nostri sigilli munimine nobis placuit roborari. Hii enim sunt testes: Warzslaus dux Deminensis, Borcho, Venzciko de Uzenem, Gerhardus de Swerin, Hinricus Munth, Rodolphus de noua ecclesia, alii quam plures. Datum anno gracie M.CCLVII. quarto ydus Jvnii.

Siegel von der gelbseidenen Schnur abgefallen.

Orig. im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Mekl. Jahrbücher XI S. 247; Mekl. Urk.-Buch II S. 106 Nr. 797.

639.

[1257 Juni 22. (X. calend. Julii) Viterbii.]

Pabst Alexander IV. nimmt das Kloster Verchen in seinen Schutz und bestätigt dessen Rechte und Freiheiten.

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis in Christo filiabus priorisse de Virchim eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum connuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet, aut robur quod absit sacre religionis eneruet. Ea propter dilecte in Christo filie uestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancte dei genitricis et virginis Marie de insula in Virchim Caminensis diocesis, in quo diuino estis obsequio mancipate, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presenti[s][1]) scripti priuilegio communimus, inprimis siquidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascunque possessiones,[2]) quecumque bona idem monasterium impresentium iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis et eis qui uobis successerint et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est omnibus cum pertinentiis suis, villam que Virghene uulgariter nominatur cum omnibus pertinentiis suis, decimas, molendinum cum aquarum decursibus et omnibus pertinentiis suis, terras, prata, paschua, nemora et possessiones, que habetis ibidem, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, vsuagiis et paschuis in bosco et in plano, in aquis et molendinis, in uiis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane noualium uestorum que propriis sumptibus colitis, de quibus aliquis actenus non percepit, siue de uestrorum animalium nutrimentis, nullus a uobis decimas

[1]) Die Original-Matrikel hat presenti.

[2]) Desgl. professiones.

exigere uel extorquere presumat. Liceat uobis quoque personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conuersionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum uestrarum post factam in monasterio uestro professionem fas sit sine priorisse sue licentia, nisi arcioris religionis obtentu, de eodem loco discedere, discedentem uero absque communium bonorum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis, clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa uoce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma uero, oleum sacrum, consecrationes altarium seu basilicarum, benedictiones monialium a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea uobis uoluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parrochie uestre nullus sine assensu dyocesani episcopi et uestro capellam seu oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegiis pontificum Romanorum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab archiepiscopis et episcopis, archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusue personis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque illius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati uel interdicti sint aut etiam publici usurarii, nullus obsistat, salua tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones, ad ius ecclesiarum uestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi libera sit uobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte uero te nunc eiusdem loci priorissa uel earum aliqua, que tibi successerit, nulla ibi qualibet subreptionis astucia preponatur, nisi quam sorores communi consensu uel earum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam prouiderit eligendam. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum[1]) uestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere, seu uiolenciam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus monasterio uestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus uel aliis fidelibus racionabiliter iudultas uobis auctoritate apostolica confirmamus et presenti[s][2])(!) scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica iusticia et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam uenire temptauerit secundo tercioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ulcioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

1) Die Original-Matrikel hat grandiarum.

2) Vgl. presenti.

[Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss.
Ego Odo Tusculanus episcopus ss.
Ego Stephanus Prenestinus episcopus ss.
Ego frater Johannes tit. sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis subscr.
Ego frater Hugo tit. sancte Sabine presbiter cardinalis s.
Ego Octauianus s. Marie in via lata diaconus card. s.
Ego Petrus S. Georgii ad vellum aureum diaconus cardinalis ss.
Ego Johannes S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis subscripsi.
Ego Ottobonus S. Adiuani diaconus cardinalis.

Datum Viterbii per manum magistri Rolandi s. Romane ecclesie vice cancellarii X. calend. Julii indictione XV. incarnationis dominice anno M°.CC°LVII°. pontificatus vero domini Alexandri pape IIII. anno tercio.][1])

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 1; Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Verchener Matrikel S. 1.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 404 Nr. 294.

640.

1257 Juni 22. (Acta X kalendas Julii) in Dargun; Juni 23. (Data IX kalendas Julii) in Gnogen.

Hermann, Bischof zu Camin, erklärt, nachdem das Kloster Dargun eine Urkunde Borwins von Rostock, betreffend die Verleihung des Patronats der Kirche zu Lewin, vorgezeigt hatte, daß dasselbe dem Kloster gehöre.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Pastoralis officii debitum exigit et exposcit, sopitas questiones et lites determinatas suo amminiculo adeo roborare, ut ex earum materia noua iurgia non resurgant, ne inde iniurie oriantur, unde iura prodeunt et nascuntur. Nouerit igitur venerabilis etas presentium et discat reuerenda successio futurorum, quod super iure patronatus ecclesie de Leuin nostre diocesis inter nos ex una et dilectos nobis in Christo Henricum abbatem et conuentum de Dargun Cistersiensis ordinis nostre diocesis ex altera suborta materia questionis; cum aliquamdiu hinc inde eadem questio fuerit uentilata, iidem abbas et conuentus ius suum coram nobis ostenderunt publicis instrumentis domini Borgwini de Rodestoch domini fundi, qui ius patronatus donauit eisdem in suorum remedio peccatorum, et venerabilium patrum Henrici de Dobran et Alexandri de Nouo Campo abbatum, Cistersiensis ordinis, Zwerinensis diocesis, in quorum presentia Gozwinus beate memorie olim plebanus de Leuin publice est confessus, a bone memorie Rochillo eiusdem ecclesie fundatore dictam ecclesiam recepisse. Nos autem instrumentis ipsis, cum a nobis in nullo

---

[1]) Das Eingeklammerte aus dem Dreger'schen Druck Uebernommene fehlt in der Original-Matrikel, desgl. in der Dreger'schen Abschrift. Dagegen steht in letzterer am Rande der Vermerk: Das Datum fehlt, weil aber anno 1243 erst das Dorf Verchen dem dahin verlegten Kloster gegeben wird pag. 43 und Pabst Alex. IV. dieses Dorf schon confirmirt, der von anno 1254—1261 Pabst gewesen, so wird dieses Priv. erst ins Jahr 1256 treffen. Woher Dreger die Zeugen und das Datum genommen, ist nicht zu ermitteln gewesen.

falsitate possent redargui, deferentes, de bonorum virorum consilio renunctiauimus actioni presenti pagina protestantes, ius patronatus ecclesie de Leuin ad dictos abbatem et conuentum in Dargun pertinere. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine consignatam ipsis duximus largiendam. Testes sunt et interfuerunt: Borchardus prepositus de Cladessouwe, Theodericus prepositus de Guzstrouwe, Gerrardus canonicus in Colberch, magister Lambertus canonicus in Camin, Albertus olim abbas in Dargun, Arnoldus Longus, Alardus, Albern, monachi in Dargun, et alii quamplures. Acta sunt hec in Dargun anno domini M.CC.LVII, X. kalendas Julii, pontificatus nostri anno III. Data in Gnogen per manum magistri Johannis notharii nostri, anno, mense prescriptis et IX. kalendas Julii.

Siegel an weißleinener Schnur anhängend.

Original im Großherz. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urk. I S. 112 Nr. 51; Mekl. Urk.-Buch II S. 107 Nr. 799.

641.

1257 August 9. (V. idus Augusti) Viterbii.

Pabst Alexander IV. gewährt denjenigen, welche zur Geburt und Himmelfahrt Mariä zum Kloster Verchen reuig kommen, vierzigtägigen Ablaß.

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis in Christo filiabus, priorisse et conuentui sancte Marie de Insula ordinis sancti Benedicti Caminensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Licet igitur de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur de habundancia pietatis sue, que merita supplicum excedit et uota beneseruientibus multo maiora retribuat quam ualeant promereri. Nichilominus tamen desiderantes reddere domino populum acceptabilem fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam illectiuis muneribus indulgentiis scilicet[1]) et remissionibus inuitamus, ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur ut ecclesia uestri monasterii constructa in terra, que de nouo ad cultum est christianum redacta, congruis honoribus frequenter omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad monasterium ipsum in natiuitate et assumptione beati virginis causa deuocionis accesserint annuatim, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Viterbii V. idus Augusti pontificatus nostri anno III.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Orig.-Matrikel fol. 27; Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Verchener Matrikel S. 35 hat die Urkunde datirt pontificatus nostri anno VI, desgleichen Dreger, Registratur II (1260) Nr. 22. Pabst Alexander IV. befand sich aber am 9. August 1260 nicht zu Viterbo, sondern datirte Sublaci; vergl. Potthast, Regesta pontif. Roman. II S. 1458.

---

[1]) Die Orig.-Matrikel hat silicet.

642.

1257 August 23. (X. kal. Septbr.)

Ulrich, Bischof zu Ratzeburg, spricht dem Bischof zu Schwerin auf Grund der Schwerinschen Stiftsbriefe die seinem Sprengel durch den Bischof zu Camin streitig gemachten Lande zu.

Ulricus, Bischof von Ratzeburg, erkennt dem Bischoff zu Zwerin zu die Örter an der Pene und andere nach Inhalt der Zwerinschen Kirchen Privilegien, anno 1257, X. kal. Septbr.

Clandriansche Regeste der Urkunden des Schweriner Bisthums im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urk. III S. 100 Nr. 42 (Regeste); Meklenb. Urk.-Buch II S. 111 Nr. 803.

643.

1257 September 14. (XVIII. kalendas Octobris) in Cyten.

Hermann, Bischof zu Camin, schenkt der Kirche zu Ziethen den Zehnten der Dörfer Ziethen, Grecholin (Gargelin?), Liebenow, Gnewentin und Relzow, und bestätigt sämmtliche übrigen Besitzungen der Kirche.

Hermannus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus omnibus hoc scriptum inspecturis salutem ac beatitudinem sempiternam. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris, quod habito consensu nostri capituli contulimus ad honorem dei omnipotentis et beate virginis Marie ecclesie in Cyten[1]) decimam ipsius ville prefate Cyten et decimas quatuor villarum que hiis nominibus appellantur, Grecholin, Lubanowe, Gnewentin, Reletsowe cum adiacente campo Gorka et pratis ad eundem campum spectantibus ecclesie supradicte cum omnimoda integritate iugiter profuturas. Insuper quecunque bona uel possessiones sepedicta ecclesia largicione fidelium Christi tenet in presente uel in futuro poterit adhipisci, autoritate apostolorum Petri et Pauli simul et nostra eidem ecclesie sub excommunicatione interminabil[i][2]) confirmamus. Vt ergo hec nostra donacio et confirmacio rata et inconwlsa in perpetuum habeatur, eam presenti pagina et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes sunt hii: Guntherus abbas Stolpensis, Thomas plebanus de Gosechowe, Jordanus de Blankenborg canonicus Hildensemensis, Rodolfus Munt, Tammo, Johannes Troye milites. Datum in Cyten anno gracie MCCLVII° pontificatus nostri anno tercio XVIII kalendas Octobris.

Original-Transs. vom 10. Okt. 1332 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 48; ebendas. Caminer Matr. (p. 66) fol. 21.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 409 Nr. 297; Schöttgen, Altes und neues Pommerland S. 388; Stavenhagen, Chronik der Stadt Anklam S. 399 Nr. 70; Riedel, Cod. dipl. Brand. I 24 S. 4 Nr. 6.

---

[1]) Riedel, Cod. dipl. Brand. I 24 S. 4, v. Raumer, Neum. Landbuch S. 88, Berghaus, Landbuch der Mark Bd. 3 S. 445 und Klette, Märk. Forsch. Bd. X S. 19 irren, wenn sie unter Ziethen das Dorf Hohenziethen östlich von Soldin annehmen. Es ist vielmehr das Dorf Ziethen nördlich von Anklam, Grecholin vielleicht gleich Gargelin, Lubanowe jetzt Liebenow, Reletsowe jetzt Relzow.

[2]) Das Orig.-Transs. hat iuterminabile.

644.

1257 November 27. (V̊. kalendas Decembris) Viterbii.

Pabst Alexander IV. bestimmt die Bischöfe zu Ratzeburg und zu Halberstadt sowie den Abt zu Lehnin zu Schiedsrichtern über die Grenzen des Caminer und des Schweriner Sprengels.

Alexander episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus . . Raceburgensi et . . Halberstadensi episcopis ac dilecto filio . . abbati de Lenin, Cisterciensis ordinis, Brandenburgensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Exposuit nobis venerabilis frater noster . . episcopus Caminensis, quod venerabilis frater noster . . episcopus Zwerinensis causam, quam super limitibus diocesis sue mouet contra ipsum, tibi frater episcope Raceburgensis optinuit a sede apostolica delegari, in qua licet idem Caminensis episcopus negligens in huiusmodi cause prosecucione non fuerit, adhuc, ut asserit, ad litis contestationem minime est processum. Vt igitur negocium huiusmodi sine suspicione procedat, nos uos, frater episcope Halberstadensis et fili abbas de Lenin, cognitioni cause huiusmodi duximus adiungendos, per apostolica uobis scripta mandantes, quatenus, si est ita, in causa procedentes eadem, ipsam terminare curetis iuxta directarum tibi super hoc, frater episcope Raceburgensis, continentiam litterarum. Quodsi non omnes hiis exequendis poteritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Viterbii V̊. kalendas Decembris, pontificatus nostri anno III̊.

Transsumt der Bischöfe Ulrich von Ratzeburg und Volrad von Halberstadt und des Abtes Johann von Lehnin im Großh. Mekl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urk. III S. 98 Nr. 41 (Transs. der Committirten, undatirt); Riedel. Cod. dipl. Brand. I 24, S. 338 Nr. 18 desgl.; Mekl. Urk.-Buch II S. 112 Nr. 806.

645.

1257 December 25. (VIII° kalendas Januarii).

Hermann von Werben, Bürger zu Colberg, bezeugt, daß er von Gerhard, Domherrn daselbst, einen Salzkothen gegen eine jährliche Abgabe von 80 Tonnen Salz erhalten habe.

Uniuersis presens scriptum inspecturis Hermannus dictus de Werbene ciuis Colbergensis suique veri heredes salutem in vero salutari. Cum mundane varietatis cursus ambiguus sit et in sua varietate nichil habet cercius propter labilem hominum memoriam, quam quod ea que geruntur scripto diligentius commendentur, hinc est quod notum esse volumus tum futuris quam presentibus, quod nos de prudentum consilio et multa maturitate de cocto tugurium in monte salis a domini Gherardo canonico Colbergensi sub hac forma recepimus, ut iam dicto domino Gherardo suisque successoribus octuaginta ligaturas salis a festo natiuitatis Johannis baptiste usque ad festum Jacobi annis singulis erogemus, siue fuerit edificatum siue non. Hujus rei testes sunt Guntherus, Walterus, Bertramus canonici Colbergenses, Emelricus, Hinricus dictus Halup, Petrus filius Euerardi, Hinricus filius Jutte, Petrus de Lubech, ciues Colbergenses et alii quam plures. Ego quidem Hermannus et mei heredes, quia sigillo caremus proprio, sigillo utimur ciuitatis Colbergensis in hac parte. Datum anno domini M°.CC°.LVII°. VIII°. kal. Januarii.

Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Colberger Matrikel S. 74.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 395 Nr. 285.

646.

1257 in Camin.

Hermann, Bischof zu Camin, bestimmt in dem Streite zwischen Wiard, Abt zu Usedom, und Johann und Conrad, den Söhnen Jaczos von Salzwedel, über den Zehnten auf der Halbinsel Liepe, daß das Kloster wieder in den Besitz des ihm unrechtmäßig Genommenen zu setzen sei.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Auditis et intellectis meritis cause, que inter W. abbatem de Vzenem nomine ecclesie sue ex una et inter Johannem et Conradum heredes domini Jaczonis quondam dicti de Saltuuidele ex altera super decimas in Lipa uertebatur, auditis etiam testibus et eorum depositionibus, quos iidem (!) abbas super spoliatione et eiectione pro se et ecclesia sua induxit, nos qui ex iniuncto nobis officio tenemur reddere vnicuique, quod est suum, de prudentum consilio diffiniendo pronunciamus, dictum abbatem nomine ecclesie sue ante omnem litis ingressum esse restituendum possessioni decime, qua sine iudicio fuerat spoliatus, restituentes eundem eedem (!) possessione auctoritate nobis a domino tradita et concessa. Acta sunt hec in Camin, anno gratie M.CC.LVII. pontificatus nostri anno tertio.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 21; ebendas. Pudaglaer Matr. fol. 42ᵛ (XXXVIII. B).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 396 Nr. 286; Schwarz, Gesch. der Pom. Städte S. 729; vgl. Balt. Stud. X, 1 S. 172.

647.

1257 Vznam.

Herzog Wartislaw III. bestätigt dem Kloster Usedom den Besitz von sechs Salzpfannen zu Colberg, frei von allen Lasten.

Wartyzlaus gratia dei dux Deminensis omnibus hanc paginam visuris in dei filio salutem. Quoniam tempore prolabente facta mortalium simul labuntur cum tempore et a memoria excidunt humana, ea que geruntur solent poni in lingua testium ac scripture memoria perhennari. Notum itaque esse uolumus vniuersis, quod nos pro nostrorum remissione peccaminum fratribus et conuentui Vznomensi locum salsuginis Colberge ad sex sartagines, prout a nostris predecessoribus libere possederunt, conferimus cum eadem libertate et ab omnibus inportunis quietamus exactionibus. Quicunque igitur huic donationi ausu temerario contraire presumpserint, indignationem nostram se nouerint incursuros. Et ut res gesta robur obtineat firmitatis presenti littere sigilli nostri appendimus mnnimentum. Datum Vznam anno domini M.CC.L°.VII.

Original-Transf. vom 13. Juni 1317 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 87; ebendas. Pudaglaer Matr. fol. 31ᵛ (XXVII. H.)

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 407 Nr. 295.

648.

1257.

Ulrich, Bischof zu Ratzeburg, fordert die Fürsten Nikolaus von Werle und Borwin von Rostock auf, den Bischof von Schwerin in den Besitz der seinem Sprengel durch den Bischof zu Camin streitig gemachten Lande Circipanien, Bisdede, Tribedene u. a. zu setzen.

Derselbe [Ulricus, Bischoff von Ratzeburg] befelet H. N. von Werle vnd Burwino von Rostogk, den Bischoff von Zwerin in die Possession der Orter Bizden, Tribeden, Cirspen vnd anderer im Privilegio seines Stiffts begriffen, einzusetzen. Absque dato.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 228[b] im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. III S. 100; Mekl. Urk.-Buch II S. 111 Nr. 804.

649.

1257 nach dem 27. Nov. — 1258 vor dem 5. Juli.

Ulrich, Bischof zu Ratzeburg, Volrad, Bischof zu Halberstadt, und Johann, Abt zu Lehnin, vom apostolischen Stuhl delegirt zur Schlichtung des Grenzstreites zwischen den Diöcesen Camin und Schwerin, setzen Rudolf, Bischof zu Schwerin, den 7. Juli in der Kirche zu Halberstadt als letzten Termin zur Verhandlung fest.

O. de Raceborch, V. de Halberstadt, dei gracia episcopi, ac Jo., humilis abbas de Lenin, Cistersiensis ordinis, Brandenburgensis diocesis, venerabili patri R., Zwerinensi episcopo, salutem et sinceram in domino caritatem. Litteras domini pape nos recepisse noueritis in hunc modum: folgt Bulle Pabst Alexanders IV. d. d. 27. Nov. 1257, s. oben S. 47 Nr. 644.

Huius igitur auctoritate mandati uos citamus, locum cathedralem ecclesiam in Hauelberch et diem VI^{am} feriam post octauam sancti Johannis baptiste uenientem in proximo prefigentes, super causa que inter uos uertitur et dominum episcopum Caminensem. Et quod propter locorum distanciam sine magna difficultate et grauibus expensis sepius in unum non possumus conuenire, nec ad nos de facili pro citacionibus optinendis potest haberi recursus, hunc terminum uobis peremptorium assignamus.

Siegel von dem Pergamentstreifen abgerissen.

Original im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Mekl. Urkunden III S. 98 Nr. 41; Riedel, Cod. dipl. Brand. I 24 S. 338 Nr. 18; Mekl. Urk.-Buch II S. 124 Nr. 827.

650.

1258 Januar 6. (in epiphania domini).

Alexander, Abt zu Neuencamp, sichert der Gräfin Audacia von Schwerin und deren verstorbenem Gemahl Heinrich die Fraternität seines Klosters zu.

Nobili domine Audatie comitisse de Zwerin frater A. dictus abbas Noui Campi orationum suarum participium cum salute. Exigente pie deuotionis affectu, quem habetis ad ordinem nostrum et specialiter ad domum nostram, concedimus uobis et Heinrico comiti,

uiro uestro iam defuncto, fraternitatem et plenam participationem omnium bonorum in domo nostra, que fiunt ibi ad honorem dei et beate uirginis Marie in uigiliis, ieiuniis, missis et orationibus, facientes uos istorum et omnium bonorum participes et consortes. Datum anno domini MCCLVIII in epiphania domini.

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in den Mekl. Jahrb. Bd. XXVII S. 153; Mekl. Urk.-Buch II S. 117 Nr. 814.

651.

1258 Februar 18. (XII kal. Martii) Viterbii.

Pabst Alexander IV. bestimmt, unter welchen Bedingungen die wegen Gewaltthätigkeit und Ungehorsam excommunicirten Mönche des Klosters Neuencamp vom Abte desselben wieder zu Gnaden angenommen werden können.

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilecto filio . . . abbati monasterii Noui Campi ordinis Cisterciensis Zwerinensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Petitio tua nobis exhibita continebat quod nonnulli monasterii tui monachi et conuersi pro uiolenta manuum iniectione in se ipsos et quidam pro detentione proprii, alli etiam pro denegata tibi et predecessoribus tuis obedientia seu conspirationis offensa [in] excommunicationis laqueum inciderunt, quorum monachorum quidam diuina celebrarunt officia et receperunt ordines sic ligati. Quare super hiis eorum prouideri saluti a nobis humiliter postulati, de tua itaque circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes, discretioni tue presentium auctoritate concedimus, ut eosdem excommunicatos hac uice absoluas ab huiusmodi excommunicationum sententiis iuxta formam ecclesie uice nostra iniungens eis quod de iure fuerit iniungendum, prouiso ut manuum iniectores, quorum fuerit grauis et enormis excessus, mittas ad sedem apostolicam absoluendos. Cum illis autem, qui facti immemores uel iuris ignari, absolutionis beneficio non obtento receperunt ordines et diuina officia celebrarunt, iniuncta eis pro culpe modo penitentia competenti eaque peracta liceat tibi de misericordia que superexaltat iudicio, prout eorum saluti expedire uideris dispensare. Si uero prefati excommunicati scienter non tamen in contemptum clauium talia presumpserunt, eis per biennium ab ordinum executione suspensis et imposita ipsis penitentia salutari, eos postmodum si fuerint bone conuersationis et uite, ad gratiam dispensationis admittas. Proprium autem, si quod habent dicti monachi et conuersi, in tuis manibus facias resignari in utilitatem dicti monasterii conuertendum. Datum Viterbii XII kal. Martii, pontificatus nostri anno quarto.

Das Original an der linken Seite etwas beschädigt, mit Bleibulle an der Hanfschnur.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 9; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1258) Nr. 4.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 413 Nr. 300; Fabricius II. Nr. 67.

652.

1258 März 1. (kal. Martii).

Pabst Alexander IV. befiehlt, die Entscheidung in Betreff der Grenzen des Schweriner Sprengels auszuführen.

Alexandri papae executoriales pro episcopo Zuerinensi contra episcopum Caminensem super finibus diocesum, pontificatus anno 4, kal. Martii.

Clandrian'sche Regeste der Urkunden des Bisthums Schwerin im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Mekl. Urkunden III S. 101 Nr. 45 (Regeste); Mekl. Urk.-Buch S. 120 Nr. 820.

653.

1258 März 7. (non. Martii) Viterbii.

Pabst Alexander IV. bestimmt, daß der Diöcese Schwerin der Schaden, welchen sie in dem Grenzstreite mit der Diöcese Camin erlitten, zu ersetzen sei.

Alexander papa iubet, ecclesiam Zuerinensem in integrum restitui propter laesionem ex compositione inter ipsam et episcopum Caminensem. Datum Viterbii non. Martii, pontificatus anno quarto.

Clandrian'sche Regeste der Urkunden des Bisthums Schwerin im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden III S. 101 Nr. 46 (Regeste); Mekl. Urk.-Buch II S. 121 Nr. 821.

654.

1258 Mai 20. (XIII kal. Junii) Butzowe.

Rudolf, Bischof zu Schwerin, bestätigt die Uebertragung des Patronats der Kirche zu Tribsees und des Dorfes Techlin durch den Fürsten Wizlaw und dessen Sohn Jaromar an das Kloster Neuencamp.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Rudolfus dei gratia Zuerinensis episcopus salutem in Christo Jhesu. Cum ex officii nostri debito cultum dei teneamur ampliare et honorem, et maxime circa ordinem Cisterciensem, qui pauca sibi retinentes cetera omnia, que possident, in usus pauperum et peregrinorum cupiunt erogare, notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, qood cum ius patronatus ecclesie in Triboses a nobili domino Wizlao principe Ruianorum cum unanimi consensu filii sui domini Jaromari ac ceterum heredum suorum ob honorem beate uirginis Marie abbati et conuentui in Nouo Campo, quos speciali dilectione complectimur, sit collatum, sicut de eadem ecclesia et de uilla Techelin in priuilegio dicti principis est expressum, nostrum adhibemus consensum et uoluntatem et presentis scripti munimine confirmamus, et ne super hoc eisdem oriri possit questio, presentem literam sigilli nostri appensione et testium inscriptione fecimus roborari. Testes autem sunt prepositus Wernerus, Nicolaus scolasticus, Thidericus cantor Zuerinensis, Henricus canonicus Butzowensis, Conradus plebanus ecclesie de Valkenhaghen, Stephanus

plebanus ecclesie de Kit, Johannes rector ecclesie de Ekessen noster notarius. Datum Butzowe anno gratie M.CC.LVIII. XIII. kal. Junii pontificatus nostri anno nono.

Das Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 10; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1258) Nr. 6.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 420 Nr. 307; Fabricius II Nr. 68; Mekl. Urk.-Buch II S. 122 Nr. 823.

655.

1258 Juli 13. (III. idus Julii) Griperwold.

Herzog Wartislaw III. schenkt der Stadt Greifswald das Land am Meere, welches von dem Flusse Damme umschlossen wird.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wartizlaus, gracia dei dux Deminensis, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens pagina peruenerit, salutem in eo, a quo progreditur omnis salus.[1]) Omnium habere memoriam siue noticiam, non humanitati, sed pocius secundum legitimas sanctiones atribuitur deitati. Ideo quia labilis est hominum memoria, utpote a primi parentis inobediencia viciata et rerum gestarum recordacio celeriter obliuione deletur, veneranda decreuit antiquitas, ut que a parentibus racionabiliter ordinantur, futurorum noticiam non excedant, instrumentorum appensionibus et testium subscripcionibus roborentur. Eapropter notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod nos ob dilectioni ciuitatis nostre Gripeswolde, necnon burgensium inibi residencium pratum et pascua salso mari adiacencia dictis burgensibus ipsorumque heredibus perpetuo iure conferimus feodali; huius autem prati termini per fluuium, qui Damme dicitur, demonstrantur, quia idem fluuius a latere maris progressus in idem mare regreditur impetu sui cursus, quitquit itaque inter fluuium et mare continetur, cum silua in ipsa insula adiacente, dictis burgensibus duximus conferendum, ut exinde ordinent et disponant, prout ipsis videbitur expedire. Cum autem hec agerentur, hii testes astiterunt: dominus Johannes Appeldorn, Bertoldus aduocatus, Henricus marschalcus, Tessen miles, Henricus Vrsus, Sando et Dowat et alii quam plures milites; commune consilium astitit ciuitatis Gripeswold, quorum nomina hec sunt: Jacobus Trebetowe, Walmodus de Rostok, Radolfus Paruus, Gherardus Pinguis, Henricus Racowe, Ciriacus, Fredericus Enethlev, Gherardus Cosuelde, Albertus de Kile, Jacobus, Johannes Lubeke, Henricus de Lucht. Et ut res gesta perpetuo maneat inconwlsa, presentem litteram sigilli nostri munimine roboramus. Datum Gripeswold anno gracie M.CC.L.VIII., III. idus Julii, per manum Johannis, notarii domini ducis Demynensis.

Abschrift im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Memorab.-Buch-St. G. Nr. 1. fol. 2.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Biblioth. III S. 406; Dähnert, Sammlung Supplement IV S. 303; Fabricius II Nr. 69; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 64 Nr. 40.

[1]) Das Copialbuch hat den Schreibfehler salis.

656.

1258 September 20. (XII. kal. Octobris) Rvygart.

Jaromar, Fürst zu Rügen, gestattet auf Bitten des Vogtes H. und der Rathmannen zu Lübeck den Bürgern daselbst freien Fischfang für ein Jahr in seinen Landen.

Jaromarus dei gratia princeps Rvianorum H. aduocato omnibusque consulibus in Lubeke salutem et ad queque beneplacita bonam uoluntatem. Quia horum, que honori et profectui uestro expedire uidentur, nulla pretermittere uolumus, petitioni uestre annuentes concedimus, ut quicumque ex uestris conciuibus in istius anni piscatione ad nostram uenire uoluerint terram, liberam habeant optionem, quoniam ipsos cum omnibus bonis ipsorum in nostram pacem suscipimus et protectionem. Datum Rvygart anno domini M.CC.LVIII, XII. kal. Octobris.[1])

Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen (beiliegend).

Original im Stadt-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 69b; Cod. dipl. Lubec. S. 225 Nr. 243 (21. Sept.)

657.

Herzog Barnim I. von Pommern bestätigt die Urkunde d. d. 1246 (Bd. I S. 348 Nr. 445), worin er und Herzog Wartislaw III. die in ihre Länder kommenden Kaufleute von unbilligen Auflagen befreien und das Strandrecht aufheben.

Vgl. Dreyer, Specimen juris publ. Lub. S. 188; Sartorius und Lappenberg S. 50.

658.

Rudolf, Bischof, und das Domcapitel zu Schwerin ertheilen Fürst Jaromar von Rügen eine Abschrift der Urkunde seines Vaters Wizlaw d. d. 1225 (Bd. I S. 170 Nr. 226), worin derselbe dem Domkapitel zu Schwerin das Dorf Pütenitz und freien Heringsfang schenkt.

R. dei gracia episcopus, W. prepositus, E. decanus totumque capitulum Zwerinense illustri principi Ruianorum oraciones in domino cum sincere caritatis affectu. Notum uobis esse uolumus quod nos priuilegium patris [ue]stri Raceburgensi ecclesie collatum super uilla Putiz, non concellatum, non uiciatum, non rasum, non pro aliqua parte sui inualidum aut infirmum de uerbo ad uerbum et legimus et perspeximus in hec uerba: (folgt Bd. I S. 170 Nr. 226).

Schlußformel und Datum fehlen.

Copiarium im Ratzeburger Dom-Archiv.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 74b; Meklenb. Urk.-Buch II S. 105 Nr. 811.

---

[1]) Septembris ist vor Octobris im Original durchstrichen.

659.

1258 in Thuchowe.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß das Kloster Usedom vom Ritter Luker das Dorf Roscetin ohne den Zehnten für zwanzig Mark und von den Brüdern Oldag und Werner das Dorf Lubenze mit dem halben und Retzow mit dem ganzen Zehnten für 160 Mark gekauft hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia, dux Slauorum de Stetin, vniuersis presentem paginam intuentibus inperpetuum. Ne gestarum rerum memoria processu temporis possit euanescere, discretorum virorum pericia solet eas per litteras eternare. Innotescat igitur presentibus et futuris, quod nos ecclesie beate Marie virginis sanctique Godeardi in Grobe domino Wiardo abbati suisque canonicis in eadem ecclesia deo noctu dieque famulantibus pro remissione nostrorum pecaminum et eterni regis misericordia consequenda, atendentes etiam beneficia nobis a prefatis ecclesie ministris sepius inpensa, tres uillas in terra Vzsnum quas emerunt, ipsarum uillarum eciam proprietates cum omni obsequio nobis a prefatis bonis exhibendo prefatorum canonicorum vsui porreximus perhenniter possidendas villam Roscetin a domino Lukero pro viginti marcis emptam sine decima, Lubenze cum dimidia decima, Redessowe cum integra decima a domino Aldago aduocato de Thanchlim et fratre suo Wernero LX et centum marcarum precio comparatas cum aquis, palludibus, pratis, agris et terminis adiacentibus cum omni iure, quo a nobis prefati tenuerunt nostri milites et vasalli. Ne autem super hanc donacionem prefatis imposterum aliqua possit nouercari calumpnia, presentem eis scribi fecimus litteram sigilli nostri robore confirmatam. Astiterunt autem cum fieret ista donacio dominus abbas de Stolp Gunterus, Theodericus prepositus de Colberg, Arnoldus plebanus de Lessan, Adrian miles, Rodolfus Munt miles, Thammo miles, Scouoth miles, Venzcho miles, Hermannus de Zaiens et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subarrata. Acta sunt hec publice in Thuchowe anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo. Datum per manum Johannis notarii nostri.

Siegel von der blau-weißen Hanfschnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 22; Orig.-Transf. ebendas. Nr. 78; ebendas. Pudaglaer Matr. fol. 20 (XVI. B.); Transf. vom 13. Juni 1317 fol. 31 (XXVII. C.); Klempzens Extract fol. 115.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 415 Nr. 302.

660.

1258 in Pobodisz.

Herzog Boleslaw von Polen bestätigt die Schenkung seines Vaters Wladislaw für das Kloster Colbatz über die Dörfer Treben, Dobberphul und Warsin.

In nomine domini amen. Inter cuncta opera que de karitatis fonte procedunt elemosina celebrius commendatur, quia ipsa est per quam fit [a]bolicio[1]) scelerum et contra omnia mundi pericula firmamentum. Hec est illa preambula suffragatrix que nos excusat propicialiter de commissis et gratiam nobis assidue reddit plasmacionis. Inde est quod nos B. dei gratia dux Polonie maioris animaduertentes pia gesta W. patris nostri felicis memorie

[1]) Die Matrikel schreibt obolicio.

que fecit domui sancte Marie de Colbas ordinis Cisterciensis omnem donationem et libertatem quam ab ipso sunt adepti scilicet villas Treben et Duperpol et Warsin cum omnibus attinenciis suis, pratis, aquis, siluis, sicud in eorum priuilegiis continentur, perpetualiter confirmamus. Vt autem hec nostra confirmacio inviolabiliter obseruetur, presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum in Pobodisz anno gratie domini M°CC°L°VIII° presentibus istis, Johanne cancellario nostro, Nicolao preposito Kalisiensi, Bogomelo preposito Gneznensi, Sandiuogio castellano de Croba.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 24 Nr. 96; Transſ. vom 1. März 1309 fol. 24 Nr. 97.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 416 Nr. 303; Cod. dipl. maj. Pol. I S. 330 Nr. 371.

661.

1258 Stralessund.

Jaromar, Fürst zu Rügen, gründet die Stadt Damgarten und bestimmt deren Grenzen, giebt ihr die Fischerei bis Barth, Lübisches Recht, Abgabenfreiheit auf sechs Jahre und Zollfreiheit im Rugianischen Lande.

Nos Jeromarus dei gratia Ruyanorum princeps, vniuersis presens scriptum inspecturis salutem inperpetuum. Cum modernorum actuum decursu temporis successiuo obliuio facilis habeatur, ea que in vsum ac profectum fidelium nostrorum liberaliter erogamus, scriptis memorabilibus dignum duximus inponenda. Hinc est, quod presentibus protestamur, quod nos fidelium nostrorum instructi consiliis nouam in Damgur fundauimus ciuitatem, addentes ipsi proprietates pro posse adiacentes ac libertates deinde competentes. Donauimus ergo omnibus predictam ciuitatem inhabitantibus, quicquid est in terminos Sclychtenmole et terminos Zale versus mare, cum agris vtriusque uille Damgur et Pytenitz perpetuo possidendum, villam quoque Slauicalem iam dicte ciuitati proxime adiacentem quocumque modo id disponamus ipsius terminis liberaliter apponemus. Memoratis etiam inhabitatoribus nostre ciuitatis Damgur ab ipsa ciuitate Damgur usque in Bard liberam contulimus piscaturam, ipsis quoque nostris ciuibus in Damgur superaddimus, quod in prato nostro Pritzenitze singulis annis feni possunt metere quantum placent, dedimusque sepedicte nostre ciuitati in commune ius tale quale hii de Lubeke et hii de Stralessund nunc habent uel hactenus habuerunt; ipsam similiter omni peticione seu exactione concessimus in perpetuum fore liberam et exemptam. Quemlibet eciam in genere ciuitatum Damgur transeuntem sex annis a datore theolonei libertamus; admittimus itaque vt quilibet noster conciuis iam dicte ciuitatis a maiore usque ad minimum quecumque vendiderit uel emerit in Ruya a solucione theolonei perpetuo sit exceptus, Hujus rei testes sunt Reinfridus de Penitze, Ernestus frater eius, Tidericus Longus, Luthbertus, Tidericus Albus, Florinus, Johannes Budde et alii. Vt autem hec nostra donatio a nobis seu heredibus nostris ab omni dubietatis ac contradictionis scrupulo libera perseueret, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum Stralessund anno domini M̊.CC̊.LVIII.

Abgedruckt nach dem Codex Rugianus; die Zeugenreihe ist aus dem Damgartener Transſ. beigefügt.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rug. Nr. 108; desgl. Schwed. Vermessungs-Register, Amt Barth fol. 370 (Transſ. von 1540); Transſ. vom 1. Okt. 1540 im Stadt-Archiv zu Damgarten.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 418 Nr. 306; Dähnert, Samml. Pomm. Urk. II S. 429 Nr. 113 (nebst deutscher Uebersetzung).

662.

1259 März 22. (cal. Aprilis XI) Scabroth.

Petrus, Bischof zu Roskilde, beschuldigt den Clerus seiner Diöcese, daß derselbe trotz seiner Briefe und trotz der fortdauernden Gefangenschaft des Erzbischofs von Lund kirchliche Handlungen vorgenommen habe und befiehlt ihm, dieselben völlig abzustellen.

Petrus miseratione diuina Roschildensis episcopus, R. decano totique capitulo nec non uniuerso clero suae diocesis spiritum consilii sanioris. Scripsimus vobis literas prohibentes sub poena excommunicationis, ne diuina celebraretis, antequam dominus Lundensis a captiuitate absolueretur, et ecclesia suum jus consequeretur, inserentes sententiam apostolicam in iisdem. Sed quia, mandatorum apostolicorum et nostrorum transgressores celebratis, ipso facto estis irregulares. Mandamus nihilominus ex superabundanti firmiter praecipiendo, quatenus suspensa habeatis organa, nullatenus celebrantes. Quicunque autem amplius inueniatur inobediens, absque omni gratia officiis et beneficiis nouerit se priuatum. Datum Scabroth anno MCCLIX cal. Aprilis XI.

Gedruckt in Fabricius II S. 43; Langebeck, script. rer. Dan. V, 603.

663.

1259 Mai 7. (nonas May) Stettyn.

Herzog Barnim I. schenkt der Stadt Garz a. O. alles Land zwischen dem Salvei-Flusse und dem Dorfe Reinckendorf, welches früher den Burgmannen zu Garz gehört hatte, gegen eine jährliche Abgabe von zwölf Wispeln Getreide, sowie der Stephanskirche daselbst für den Zehnten von diesem Lande alles Land zwischen der Bojader und Lewoth. Den Bürgern schenkt er ferner die Wiesen an der Oder, früher gleichfalls den Burgmannen gehörig, und den Ort der alten Burg selbst, erlaubt ihnen, auf dem geschenkten Lande ein Dorf anzulegen und bestätigt die halbe Zollfreiheit.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnym dei gratia dux Slauorum, uniuersis praesentem paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam memoria hominis est labilis et transiens, necessarium dignoscitur et expediens, ut ea que in tempore geruntur, linguarum testimonio aut scripturae memoria perhennentur. Hinc est quod notum esse volumus tam praesentibus quam posteris, quod nos dilectis nostris de Gardz burgensibus uniuersos agros inter riuulum qui dicitur Saluia et campos villae quae dicitur Reinekendorp, qui fuerant militum in castro nostro Gardz quondam residentium, integraliter contulimus jure haereditario in perpetuum possidendos. De quibus agris dicti burgenses duodecim choros siliginis in festo Martini nobis annis singulis praesentabunt. In recompensationem autem decime eorundem agrorum ad ecclesiam sancti Stephani ibidem pertinentis eidem ecclesiae de consensu domini Conradi eiusdem loci plebani dedimus et contulimus totum campum ultra riuulum Boyaze contra Lewoth iacentem cum rubetis et lignis perpetuo possidendum. Insuper dedimus et contulimus dicte ciuitatis nostre burgensibus omnia prata iuxta Oderam iacentia, quae etiam fuerunt nostrorum militum in predicto castro residentium, jure haereditario perpetualiter possidenda. Et ad hoc eis adiecimus totum locum in quo castrum Gardz steterat cum loco suburbii possidendum iure eodem. Si vero eisdem burgensibus expedire

videatur, ut in agris ad ciuitatem pertinentibus villam secundum jura ipsius locentur ciuitatis, quae videlicet eadem jura seruet, que et ciuitas habet, hoc est licitum de nostra beneplacita voluntate. Volumus praeterea ipsos hac gaudere libertate, ut non nisi medietatem theolonii dare debeant sicuti hactenus consueuerunt. Vt autem haec nostra donatio firma maneat et inconuulsa, presentem paginam inde confectam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes huius rei sunt dominus Theo. praepositus de Colleberge, dominus Jo. plebanus sancti Petri in Stettyn, dominus Roleco plebanus de Selcho, Conradus domicellus de Gutzkow, Ludolphus miles de Nienkerke, Ventzko miles de Utznam, Roderus miles, Godeko miles aduocatus de Pyritz et alii quam plures. Datum Stettyn per manum magistri Arnoldi anno domini M°.CC°.LIX°. nonas May.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatar. civit. Gartz. Nr. 17; Transs. vom 4. März 1306 Nr. 5[b]; Deutsche Uebersetzung Nr. 67; Transs. von 1306 Nr. 54[b].

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 421 Nr. 309.

664.

1259 Juni 4. (pridie nonas Junii) Anagnie.

Pabst Alexander IV. fordert Jaromar, Fürst zu Rügen, auf, für die Freilassung des durch König Waldemar von Dänemark gefangen gehaltenen Erzbischofs zu Lund, sowie des Probstes und Archidiakons daselbst Sorge zu tragen.

Alexander, dei gracia episcopus etc. dilecto filio, nobili viro principi Ryanorum, salutem etc. Si rex Daciae illustris diligenter attenderet beneficia, quae de manu domini suscepit, profecto ab ipsius offensa non solum prudenter retraheret manus suas, sed se ipsius beneplacitis humiliter coaptaret. Ab ipso enim (per quem reges regnant) obtinet sceptrum regni, multisque potestate praeeminet regio diademate insignitus. Unde ergo praesumptio tam effraenis et temeritatis impetus tam enormis, quod idem rex benefactorem hujusmodi in suis ministris persequitur? quod ejus beneficia, et quidem, si quicquam de ipsius actibus perciperemus dignum laude, gauderemus, etsi contrarium accidit. Non considerat nec aduertit? Dolemus non modicum et tristamur. Non sumus ergo doloris expertes, eo quod, sicut accepimus, idem rex venerandum fratrem nostrum archiepiscopum Lundensem Sueciae primatem, honorabile quidem membrum ecclesiae, capi et carcerali mancipari custodiae, diuino postposito timore, procurauit. Ignominiosum vero ejus captionis modum et qualiter satellites dicti regis ejus sacro vertici capellum de caudis vulpium imponentes, eum indutum veste laica, ligatis ipsius pedibus ad carceris angustias abduxerunt, narrare ad praesens omittimus, maxime cum sermonis series injuriam vix possit attingere, quam supradicti satellites sibi nequiter irrogarunt. Venerabilem vero Roskildensem episcopum, fratrem nostrum idem rex exulare coegit, quem sibi viuum vel mortuum jusserat ausu temerario praesentari. Et ut eidem archiepiscopo non adesset liberationis remedium, dilectos filios praepositum et archidiaconum Lundensem, propter hoc ad sedem apostolicam accedentes, personaliter capi faciens, ipsos detinet atro carceri mancipatos. Cum igitur inter alia pietatis opera, quae fideles exercent captiuorum liberatio in oculis conditoris omnium acceptior reputetur, nos ad ea, quae salutem tuam respiciunt, te apostolicis exhortationibus inducere satagentes, nobilitatem tuam rogamus,

monemus et hortamur attente, quatenus pro ipsorum liberatione, archiepiscopi, praepositi et archidiaconi, pro nostra et apostolicae sedis reuerentia interponas diligenter et efficaciter partes tuas, ita ut deum inde merearis habere propitium. Nosque propter hoc tuae deuotionis promptitudinem merito commendamus, pro certo sciturus, quod non modicum titulus tuae laudis accrescet, si per tuae sollicitudinis studium ipsorum liberatio poterit prouenire. Datum Anagniae, pridie nonas Junii, pontificatus nostri anno quinto.

Gedruckt in Fabricius II Nr. 71; Langebeck, Script. rer. Dan. Tom. V S. 605.

665.

1259 Juni 18. (XIIII kal. Julii) Butsowe.

Rudolf, Bischof zu Schwerin, überläßt dem Kloster Neuencamp den Zehnten der Dörfer Müggenhall, Papenhagen und Pennin für 160 Mark.

R. dei gratia Zwerinensis episcopus totumque capitulum eiusdem loci omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos abbati et conuentui in Nouo Campo dimisimus [1]) decimam infeodatam et absolutam in villis Mucghenhole, Papenhagen et Penin pro centum et sexaginta marcis denariorum ad comparandam villam in Lizcekowe de consensu nostri capituli et voluntate. Vt autem factum nostrum tam sollempne stabile et inconcussum permaneat, hanc litteram inde conscriptam sigilli nostri appensione et capituli duximus roborandam. Testes sunt prepositus Wernerus Zwerinensis, Segebode prepositus Lubicensis, Nicolaus scolasticus, Tidericus cantor et Johannes custos Zwerinensis. Datum Butsowe anno domini M°CC°L. nono. XIIII kal. Julii pontificatus nostri anno decimo.

2 Ausfertigungen, die erste mit 2 gelb- und grünseidenen Schnüren, die letztere mit 2 Pergamentstreifen. Alle Siegel abgefallen.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 11; Dreger, Registratur II Nr. 72.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 424 Nr. 311; Fabricius II Nr. 72; Mekl. Urk.-Buch II S. 136 Nr. 842.

666.

1259 Juni 29. (die apostolorum Petri et Pauli) in Poszna.

Boleslaw, Herzog von Polen, bestätigt die Schenkung von Treben und Dobberphul mit dem Stawiner See durch seinen Vater Wladislaw an das Kloster Colbatz und beschreibt die Grenzen der Schenkung.

In nomine domini amen. Quoniam longi tractus temporum pariunt antiquitatem, antiquitas obliuionem, obliuio vero rerum actarum exinationem (!), ea propter necesse est ut res digna memorie scripti testimonio confirmetur, quo canescens antiquitas crebrius valeat renouari. Agnoscat presens igitur etas et sciat postera, quod nos Bolezlaus dei gratia dux Polonie maioris reuoluentes in animo piam et dignam donacionem patris nostri felicis memorie ducis Wladizlai quam fecit ecclesie sancte Colbacensi ordinis Cisterciensis et fratribus ibidem deo famulantibus ob remedium anime nostre eandem donacionem perpetualiter confirmamus. Hec est autem Treben et Doperpul cum stagno Zouina et cum omnibus terminis et attinen-

[1]) Die zweite Ausfertigung hat uendidimus.

ciis suis, agris, pratis, pascuis, siluis, cultis et incultis, aquis, stagnis, riuis, piscationibus, in semitis, viis et omni utilitate, que est uel in futurum haberi potest, nec non ab omnium decimarum uel cuiuslibet seruicii exactione liberas perpetuo possidendas. Preterea contulimus eidem domui ut jure teutonico ciuitatem cum foro libero in districtu istorum bonorum locent vbicunque velint. Ne igitur in predictis possessionibus succedentibns temporibus predictos fratres cuiuscunque malignitas iure debeat inquietare, terminos predictarum possessionum propriis nominibus censuimus exprimendos. A Treben uersus Replin stagnum quod dicitur Stuke, inde recurrunt in directum ad montem longum qui adiacet Neribne, abhinc super stagnum Caike et sic per mediam paludem usque ad fossatum quod est inter Cluken et Souin, de fossato per solitudinem super riuulum Zlonice qui fluit in Ynam, et sic per descensum Yne ex altera parte ad arbores pomiferas. Inde recurrunt in stagnum Linzina et sic ad riuulum Diadinkir, de rubo super paludem Smardin et sic per mediam paludem usque in Clambeck. Inde percurrunt in directum super monticulos Sinneroaglatis, hinc usque in riuulum Rutniza qui fluit in Ynam, de Yna usque ad Stuke. Vt hec autem nostra donacio cum predictis possessionibus et supradictis terminis rata et inconuulsa sepedictis fratribus monasterii de Colbas perpetuo perseueret, sigilli nostri appensione cum testium subscriptione presentem paginam roboramus. Testes sunt dominus abbas de Belboc Bauo, Hescellinus eius capellanus prior Poznaniensis Petrus, Nicolaus prepositus de Sa(n)cob[1]) Mathias notarius, et alii quam plures huic negocio dum fieret affuerunt. Datum anno gratie domini M°CC°LIX° in Poszna die apostolorum Petri et Pauli.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel Nr. 102 fol. 25.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 423 Nr. 310; Codex dipl. maj. Poloniae S. 334 Nr. 377.

667.

[1259 September 16. (in die sancte Eufemie virginis) in opido Demine.[2])]

Hermann, Bischof zu Camin, und Herzog Barnim I. bezeugen, daß sie sich im Jahre 1259 am 16. September über die Grenzen der Landschaften Stargard und Massow, Pyritz und Lippehne, Zehnten aus verschiedenen Dörfern, eine Summe Geldes aus dem Stettiner Zoll und die Stadt Ueckermünde geeinigt haben.

Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus et Barnym eadem gracia dux omnibus in perpetuum. Notum sit vniuersis, quod nos de consilio fidelium nostrorum super limitibus terrarum Stargart et Massow, Piriz et Lipene et decimis quarundam villarum, cuiusdam pecunie summa in theolonio Stetyn, super inpeticione opidi Hucremunde et quibusdam rebus aliis anno domini M°C°C° [quinquagesimo] nono in die sancte Eufemie uirginis in opido Demine concordauimus in hac forma: limites terrarum Massow et Stargart iuxta priuilegiorum super hiis confectorum continenciam dirigentur. Super limitibus vero Pyriz et Lipene est condictum, quod duodecim milites et quatuor clerici in die sanctorum Symonis et Jude apostolorum super limites conueniant ad distingwendum easdem. Item super tercia parte decime terre Vicekowe[3]) Theod. de Leyne, Conradus Clest, Heinricus de Murtyn,[4]) Rodolfus Munt

[1]) Das n ist durch einen Schmutzfleck verdeckt, kann jedoch kaum anders gelesen werden. Unrichtig ist die Lesart „Santoch" des Codex dipl. maj. Poloniae.

[2]) Wegen der Datirung vergleiche Balt. Stud. X, 1 S. 169.

[3]) Vitecow hat die Caminer Matrikel.

[4]) Desgl. Musszin.

per fidem suam dubium amputabunt. Item dimidiam decimam ville Nisgriwe dominus Barnym suo iuramento si uoluerit optinebit. Item triginta marcas denariorum, quas Hermannus dominus episcopus habet in theolonio Stetyn, iure feodali porriget domino Barnym cum opido Hucremunde. Item pro impeticione centum chororum eidem contulit in feodo decimas villarum Reynekendorp et Nyenkerken. Item dominus Barnym habebit in Husanam centum mansorum decimas in vno tractu. Item dominus Barnym per totam terram Wstrosim habebit duas partes decimarum tam collatarum quam absolutarum. Terciam vero episcopus retinebit, quas tam spirituali iure quam seculari brachio repetere mutuo se iuuabunt. Item dominus episcopus et canonici Camynenses cum sua familia naulum in omnibus passagiis non persoluent. Item quicquid continent priuilegia vtriusque tam in cultis quam in non cultis stabit integrum et illesum. Testes huius ordinacionis sunt Hinricus comes de Keuerbergh, Adolfus decanus et Mauricius canonicus ecclesie Camynensis, Theodericus prepositus Colbergensis, Gherardus scolasticus Gustrowensis, Wihardus abbas de Usnam, Conradus Cleist, Hinricus de Mustin, Borchardus de Verchen, Rodolfus de Nyenkerken, Gotfridus aduocatus in Pyriz, Bolto Scerf, Conradus de Massow milites et alii quam plures clerici et milites.

Nach einem Transſ. des Herzogs Wartislaw IV. vom 8. März 1321 in der Matr. des Caminer Domkap. P. I. fol. 134ᵛ und einem Orig.-Retransſ. jenes Transſ. durch die Herzöge Bogislaw V., Barnim IV. und Wartislaw V. vom 19. Juli 1356 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 117.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 313 Nr. 204; Riedel, Cod. dipl. Brand. I, 18 S. 61 Nr. 1; Kratz, Urk. zur Gesch. des Geschl. von Kleist S. 15 Nr. 40; Mekl. Urk.-Buch II S. 141 Nr. 850.

668.

1259.

Herzog Barnim I. vergleicht sich mit dem Kloster Colbatz und überweist letzterem zwanzig Wispel Getreide aus der Mühle zu Damm, Fischereigerechtigkeit im Dammschen See für ein Netz und die Dörfer Latzkow, Warsin, Groß-Möllen, Alt-Damerow und das Dorf Borin mit 84 Hufen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnym dei gratia dux Slauorum presentem paginam inspecturis salutem. Sciat status presentium et discat felix successio futurorum, litem et discordiam, qui versabatur inter nos ex vna parte et dominum abbatem et conuentum de Colbas ex altera parte, pacificatam esse perpetuis temporibus ac cedatam videlicet in hunc modum. Inprimis nos viginti choros annone in molendino Dambe ad dies vite nostre ab ecclesia nobis porrectos eidem abbati et conuentui jure perpetuo resignamus, Nos eciam vnam sagenam trahendi suis expensis in stagno, quod adiacet predicte ciuitati eo duntaxat tempore quando nostra trahitur sagena concedimus libertatem. Dum uero nostra sagena fuerit absens trahere non licebit. Preterea duas villas Lascow et Warsin cum suis terminis cum villis Melne et Damerow cum terminis suis, sicud in antiquis priuilegiis continetur. Villam vero Boryn cum octoginta et quatuor mansis libere conferimus et donamus, quam villam Hinricus miles dictus de Morsyn possidebit ab ecclesia Colbacense. Promisimus etiam omnes proprietates et terminos proprietatum a quocunque homine iuste possessos uel detentos ut in antiquis priuilegiis continentur personaliter distingwendos. Nos vero satis-

fecimus in hiis ecclesie supradicte pro nobis et pro omnibus, qui ecclesiam Colbacensem nostro nomine leserunt aut aliquatenus molestarunt. Vt autem hec permaneant inconuulsa, ea sigilli nostri munientes signaculo cum appensione sigillorum venerabilium patrum videlicet domini Wichardi abbatis de Vzanym et domini Hinrici de stagno sancte Marie firmauimus, scriptoque nostro ac testibus ydoneis stabiliuimus, quorum nomina sunt hec: Bartholomeus de Poliz, Liborius, Zlauborus, Roderus, Godefridus aduocatus, Rudolfus, Enderus de Smochorowe milites et alii quam plures. Datum per manum Theoderici prepositi Colbergensis. Acta sunt hec anno domini M°CC°LIX°.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matr. Nr. 211 fol. 63ʳ (Transſ. vom 1. März 1309).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 420 Nr. 308; Klette, Neumärk. Regeſten S. 20.

669.

[1259.]

Der Rath zu Wolgaſt ſagt den Städten Lübeck, Roſtock und Wismar ſeine Mitwirkung zur Bekämpfung der Seeräuber zu.

Viris prouidis et honestis, aduocatis, consulibus et communi ciuitatum in Lubeke, in Rostohc et in Wismaria consules et commune ciuitatis in Wolgust semper promtam in beneplacitis uoluntatem. Honestati uestre multimodas gratiarum referimus actiones, quod pro iniuriis, que nobis et amicis nostris in mari nauigantibus a predonibus ex diuersis terris confluentibus imminent, litteras uestras tam ad nostram quam ad uestram pacem laborantibus nobis transmittere meruistis. Hinc est, quod scire debetis, quod ad destructionem talium predonum, prout nostra ualet possibilitas, vna uobiscum libentissime uolumus laborare et conciues uestros in suis negotiis promouere.

Siegel anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt im Lüb. Urk.-Buch I S. 155 Nr. 169; Mekl. Urk.-Buch II S. 140 Nr. 848.

670.

1260 Januar 13. (idus Januarii).

Citation des Biſchofs zu Camin auf ſeine Appellation gegen das Urtheil wegen der zwiſchen den Diöceſen Schwerin und Camin ſtreitigen Grenzen.

Citatio des Bapstes delegati vnd subdelegati iudicis an Rodolphum, Biſchoffen zu Zwerin, in cauſa appellationis deß Biſchoffs zu Cammin ſuper limitibus. Anno 1260, idus Januarii.

Clandrianſche Regeſte im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Liſch, Mekl. Urk. III S. 102 Nr. 48; Mekl. Urk.-Buch II S. 142 Nr. 853.

671.

1260 März 6. (II nonas Marcii) Malechin.

Hermann, Bischof zu Camin, bezeugt, daß, nachdem der Grenzstreit zwischen den Diöcesen Camin und Schwerin durch die Bischöfe Wilhelm und Dietrich bereits beigelegt worden, er nunmehr auch das Dorf Rittermannshagen und die Pfarre Mertensdorf dem Bisthum Schwerin überläßt.

Hermannus dei gracia episcopus Caminensis omnibus presentem litteram inspecturis salutem in omnium saluatore. Quamuis questio super limitibus et terris episcopatus nostri et Zuerinensis iam dudum per venerabiles patres Theodericum quondam Zuerinensem episcopum et Wilhelmum predecessorem nostrum per amicabilem composicionem sopita fuisset, prout in priuilegiis hincinde confectis plenius continetur, tamen quia de indagine Ridermanshagen et de tota parrochia Mertinsdorp ad terram Malichowe et Ridermanshagen ad terram Zlone pertineat, eas ecclesie Zverinensi de consensu capituli nostri, prout sigillum [mi]nus [ap]pensum protestatur, recongnoscimus absolute. Datum Malechin anno domini M°C°C° sexagesimo, II nonas Marcii.

Siegel vom Pergamentstreifen abgerissen.

Original im Großherz. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden III S. 104 Nr. 50; Mekl. Urk.-Buch II S. 144 Nr. 857.

672.

1260 März 6. (pridie nonas Marcii) Malchin.

Bischof Hermann und das Domcapitel zu Camin bezeugen, daß nach dem Ausspruch der Schiedsrichter, des Abtes zu Dargun, des Probstes zu Berchen, des Probstes und des Scholasticus zu Schwerin, das Dorf Rittermannshagen und die Parochie Mertensdorf zum Bisthum Schwerin gehören soll; zugleich bestätigen sie den zwischen den Bischöfen Wilhelm zu Camin und Dietrich zu Schwerin geschlossenen Vergleich über ihre Grenzen.

Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, Lampertus[1]) N. decanus eiusque ecclesie totum capitulum omnibus presentem(!) inspecturis, salutem in Christo Jhesu. Sopita materia questionis per uenerabilem patrem abbatem de Dargin et uiros honorabiles prepositum de Verchen, prepositum et scholasticum Zuerinensem per amicabilem composicionem, que inter nos ex una parte et episcopum Zuerinensem ex altera interuenit, taliter extitit concordatum, ut uilla Ridermanneshagen cum tota parrochia Mertinesdorpe ad diocesin pertineat Zuerinensem. Composicionem ipsam et eam, que olim per uenerabiles patres nostros Wilhelmum et Theodericum Caminense[m] et Zuerinense[m] olim episcopos et ratificacione capitulorum utriusque ecclesie facta fuerant, gratas et ratas habere uolumus et sub fidei religione promittimus nostris et futuris temporibus inuiolabilem obseruare, renunciantes expresse omnibus litteris hinc inde a sede apostolica impetratis super questione eadem et processibus habitis per eosdem. Datum Malchin anno domini M°C°CLX, pridie nonas Marcii.

Abschrift aus dem Ende des 16. Jahrh. im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden III S. 104 Nr. 49; Meklenb. Urk.-Buch II S. 145 Nr. 858.

[1]) Wahrscheinlich ist zu lesen Lampertus prepositus, N. decanus.

673.

1260 März 7. (nonas Marcii) in Colbergh.

Der Rath der Stadt Colberg bezeugt, daß das Kapitel daselbst einen Salzkothen mit vier Salzpfannen an die Brüder Ludwig, Johann, Herbord und Herden von Wida gegen eine jährliche Abgabe von 48 Tonnen Salz übertragen hat, ersteres jedoch sich das Vorkaufsrecht vorbehält.

Omnibus presens scriptum intuentibus consules ciuitatis Colbergensis salutem in omnium saluatore. Cum mundane varietatis cursus ambiguus sit et in sui varietate nichil habeat cercius quam quod ea que geruntur scripto diligencius commendentur, hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod capitulum Colbergensis ecclesie tugurium quatuor sartaginum in monte salis, quod ad eorum prebendas dinoscitur pertinere, germanis de Wida Lodevico, Johanni, Herbordo et Herden ciuibus Colbergensibus ad edificandum contulerunt et donauerunt de communi consilio et consensu, ita tamen quod ipsi et eorum heredes ab eis legitime descendentes eis et eorum successoribus quadraginta et octo ligaturas salis reddant, quandocunque infra natiuitatem beati Johannis baptiste et diem beati Jacobi fuerint requisite, et si quod absit predictum tugurium concrematum fuerit, iam dicti fratres de Wida et eorum heredes reedificabunt. Si vero necessitas compulerit, libere vendent, dummodo principaliter exhibeant ad emendum capitulo et statutum censum exsolui faciant sicut tenentur. Ut autem hec donacio ipsis rata permaneat et incommutabilis perseueret, presens scriptum sigilli nostri munimine consignatum dicto capitulo Colbergensis ecclesie erogamus. Testes[1]) huius contractus sunt Hermannus de Werben, Hinricus Halup, Dethmarus de Wolin, Bernardus de Gnoyen, Widekindus, Hinricus Juticz, Johannes de Camyn, Ludolphus de Tremonia, Jacobus de Camyn, Johannes pistor, Petrus Warateri, Petrus de Lubeke, ciues in Colbergh et alii quam plures. Datum in Colbergh anno gracie M°.CC°. sexagesimo, nonas Marcii.

Bibliotb. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matr. S. 80.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 430 Nr. 317.

674.

1260 März 7. (nonas Marcii) in Colbergh.

Der Rath der Stadt Colberg bezeugt, daß das Kapitel daselbst einen Salzkothen an den Colberger Bürger Siegfried Faber gegen eine jährliche Abgabe von 24 Tonnen Salz verliehen habe.

Omnibus presens scriptum intuentibus consules ciuitatis Colbergensis salutem in omnium salutore. Cum mundane varietatis cursus ambiguus sit et in sui varietate nichil habeat cercius propter labilem hominum memoriam, quam quod ea que geruntur scripto diligencius commendentur, hinc est, quod notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod capitulum Colbergensis ecclesie tugurium in monte salis, quod ad eorum prebendas dinoscitur pertinere, Cyfrido Fabro ciui Colbergensi ad edificandum contulerunt et donarunt de communi consilio et consensu, ita tamen quod ipse et sui heredes ab eo legitime descendentes eis et eorum successoribus viginti quatuor ligaturas salis reddant annis singulis et exsoluant, quandocunque infra natiuitatem beati Johannis baptiste et diem beati Jacobi fuerint requisite, et si quod absit predictum tugurium concrematum fuerit, iam dictus Cyfridus Faber

[1]) Wegen der Zeugenreihe vgl. No. 674. 675.

suique heredes reedificabunt. Ut autem hec donacio rata sibi permaneat et incommutabilis perseueret, presens scriptum sigilli nostri munimine consignatum dicto capitulo Colbergensis ecclesie erogamus. Testes huius contractus sunt Hermannus de Werben, Hinricus Halup, Dettmarus de Wolin, Johannes de Camyn, Wydekinus, Jacobus de Camyn, Ludolfus de Tremonia, Hinricus Luciz, Johannes de Vyda, Bernardus de Gnoyen, Petrus Varalt, ciues in Colbergh et alii quam plures. Datum in Colbergh anno gracie M°.CC°.LX°. nonas Marcii.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matrikel S. 73.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 432 Nr. 319.

675.

1260 März 7. (nonas Marcii) in Colbergh.

Der Rath der Stadt Colberg bezeugt, daß das Kapitel daselbst dem Bürger Emmelrich einen Salzkothen zu vier Pfannen gegen eine jährliche Abgabe von 24 Tonnen Salz verliehen hat, sich aber das Vorkaufs-Recht vorbehält.

Omnibus presens scriptum intuentibus consules ciuitatis Colbergensis salutem in omnium saluatore. Cum mundane varietatis cursus ambiguus sit et in sui varietate nichil habeat cercius quam quod ea que geruntur scripto diligencius commendentur, hinc est, quod notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod capitulum Colbergensis ecclesie tugurium quatuor sartaginum in monte salis, quod ad eorum prebendas dinoscitur pertinere, Emmelrico ciui Colbergensi ad edificandum contulerunt et donauerunt de communi consilio et consensu, ita tamen quod ipse et sui heredes ab eo legitime descendentes eis et eorum successoribus viginti quatuor ligaturas salis reddant annis singulis et exsoluant, quandocunque infra natiuitatem beati Johannis baptiste et diem beati Jacobi fuerint requisite. Et si quod absit predictum tugurium concrematum fuerit, iam dictus Emmelricus suique heredes reedificabunt. Si vero necessitas compulerit, libere vendant dummodo principaliter capitulo exhibeant ad emendum et statutum censum exsolui faciant sicut tenentur. Vt autem hec donacio rata sibi permaneat et incommutabilis perseueret, presens scriptum sigilli nostri munimine consignatum dicto capitulo Colbergensis ecclesie erogamus. Testes hujus contractus sunt Hermannus de Werben, Hinricus Halup, Dethmarus de Wolin, Bernardus de Gnoyen, Wydekinus, Hinricus Juticz, Johannes de Camyn, Ludolphus de Tremonia, Jacobus de Camyn, Johannes de Wida, Petrus Warateri, Petrus de Lubeke ciues in Colbergh et alii quam plures. Datum in Colbergh anno gracie M°.CC°. sexagesimo, nonas Marcii.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matr. S. 79.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 434 Nr. 321.

676.

1260[1]) März 8. (VIII idus Martii) in Demyn.

Herzog Wartislaw III. bestätigt dem Kloster Dargun zwei Hufen im Dorfe Drönnewitz, welche der Ritter Johann von Walsleben bei Gelegenheit einer von ihm angetretenen Wallfahrt geschenkt hatte.

Wartislaus, dei gratia dux Demynensis, omnibus praesentem paginam inspecturis salutem in domino. Dignum est et rationi consentaneum, ut ea, quae coram prudentibus gesta

[1]) Wegen der Datirung vergl. die Ausführungen im Meklenburgischen Urkundenbuch. Hierzu nur noch die Bemerkung, daß Wartislaw III. bereits am 17. Mai 1264 verstorben ist.

noscuntur, testibus et literis aeternentur, ne veritatem deperire contingat iniusta machinatione malignantium circumuentam. Quapropter nouerint vniuersi, quod dilectus noster dominus Johannes de Walesleue viam peregrinationis expediens duos mansos in Droneuitz claustro Dargun coram nobis et nostris militibus contulit, nostro mediante consensu, pro suorum indulgentia peccatorum. Nos ergo volentes opus pietatis nostre largitatis benignitate perficere, iam dicto cenobio, quod vnius supradictorum mansorum poprietate[m] de nostra perceperat gratia, alterius nihilominus mansi poprietatem contulimus, astantibus subnotatis. Testes sunt hii: dominus Albertus de Vrenym,[1]) Heinricus Vrsus, Johannes de Penitz et alii quam plures. Datum in Demyn anno gratiae millesimo ducentesimo sexagimo, octauo idus Martii. Vt autem huius rei euidentia posterorumque memorie tenatius commendetur, praesens super ea scriptum porrigimus sigilli nostri appensione more solito roboratum. Praedictos mansos sicut alia bona sua in nostro dominio possidebunt.

Abschrift in der Matricula privilegiorum ciuitatis Demynn. Nr. 51 im Stadt-Archiv zu Demmin.

Gedruckt in Ungnaden, Amoenitates etc. S. 1003; Vogell, Geschlechtsgeschichte der Herrn von Behr II S. 13 Nr. 8; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 68 Nr. 43; Mekl. Urk.-Buch II S. 148 Nr. 860.

677.

1260 März 8. (VIII idus Martii) in Dymin.

Herzog Wartislaw III. von Pommern schenkt dem Kloster Dargun das Dorf Pribbenow und beschreibt dessen Grenzen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wartizlaus dei gratia dux Pomeranorum et Dyminensium omnibus hanc paginam inspecturis salutem in uero salutari. Quoniam rerum gestarum ordinatio per reuolutionem temporum a memoria labitur hominum, dignum est ut per scriptum ad memoriam reducatur. Hinc est igitur, quod tam presentibus quam futuris scripto declaramus, quod uillam Pribegnev claustro Dargun cum omni iure nostro dedimus, ab aduocatia uidelicet, ab urbium edificatione, a pontium positione, ab expeditione liberam, cum subscriptis terminis, de cetero nichil nisi dei remunerationem prouide expectantes. Sciant igitur uniuersi predicte uille terminos sic haberi: incipiunt in stagno Rathenowe, ubi rubus incipit, per directum transiens ad paludem, iuxta quam tres quercus pro terminorum distinctione notate habentur signo crucis, nichilominus et ab hoc loco flectuntur ad alterum, qui in uulgari Lisekamere nuncupatur; abhinc uero descendentes tendunt ad pontem, qui Bolbruc dicitur; ubi de Stowenhachen et Glolessowe (!) conterminare termini dinoscuntur. Si quis uero huic nostre donationi aut istorum terminorum distinctioni instinctu dyaboli aut iniquorum hominum subdola sugestione refragari conatus fuerit, eius partem puteum ponimus abyssi. Huius rei testes sunt venerabilis dominus Hermannus Caminensis ecclesie episcopus necnon et reuerendus dominus Hinricus abbas Dargunensis, dominus Burchardus prepositus de Virchene, dominus Johannes prior Dargunensis, dominus Albertus celerarius ibidem, dominus Andreas plebanus Dyminensis, dominus Walrauenus plebanus de Trebethowe, dominus Hinricus de Calowe, dominus Gerrardus plebanus de Stovenhachen; milites uero dominus Bernardus Mel, dominus Hinricus Ursus, dominus Bertholdus Thuringus, dominus Johannes de Penithze, dominus Wernerus de Palude, dominus Olricus Saxo et alii quam

[1]) Lisch vermuthet Vznam, (vielleicht Vznoym).

plures. Datum in Dymin anno gratie M.CC.LX.VIII idus Martii, per manus magistri Johannis notarii nostri.

Siegel an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 149 Nr. 861.

678.

1260 März 22. (21.) (sequenti die Benedicti, sexto calenda[rum][1]) Aprilis) Stettin.

Herzog Barnim I. überträgt den Brüdern Heinrich und Goswin von Bagmihl den Besitz der unteren Mühle bei Jasenitz, auch für den Fall, daß er Jasenitz selbst vergeben würde.

Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis presentem literam inspecturis salutem in perpetuum. Insignis veterum ac predecessorum nostrorum industria firmiter ordinauit et statuit, ut ea quae a nobis rite aguntur, ne per lapsum temporis currant in obliuionem, scriptis et dictis testium firmiter perhennentur. Hinc est quod scire volumus uniuersis, quod nos Henrico de Bagemile et Gotzuino fratri suo iure feodali contulimus et porreximus molendinum inferius super Jasenitz adiacentes (!) ut ex vtraque parte litoris possit deducere et accipere terram, lapides, ligna ad reficiendum et praeparandum (!) damnum predicti molendini. Volumus eciam ut in aquis affluentibus a molendino superiori eisdem nemo per aedificationem uel obstructionem aquarum impedimentum faciat uel iacturam, volentes ut ad praedicti molendini aedificationem ligna libere incidant et deducant, statuentes preterea ut si nos uendere uel iure feodali conferre contingerit villam Jaseniz, in plena libertate possideant sine omni impedimento pacti uel solutionis consensus idem molendinum sicut libere a nobis possederunt libere possideant et gaudeant pace haeredum nostrorum. Insuper damus eisdem licentiam ut fossatum faciant de Odera in pedem molendini per quem ascensum faciat et descensum. Ne igitur super eo dubium possit oriri, praesens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Stettin sequenti die Benedicti, sexto calenda[rum] Aprilis anno gracie 1260.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (pag. 32) fol. 18 Nr. 42.

Gedruckt bei Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 435 Nr. 322.

679.

1260 Juni 30. (pridie kal. Julii) Cozwic.

Das Domkapitel zu Coswig in Anhalt bezeugt, daß ihm der Ritter Godekin von Schmagerow sein Dorf Luckow mit 64 Hufen zu Lehen aufgetragen, vorbehaltlich der Nutznießung des ganzen Dorfs bei seinen Lebzeiten für sich und des halben nach seinem Tode für seine Frau und Kinder, und nimmt den Ritter mit seiner Familie in die Coswiger Fraternität auf.

M. dei gratia prepositus ecclesie sancte Marie in Cozwic, decanus, totumque eiusdem ecclesie capitulum, vniuersis Christi fidelibus presentium auditoribus litterarum in Jhesu

[1]) Die Matrikel schreibt allerdings sexto calendas Aprilis, doch würde diese Datierung den 27. März ergeben. Vorzuziehen ist daher sexto calendarum Aprilis, welches als 21. März besser mit sequenti die Benedicti (22. März) sich vereinigen läßt.

salutore salutem. Nouerint uniuersi tam futuri quam presentes, quod Godekinus, dictus de Smogerowe, aduocatus de Piriz, a nobis pariter et a nostra tenet ecclesia feodali iure sexaginta mansos et quatuor adiacente villa Slauica que Lucowe nominatur, que bona idem Godekinus cum paruulis et uxore tenebit a nobis iure feodali cum adiacentia et aliis iuribus temporibus uite sue. Ipso vero milite decedente medietas ville prefate cedit cum omni iure directe ecclesie antedicte, residua parte manente paruulis et vxore(!); omnibus vero decedentibus villa tota cum omnibus iuribus libere cedit ecclesie memorate. Hec autem omnia sepefatus miles nostre ecclesie sub forma predicta in perpetuum ordinauit, ut fraternitatem in nostra iugiter obtineat ecclesia cum paruulis et uxore et anima filii sui Petri et anime progenitorum suorum familie quoque sue et sua nobiscum orationum suffragia perpetim sortiantur, quas eis conferimus nunc et semper domino coiuuante sub presentium testimonio litterarum. Datum Cozwic anno millesimo ducentesimo sexagesimo, pridie kal. Julii.

Beschädigtes Siegel an roth- und gelbseidener Schnur.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Allgem. Geistl. Urk. Nr. 10

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 440 Nr. 328.

680.

1260 Juli 15. (in diuisione beatorum apostolorum) in Zelowe.

Herzog Barnim schenkt dem Kloster Usedom das Dorf Catschow mit dem angrenzenden Felde Noratike.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus presentem paginam intuentibus in perpetuum. Acta principum festinanter irent in obliuionem, nisi uoce testium et scripti memoria firmarentur. Innotescat igitur presentibus et futuris, quod nos ecclesie sancte Marie in Grobe, domino Wiardo abbati ceterisque confratribus suis in eadem ecclesia Christo deuote nocte dieque famulantibus pro remissione nostrorum peccaminum eternique regis misericordia consequenda, attendentes etiam benefacta nobis ab ipsis sepius impensa villam Katsecowe et campum adiacentem Noratike, cum terminis, decimis, cum proprietate et omni iure, quo a nobis cetera eorum tenent bona, donauimus et porreximus eorem vsui perpetuo feliciter possidendam. Ne autem huic donationi in posterum aliqua nouercari possit calumpnia, presentem ipsis scribi fecimus litteram sigilli nostri munimine roboratam. Huius donationis testes sunt Theodericus prepositus de Colberge, Conradus plebanus de Gartze, Vrowinus, Roderus, Gerardus de Sz[w]erin,[1]) Zabel prefectus de Maydeburgh camerarius de Hildensem, Johannes de Bruzevizt milites et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subarrata. Acta sunt hec publice in Zelowe anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo. Datum ibidem in diuisione beatorum apostolorum per manum Johannis de Parchim notarii nostri.

Siegel von der Hanfschnur abgefallen.

Original (alte Abschrift) im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 23; Original-Transs. vom 13. Juni 1317 s. r. Pudagla Nr. 83; Pudaglaer Matr. (p. 73) fol. 20ᵛ (XVI. D); Transs. von 1317 fol. 34 (XXX. A); vergl. Klempzens Extract fol. 114ᵛ.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 437 Nr. 326.

[1]) Im Original Szerin.

681.

[1260][1] Juli 23. (die crastino beate Marie Magdalene).

Die Rathmannen zu Greifswald erklären sich denen zu Lübeck und Wismar gegenüber bereit, zu der wegen Rostocker Angelegenheiten auf den 29. Juli anberaumten Tagfahrt in Bukow zu erscheinen.

Dominis prouidis et consultis, consulibus ciuitatum Lubeke et Wismarie, consules Gripeswoldenses honoris et servitii quantum possunt. Sciat vestra commendabilis prouidentia, quod pro causa ciuium amotorum de Rozstock terminanda in octava beate Marie Magdalene in nouo opido Bukow uobis libenter uenire volumus in occursum, volentes pro eis et communi iustitia libenter facere omnia, que possumus bona fide. Datum die crastino beate Marie Magdalene.

Das aufgedruckt gewesene Siegel fast ganz abgesprungen.

Original auf der Trese zu Lübeck.

Gedruckt im Cod. dipl. Lub. I Nr. 222 S. 204; Mekl. Urk.-Buch II S. 158 Nr. 874.

682.

1260 Juli 25. (octauo kalendas Augusti) in Dame.

Herzog Barnim I. schenkt der S. Nikolaus-Kirche zu Damm mit Zustimmung des Abtes zu Colbatz acht im Stadtgebiete belegene Hufen.

Barnym dei gratia dux Slauorum presentem paginam intuentibus in perpetuum. Acta principum festinanter irent in obliuionem, nisi voce testium ac scripti memoria firmarentur. Innotescat igitur tam presentibus quam posteris, quod nos pro remissione nostrorum peccaminum eternique regis misericordia consequenda ecclesie beati Nicolai pontificis in Dam de consensu domini abbatis tociusque conuentus ecclesie sancte Marie in Colbaz octo mansos in districtu uel terminis eiusdem ciuitatis cum omni iure solempniter donauimus usui sacerdotis eiusdem ecclesie illos assignantes in perpetuum feliciter possidendos. Ne autem huic nostre donacioni aliqua in posterum possit nouercari calumpnia, presentem paginam inde confectam conscribi iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes donacionis sunt magister Heydenricus de Lostowe canonicus Magdeburgensis camerarius de Hildensem, Wenzko, Godefridus aduocatus de Pyritz, Johannes de Klynt, Rodolfus de Cedelyn et alii quam plures, quorum nomina non sunt hic subarata. Datum in Dame per manum Johannis de Parchem notarii nostri anno domini M°.CC°. sexagesimo octauo kalendas Augusti.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel Nr. 15 fol. 6v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 440 Nr. 329.

---

[1] Das Lübeckische Urkunden-Buch hat dies Schreiben zum Jahre 1255 gesetzt. Ich schließe mich den Ausführungen des Meklenburgischen Urkundenbuches an.

683.

1260 August 20. (XIII. kal. Septembris) in Schaprode.

Fürst Jaromar von Rügen sichert den Lübeckern freies Geleit in seinen Landen zu.

Jaromarus dei gracia princeps Rvianorum vniuersaliter omnibus Lubeke inhabitantibus salutem in uero salutari. Notificamus uobis litteras per presentes, quod nos uobis ad partes nostras ueniendi et redeundi, tam in captura piscium quam in aliis temporibus, ducatum firmum concedimus et securum. Vt igitur de nobis pleniorem habeatis confidentiam, in ueritatis testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine precepimus roborari. Datum in Schaprode, anno domini M°.CC°LX° XIII kal. Septembris.

Siegel mit Pergamentstreifen abgerissen.

Original im Stadt-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 73b; Cod. dipl. Lub. I S. 231 Nr. 251.

684.

1260 September 27. (in die beatorum Cosme et Damiani) in villa Wolin.

Bischof Hermann zu Camin bezeugt, daß er das Dorf Klockow dem Markgrafen Johann von Brandenburg gegen die Dörfer Menthin und Wolschow eingeräumt habe.

Nos Hermannus, dei gratia Caminensis ecclesie episcopus, recognoscimus simpliciter et literis presentibus publice protestamur, quod nos illustri Johanni marchioni Brandenburgensi villam Clokowe cum suis terminis, sicut ipsam vsque ad hec tempora possedimus, dimisimus et dedimus cum omni iuris plenitudine perpetuo possidendam, et super ea approbationem nostri capituli dicto marchioni procurabimus et consensum. In huius igitur ville restaurum idem dominus marchio villas Menthin et Wolsechowe cum omni iuris plenitudine dedit nobis et nostris successoribus, cum eorumdem terminis nunc habitis perpetuo possidendas. In cuius rei testimonium presentes sibi dari iussimus literas sigilli nostri munimine roboratas, presentibus Johanne de Gransowe et Johanne de Stolp prepositis, comite H. de Kyrchberg, Gerhardo de Kirchowe, H. de Stegelitz, Alberone marscalco, Gerhardo de Valkinberge, Engelkino de Bellinge, Ottone de Belin et aliis quam pluribus. Acta sunt hec in villa Wolin, anno domini M°.CC°.LX° in die beatorum Cosme et Damiani.

Nach dem Copialbuche des Königl. Geh. Staats-Archivs zu Berlin: Cod. Asc. 4 in quarto fol. 34.

Gedruckt in Gercken, Cod. Brand. I 198; Riedel: Cod. dipl. Brand II. 1. S. 68 Nr. 93.

685.

1260 November 11. (in die beati Martini) in Lypa.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Usedom den Zehnten aus dem Dorfe Bossin.

Barnym dei gratia dux Slauorum vniuersis presens scriptum intuentibus in perpetuum. Acta principum festinanter irent in obliuionem, nisi voce testium uel scripti memoria

firmarentur. Nouerint idcirco presentes et futuri, quod dilecto nobis domino Wiardo abbati et conuentui in Grob integram decimam ville Bussino contulimus perpetuo possidendam. In cuius facti testimonium presens scriptum ipsis donauimus sigilli nostri robore confirmatum. Huius donacionis testes sunt Hecbertus camerarius de Hyldensem, Venzco, Heinricus Munt, Rodolfus Scedelin milites et alii quam plures, quorum hic nomina non sunt subarrata. Acta sunt hec buplice in Lypa anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo. Datum ibidem in die beati Martini per manum Johannis de Parchum notarii nostri.

Siegel von der Hanfschnur abgefallen.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 24; Orig.-Transs. vom 13. Juni 1317 s. r. Pudagla Nr. 81; Pudaglaer Matr. (p. 72) fol. 20v (XVI. C); Transs. vom 13. Juni 1317 fol. 28 (XXIIII. B); vergl. Klempzens Extract fol. 112.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 437 Nr. 325.

686.

1260 November 13. (idus Novembris).

Godekin von Schmagerow, Vogt zu Pyritz, bekundet, daß er auf Befehl des Herzogs Barnim I. von Pommern 150 Hufen Landes am Flusse Minzel dem Collegialstift zu Coswig habe ausmessen lassen.

G[odekinus][1]) advocatus de Piriz, dictus de Zmogorow, omnibus hanc litteram inspecturis in Jhesu salvatore salutem. Noverint tam presentes quam futuri, quod nos ex iussu domini Barnim illustris principis ducis Sclavorum, feria VIta et die sabbati post Katerine mansos CL et plures ecclesie gloriose beate virginis in Cozwik propria persona fecimus mensurari infra terminos VII taliter nominatos: Reniz, a Reniz usque Zartoren, a Zartoren usque Velzostrii, a Velzostrei usque ad fluvium Mizle, a Mizle usque Liztome, a Liztome usque Cameniraz, a Cameniraz usque Lave. Testes huius facti sunt viri venerabiles et discreti Johannes plebanus sancti Petri in Stetin, frater Johannes de Gramcew, frater Johannes magister curie de Soldin, Hermannus miles de Granssove, Henricus miles de Anger, Bertoldus de Horst, Herdewicus de Conov, Johannes Venator de Noro Foro, Johannes de Blankenborch, Henricus Ztruz, Vromoldus, Johannes de L[e]tenin, Tydericus et Johannes fratres de Niecop, Sifridus Geile, Tydericus Jore, Gobele, Tydericus de Grabowe, Petrus Babiz, Henricus de Piriz. Et ne super hoc cuiquam dubium in posterum oriatur, hoc scriptum sigilli plebani iam prefati et nostro fecimus roborari. Anno domini M°CC°LX° idus Novembris.

Die Siegel sind abgeschnitten.

Original im Herzogl. Haus- und Staats-Archiv zu Zerbst; Abschrift im Coswiger Copialbuch, aber fast ohne alle Zeugen.

Gedruckt in Beckmann, Historie des Fürstenth. Anhalt I. 317; O. v. Heinemann: Codex dipl. Anhalt. II S. 193.

---

[1]) Das Original hat nur G.

687.

1260.

Barnim I., Herzog von Pommern, gründet die Stadt Pölitz, überweist ihr 68 Hufen, von denen vier dem Pfarrer und vier dem Präfekten der Stadt zustehen sollen, freie Fischerei eine Meile flußauf- und abwärts, die Wiesen Wopak und Yno, die Gefälle von Ueberfahrt und Fleischbänken, freie Mast in den fürstlichen Wäldern, dasselbe Recht wie es in Stettin gebräuchlich, und Zollfreiheit, giebt dem Präfekten der Stadt einen Steinzug und ein Wehr, desgleichen eine Mühle auf der Jasenitz, behält sich aber von weiter anzulegenden Mühlen die Hälfte der Gefälle vor.

Bernym dei gratia dux Slauorum omnibus presentem paginam intuentibns inperpetuum. Acta principum festinanter irent in obliuionem, nisi scripti memoria vel voce testium firmarentur. Innotesca[n]t[1]) igitur presentes et futuri, quod nos viris honorabilibus et discretis prefecto ceterisque burgensibus in Politz morari volentibus ad ciuitatem ibidem possidendam et inhabitandam septuaginta mansos duobus minus cum virgultis, arbustis et nemoribus infraiacentibus porreximus perhenniter possidendas, de quibus quatuor mansi libere cum omni jure cedent ecclesie socerdoti et quatuor prefecto cum jure possessionis, quod theotunice besittinghe nuncupatur. Terminum vero, qui dicitur marckschedinghe, habent ab antiquo Duchowe vsque ad magnam quercum aput pontem, qui dicitur Cohegherbrügghe. Preterea piscaturam liberam ex vtraque parte ciuitatis per vnum miliare ascendendo et aliud descendendo, in qua libere piscari poterunt cum hamis, sportis, retibus et minutis eorum vsui secundum quod eis conueniens et vtile fuerit adaptare. Item insulam ante ciuitatem cum prato Wopak et prato, quod Yno vocatur, ipsis ad vtilitatem porreximus et ad pascua eorum pecoribus et jumentis. Item si euenerit, quod in passagium, quod teutunice ouervarth dicitur, fieri poterit et si theatrum cum macellis edificauerint, naulum vel census inde proueniens non nobis soluet, sed vsui ciuitatis. Preterea in siluas nostras ad pascendos suos porcos libere intrabunt, in quibus eciam ligna secare poterunt ad domos eorum et ad edificia construenda. Jure eciam quo Stetin et alie ciuitates nostre vtuntur, ipsi libere sine aliqua calumpnia perfruentur, et ab omni theolonio liberi terram nostram cum ceteris burgensibus nostris pertransibunt. Prefectus eciam in aqua supradicta vnum steyntoch et vnam clausuram, que were dicitur, edificabit, vnum quoque molendinum in aqua Yasenitze edificare poterit, quod ad suam sibi porreximus vtilitatem. Et si plura molendina in terminis circumquaque iacentibus construxerit, nobis medietas prouentuum et altera medietas sibi soluet. Ne autem huic solemni dono aliqua inposterum possit nouercari calumpnia, presentem eis contulimus paginam sigilli nostri robore confirmatam. Huius donationis testes sunt Gothfridus aduocatus de Piritz, Liborius et Johannes de Brunswick, milites, Gobole marschalcus, Godeke aduocatus de Stettin, Berardus, Ludolphus, Theodericus et Johannes de Vredelitate[1]) burgenses in Politz et quamplures alii fidedigni. Actum Pulitz anno domini M°CC°LX°.

Beglaub. Abschrift im „Copialbuch der Stadt Stettin Priuilegien" im Stadt-Archiv zu Stettin s. r. Tit. I. Sect. I. ad No. I. fol. 17ʳ; Auszug im Grenzbuch von 1567 ebendas. s. r. Tit. XII. Sect. 7 Nr. 20 fol. 33.

---

[1]) Die Abschrift hat innotescat.

688.

1260 Dimin.

Hermann, Bischof zu Camin, schenkt auf Bitten des Johann Voß dem Kloster Dargun den Zehnten des Dorfes Pribbenow.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus in perpetuum. Pastoralis cure dignitas exigit et requirit, ut in rebus ecclesiarum nostre dyocesis omni qua possumus diligencia solliciti simus et parati, illud summopere attendentes, quod aput domesticos fidei et caritatis ministros uera pietatis et deuotionis opera iugiter est exercenda. Vnde, cum dilectus amicus noster dominus W. dux Dyminensis ex affectu caritatis pro spe salutis ac retributionis eterne villam que publico nomine Pripignewe nuncupatur, cum omni iure ac proprietate contulerit monasterio Dargun in honore virginis ac matris Marie, nos etiam ex iniuncto officio pastorali assumptis excubiis super vigilias gregis dei, ad instanciam Johannis Wulpis militis de Stouenhagen decimam eiusdem ville Pripignewen, que ad nos dinoscitur pertinere, predicto monasterio relinquimus iugiter cum omni iure nostro possidendam, et quantum proprietatis ad nos spectat, conferimus loco antedicto. Ne igitur super hoc facto in posterum questio dubietatis possit oriri, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec his presentibus: Burchardo preposito de Verchen, . . preposito de Juenach, Ludolfo Dusero, Vlrico marscalco, Alexandro, Widekindo, Ribone et aliis. Datum Dimin, anno gracie M.CC.LX. pontificatus nostri anno VI per manum Hinrici de Kalowe.

Siegel an weiß- und rothseidener Schnur.

Original im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 149 Nr. 862.

689.

1260 Camin.

Herzog Wartislaw III. schenkt dem Nonnenkloster vor Stettin sechs Mark jährlicher Einkünfte aus dem Häringsfange.

In nomine domini amen. Wartislaus dei gracia dux Deminensis omnibus hoc scriptum visuris salutem in dei filio. Quoniam antiquitas mater est obliuionis, obliuio vero lumen veritatis penitus exstinguere consueuit, ea quae geruntur in tempore ne labantur cum lapsu temporis, solent poni in lingua testium et scripturae memoria perhennari. Quapropter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ob remissionem nostrorum peccaminum intuituque diuinae remunerationis claustro sanctimonialium in Stettin ad releuandam earundem inopiam in littore maris de captura allecis sex marcas denariorum singulis annis duximus assignandas. Vt autem haec nostra donatio semper maneat inconuulsa, nullique super his in posterum dubietas oriatur, praesentem paginam sigilli nostri munimine duximus

---

[1]) Oder Vrodelitate zu lesen.

roborari, adijciendo testimonium dilectorum nostrorum quorum nomina sunt haec: Hinricus, Besparus miles camerarius noster et Tesseno frater suus, Bertholdus aduocatus noster, Jacobus de Trebetowe burgensis noster in Gripeswalde et alii quam plures. Datum Camin anno dominicae incarnationis M.CC.LX. per manus Joannis notarii, cuius eciam testimonium inuocamus.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 35) fol. VII' Nr. 11; fol. 20 Nr. 44; vergl. Klempzens Extract fol. 290, 293.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 426 Nr. 313.

690.

1260 in Camin.

Herzog Wartislaw III. überträgt dem Kloster Belbuck das Anfallsrecht auf das Dorf Carow, welches er mit 100 Hufen und allem Rechte, ausgenommen die Fischerei, von demselben auf Lebzeiten zu Lehen erhalten hatte.

Wartizslauus dei gracia dux Diminensis vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Cum effrenis cupiditas tanto diffusius consueuerit serpere, quanto indulgentius quod intendit dimittitur perpetrare, congruum est et nostrae suluti consentaneum, eius conatus pestiferos restinguere ac seminarium iniquitatis literali munimine coartare. Hinc est quod matrem litium quo ad nos et successores nostros sterilem fore uolentes, innotescere cupimus tam praesentibus quam futuris, quod villam Carowe cum centum mansis quam venerabilis pater abbas de Belboch Premonstratensis ordinis nobis quoad uixerimus dinoscitur contulisse, tali uidelicet conditione, quod eam nullo modo aliis porrigere uel infeodare debemus, sibi suisue successoribus per omnia piscandi iure retento, cumque nos uocatione diuina uiam vniuerse carnis ingredi contigerit dictam villam cum impensis et omnibus inpendendis cum pascuis, syluis, pratis, riuis, paludibus, stagnis, cum inferioribus superioribus ingressibus et egressibus et omnibus aliis pertinentiis ad dictum abbatem et eius successores deuolui uolumus pleno iure ipsis perpetuo possidendam. Ne uero quisquam successorum nostrorum sub ignorantiae velamine istud factum infestare seu irritare ualeat, presentes literas nostri inpensione sigilli fecimus perhennari. Datum in Camin anne domini M.CC. sexagesimo.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matr. (p. 29) fol. 16' Nr. 16.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 430 Nr. 316.

691.

1260 Vileminiz.

Fürst Jaromar von Rügen schließt ein Abkommen mit Herzog Wartislaw III., daß dessen an der Rügischen Küste Schiffbruch leidenden Unterthanen von jeglicher Belästigung ihrer Person und Habe frei sein sollen.

Jaromarus dei gratia Ruyanorum princeps omnibus hanc literam inspecturis salutem in domino Jhesu Christo. Nosse volumus vniuersis, nos dilecti consangwinei nostri domini

Warzlaui ducis Dyminensis tractatibus nobiscum specialiter habitis taliter consensisse, quo vtriusque nostrum paci ac tranquillitati salubrius caueatur, vt si quos eiusdem domini Warzlai homines sinistro fortune impetu nauibus appulsis naufragium pati contigerit in nostre terminis potestatis, ab omni exactione et molestia tam in rebus quam personis liberi sint penitus et exempti. In cuius testimonium presentem paginam bulla nostra fecimus roborari. Datum Vileminiz anno domini M.CC.LX.

Memorabilien-Buch (St. G. Nr. 1 fol. 49) im Stadt-Archiv zu Greifswald.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibl. III 407 Nr. 4; Fabricius II 73.

692.

1260 Gripeswalde.

Herzog Wartislaw III. schließt ein Abkommen mit Fürst Jaromar von Rügen, daß dessen Unterthanen, welche an seiner Küste Schiffbruch leiden, frei sein sollen von jeglicher Belästigung ihrer Person und ihres Eigenthums.

Wartislaus dei gratia dux Deminensis omnibus Christi fidelibus hoc scriptum intuentibus salutem in eo, a quo progreditur omnis salus. Quos speciali amplectimur dilectione, specialiter illos tenemur et volumus in suis negociis promouere. Quapropter notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod nos pro remedio nostrorum peccaminum et pro eterna retributione, quia nichil boni ab eterno iudice irremuneratum, omnibus hominibus dilecti consanguinei nostri domini Jaromari principis Ruianorum hanc contulimus libertatem, vt quicunque ex ipsis diuina sic prouidencia disponente in confinio terre nostre naufragium passi fuerint, ne dolor super dolorem uulnerum hiis addatur, ipsos et bona siue res ipsorum ab omnibus quietamus et in nostram protectionem recipimus et tutelam. Ideoque precipimus et mandamus, ne quisquam ausu temerario de hiis se amplius intromittat. Quicunque itaque huic facto pro sue uoluntatis arbitrio contrarius extiterit, indignationem nostram irrecuperabilem se nouerit incursurum. Preterea sicut predo capitali sentencia puniatur. Et vt hec acta robur optineant firmitatis et perpetuo maneant inconuulsa presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Datum Gripeswalde anno domini M.CC.LX.

Siegel an grünseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 433 Nr. 320; Fabricius II Nr. 74.

693.

1260 Poswalc.

Hermann, Bischof zu Camin, empfiehlt die Mönche von S. Viktor dem Schutze der wendischen Fürsten.

Dilectis in Christo ac vniuersis dominis principibus terre Slauie Cassubie et Pomeranie Her. dei gratia Caminensis ecclesie episcopus salutem in domino. Cum a domino et vene-

rabili patre nostro papa Alexandro ac ab antecessoribus suis viris iustis ac merito fidedignis ordo sancti Victoris in villa Parisiensi existens semper auctenticus fuerit commendabilis atque gloriosus et ab eius mandato et officio pastorali nobis iniuncto mandatis apostolicis nullatenus contraire velimus, vniuersitati vestre significamus, quod vobis tanquam filiis in Christo dilectis consulimus certa fide, quatenus ad eorum ordinem habendum in nostris finibus uos modis in omnibus ob meritum retribucionis eterne felicitatis intendatis pro certo habentes, quod nos eosdem in rebus ecclesiasticis tueri volumus nostro consilio accedente, dantes eis in prediis a nobis collatis licenciam celebrandi et faciendi omnia, que deo nostro et saluti fidelium videntur expedire in omnibus iure nostro conseruato. Volumus et rogamus, vt eos tamquam venerabiles patres et viros iustos sancte matris ecclesie filios in omnibus causis ac eorum negociacionibus efficaciter promouere velitis propter deum summopere intendentes, quod virorum iustorum discrecio in ecclesiarum ac monasteriorum edificatione iugiter est commendanda et memoria iusti in eternum aput dominum maneat nec recedet a vultu domini iudicantis memoriam illorum, qui pro Christo sese in paupertate pallio humilitatis, fidei ac karitatis induerunt. Datum Poswalc anno gratie M°CC°LX pontificatus nostri anno sexto.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jaseniţer Matr. (p. 62) P. I Nr. 40; P. II Nr. 65.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 435 Nr. 323.

694.

1260.

Herzog Barnim I. schenkt den Brüdern von S. Viktor zu Ueckermünde 60 Hufen in dem Haine Sidelowe mit allen Civilrechten.

Omnibus presentes literas inspecturis Barnym dei gracia dux Slauorum ac Pomeranie salutem et omne bonum. Quia oportet diem extremum bonis operibus preuenire, intuitu pietatis et misericordie ad honores dei et beate virginis Marie et sancti Victoris omniumque sanctorum fratribus ordinis sancte Victoris Parisiensis in Vkermunde commorantibus sexaginta mansos iacentes in nemore, quod vulgariter Sidelowe nuncupatur, contulimus quieta pace et in perpetuum possidendos, concedentes eisdem fratribus in eisdem mansis omnia iura ciuilia ad nos in presenti et in posterum spectancia, promittentes bona fide ac vera christianitate, quod non questionibus, iniuriis uel aliquibus inpedimentis contra collata nullatenus volumus contraire, quod vobis et omnibus in posterum futuris tenore presencium sigilli nostri volumus munimine roborari. Actum anno domini M°CC° sexagesimo.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jaseniţer Matr. (p. 5) P. I Nr. 1; P. II Nr. 35.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 436 Nr. 324.

695.

1261 Februar 2. (?) März 25. (?) (in die beate Marie virginis) in Tanclim.

Herzog Barnim I. verkauft dem Kloster Usedom das Dorf Redomi mit dem angrenzenden Felde für 120 Mark.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus

presentem paginam intuentibus in perpetuum. Acta principum festinanter irent in obliuionem, nisi uoce testium vel scripti memoria firmarentur. Innotescat igitur presentibus et futuris, quod nos ecclesie sancte Marie sanctique Godehardi in Grobe domino Wiardo abbati ceterisque confratribus suis in [eadem ecclesia Christo deuote nocte dieque famulantibus pro remissione nostrorum peccaminum eternique regis misericordia consequenda, attendentes etiam beneficia nobis ab ipsis sepius inpensa, idcirco iuste peticionibus ipsorum annuentes eis villam quandam vocabulo Redomi vendidimus pro centum et viginti marcis denariorum et campum adiacentem cum terminis, decimis, cum proprietate et omni iure, quo a nobis cetera eorum tenent bona, donauimus et porreximus eorum vsui perpetuo feliciter possidendam. Ne autem huic facto in posterum aliqua nouercari possit calumpnia, presentem ipsis scribi fecimus litteram sigilli nostri munimine roboratam. Huius facti et donationis testes sunt dominus Gunterus abbas de Stolp, dominus Conradus de Gars plebanus, Gerardus de Zwerin, Tammo, Hinricus Munt, Zabel prefectus de Meydeborch, Hinricus Luker camerarius de Hyldensem, Johannes de Brusuiz, milites et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subarrata. Acta sunt hec publice in Tanclim anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo. Datum in die beate Marie virginis per manus Johannis de Parchum notarii nostri.

Original-Transf. vom 13. Juni 1317 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla: Nr. 82; Pudaglaer Matrikel (p. 137) fol. 33 (XXIX. B).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 445 Nr. 334.

696.

1261 Februar 8. (VI. idus Febr.) in Roreke.

Hermann, Bischof zu Camin, überträgt den Templern den Zehnten von 700 Hufen im Lande Doberen in der Neumark gegen eine jährliche Abgabe von vier Scheffeln Getreide von jeder Hufe, halb an den Bischof, halb an die Domherren zu Camin zu entrichten.

In nomine domini amen. Nos Hermannus, miseratione divina Caminensis ecclesie episcopus, Christi fidelibus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem et pacem temporum in domino salutarem et quietam. Ipsa nos cogit pietas honestis petitionibus fratrum domus militie templi exauditionis gratiam non negare, quibus efficax tanto excellentius favoris patrocinium suffragatur, quanto ferventius pro ecclesie orientalis defensione, cui perpetuum religionis obsequium dedicarunt, speciali prerogativa caritatis intrepide sub devota sedis apostolice obedientia prudenter exponunt zelo nominis christiani contra impetus infidelium res et vitam. Hoc jam evidens probavit argumentum frequens fratrum eorundem innumerosus occubitus, qui gloriosa in conspectu domini morte, per quam aditus vite patet, de crucis Christi hostibus triumphavit. Hoc nunc clamat in auribus omnium prochdolor sacri sangvinis profluvium copiosum, quo precedentibus annis in illis partibus lavarunt de modernis fratribus quam plurimi stolas suas. Super quibus nimirum et aliis Christi fidelibus, quos idem casus evexit ad palmam, percussa vehementer in eisdem jaculo intime conpassionis humanitas ingenite gravitatis paulisper laxato rigore super effluentem palpebris ecclesie totius fontem aperuit lacrimarum, licet ad consolationem invitet exultationis festive gaudium, quod de ipsis inestimabilis procul dubio vite pace fruentibus coram deo ducitur in excelsis. Eorum igitur precibus liberaliter annuentes, capituli nostri accedente consilio et consensu,

in subsidium terre sancte contulimus decimas septingentorum mansorum in territorio Doberen vulgariter nuncupato fratribus ante dictis perpetuo possidendas, tali pacto videlicet quod a quolibet manso nobis ac nostris canonicis Caminensibus quatuor modios annone ad instar mensure Brandeburgensis, unum tritici, unum siliginis, unum ordei et unum avene persolvent singulis annis tam predialium quam personalium ratione decimarum, quarum ad mensam nostram pars media et nostris canonicis medietas deputabitur sequestrati retroacto libertatis termino, quam colonis ratione locationis consuetudo perdocuit indulgeri, a qua solutione terras ipsorum, quas propriis animalibus excoli domino disponente facient et expensis, prorsus et liberas decrevimus et inmunes, dum tamen centum mansorum ejusmodi terre numerum non excedant, proviso ut agri Slaworum, si quos habuerint, ad certos taxentur mansos, de quibus nobis solvetur, utpote superius de mansis aliis est expressum. Preterea in villis quibus sexaginta mansos assignaverunt iidem fratres ecclesie parochiali nomine dotis quatuor mansos duximus deputandos. Porro si, quod deus avertat, eorundem fratrum terra ad talem contingeret redigi statum, ut aliquos exinde redditus non possent percipere fratres antedicti, consentaneum rationi censemus, ut ubi et a quibus mansis aliquos perceperint redditus, ibi nobis et ab illis summa pensionis dabitur antedicte. Nos vero de redditibus, qui nobis a bonis fratrum provenire poterunt nemini quicquam in pheodum aliquomodo porrigemus . . . . itaque nobis aut procuratoribus nostris ut supradictum est in certo loco infra districtum ejusdem terre constituto persolutis ipsi ac eorum homines infra terminos positi memoratos liberi erunt ab omni solutione, qua tam nobis quam ecclesie nostre tenebantur ratione decimarum. Vt autem hec nostre donationis forma et contractus irrefragabilis perseveret et jugiter inconuulsa, presentis tenorem instrumenti nostro sigillo et capituli nostri decrevimus munimine roborandum, subscriptis testibus, quorum sunt hec nomina: Adolfus decanus, Henricus custos Caminensis, frater Johannes de Zcopolow, frater Sifridus de Overzan, frater Fridericus de Boreke et alii quam plures viri providi ac honesti. Datum in Roreke, anno domini MCCLX primo, VI idus Febr.

Beckmanns handschriftl. Sammlung.

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. I 24. S. 4 Nr. 7.

697.

1261 April 1. (kal. Aprilis) in Demin.

Albert, Bischof von Pomesanien, bestätigt als päbstlicher Legat in der Caminer Diöcese dem Kloster Dargun das Patronatsrecht über die Kirche zu Lewin, welches demselben von Borwin von Rostock übertragen worden.

Albertus dei gratia episcopus insule sancte Marie in Pruscia, sedis apostolice legatus, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino Jesu Christo. Notum sit uniuersitati vestre, quod cum in dyocesi Caminensi legationis officio fungeremur, referente venerabili fratre domino H. abbate Dargunensi et conuentu didicimus, quod in fundatione monasterii Dargunensis dominus Borwinus de Rotstoc deuocione permotus primarium ponebat lapidem et inter alia, que dicto claustro contulit, ius patronatus, quod habebeat in ecclesia Leuin, ad structuram dicti monasterii conferebat, vt uidelicet statuto perpetuo vicario sibi liberaliter prouiderent et si quid supercresceret annuatim ad structuram

sepedicti monasterii sibi reseruarent, super quo eciam suo priuilegio sunt muniti; similiter dominus episcopus Caminensis in suo priuilegio protestatur, ut dicte ecclesie collatio ac ius patronatus ad abbatem et conuentum Dargunensem debeat pertinere. Considerauimus nichilominus ipsos in quieta possessione positos et sepedictam ecclesiam magistro Lamberto contulisse, canonico Caminensi; dictam donationem prefate ecclesie legitime factam auctoritate legationis, qua fungimur, tenore presencium confirmamus, precipientes firmiter auctoritate domini Alexandri pape quarti, cuius legatione fungimur, per patrem et filium et spiritum sanctum, ne quis eos in dicte ecclesie iure patronatus uel collatione modo quolibet audeat molestare. Intelleximus preterea, quod Cisterciensis ordo nolit nec debeat per personas ordinis suas ecclesias siue capellas regere, sed per clericos seculares. Ipsis tenore presencium indulgemus auctoritate domini pape et nostra, ut mortuo magistro Lamberto perpetuum vicarium instituant, preuisis sibi reditibus competentibus, ut prepositum suum honorifice ualeat recipere et hospites colligere, sicut decet, residuum uero ad structuram ponant monasterii, sicut est intencio fundatoris. Datum in Demin anno dominice incarnationis M°.CC°.LX°. primo, kal. Aprilis.

Siegel an weißleinener Schnur anhängend.

Original im Großherz. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urk. I S. 120 Nr. 54; Mekl. Urk.-Buch II S. 178 Nr. 914.

698.

1261 April 18. (XIIII kal. Maij) Grifenhagen.

Herzog Barnim I. gründet mit Zustimmung Hermanns, Bischofs zu Camin, ein Collegium von zwölf Canonikern zu Stettin und bewidmet dasselbe mit der Parochie S. Peter daselbst, der Stephanskirche zu Garz und den Kirchen zu Penkun, Tantow, Pinnow, Woldin, Lukow und Warsow.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam et diuini cultus ampla et sollerti propagatione robur fidoei (!) christianae non modica incrementi sortitur subsidia et piarum affectus mentium ad deuotionis ac sanctitatis studia summopere excitatur, igitur nos, qui diuina mediante gratia populum nobis subiectum temporali gubernamus regimine, moti hac pia et salubri consideratione, utpote diuini cultus ampliationi pro ecclesiasticorum solempnia officiorum insistere cupientes ad honorem dei omnipotentis et gloriosae virginis Mariae sanctorumque omnium in ciuitate nostra Stetin de consensu et voluntate venerabilis patris domini Hermanni Caminensis episcopi duodenarium canonicorum instituimus numerum ibidem diuinis laudibus perpetuis temporibus vacaturum. Vt autem dicti canonici absque defectu sumptuum necessariorum diuinis libere possint vacare officiis, conferimus et donamus ipsis pro nostrorum remissione peccaminum aeternique regis misericordia consequenda parrochiam sancti Petri in Stettin, quam sanctimoniales ibidem deo seruientes cum capella beatae virginis Mariae et capella sancti Nicolai nobis resignauerunt, vniuersis reditibus et prouentibus ad dictam parrochiam et capellas pertinentibus eisdem sanctimonialibus perpetuo in integrum remanentibus, ipsis vero canonicis antedictis non nisi nudo cedente offertorio, quod de saepedicta parrochia et capellis duabus poterit diriuari. Conferimus insuper et donamus saepedictis canonicis ecclesias praesenti scripto subnotatas perpetuis temporibus

possidendas, videlicet ecclesiam sancti Stephani in Gardiz cum vniuersis reditibus et prouentibus, ecclesiam in Pinkun cum vniuersis fructibus et prouentibus, villis, decimis, ecclesiis nec non cum vniuersis rebus ad dictas duas ecclesias pertinentibus ab antiquis temporibus, insuper ecclesiam in Tantowe, ecclesiam in Pinnowe, ecclesiam in Woldin, ecclesiam in Lucowe, ecclesiam in Warsowe, cum vniuersis reditibus et prouentibus saluo nihilominus iure plebanorum dictarum ecclesiarum, quam diu vixerint, ipsis autem viam vniuersae carnis ingredientibus dictae ecclesiae saepedictis canonicis cedent, obstaculo quolibet et omni occasione semota. Vt autem haec nostra institutio et donatio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, praesentem paginam inde confectam eisdem canonicis dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius rei sunt Venzco miles, Johannes de Leuenowe miles, Theodericus de Listen miles, Olricus de Moringe miles, Roderus miles, Godeco de Zmogerowe miles, Johannes de Brusewiz miles, item Gobelo marscalcus noster, Heinricus Baruot, Theodericus Sapiens et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subnotata. Actum Grifenhagen et datum per manum Arnoldi scolastici Stetinensis anno domini M.CC.LXI. XIIII kal. Maij.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matr. des Stettiner Nonnenkl. fol. IX' Nr. 14; Matrikel des Marienstifts zu Stettin (Tit. I. Sect. I. Nr. 1) fol. 295; Klempzens Extract fol. 292.

Gedruckt (in anderer Ausfertigung) in Hering, Hist. Nachr. Urk. Nr. 2; Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 443 Nr. 332.

699.

1261 [April 18.] Stetin[1])

Herzog Barnim I. bezeugt, daß die Nonnen des Jungfernklosters vor Stettin die Kirche S. Petri mit den Capellen S. Mariä und S. Nikolai, jedoch ohne die Einkünfte, an die Canoniker zu Stettin abgetreten haben.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam ea quae in tempore fiunt simul cum tempore in obliuionem transeunt, poni solent in testimonio linguarum ac scriptis autenticis perhennari. Hinc est quod notum esse volumus tam praesentibus quam posteris, quod deo dicatae ac nobis dilectae sanctimoniales ciuitatis nostrae Stetin ecclesiam sancti Petri et capellam beatae Mariae et sancti Nicolai capellam in dicta ciuitate cum nudo tantum offertorio nobis resignarunt, uniuersis reditibus et prouentibus aliis remanentibus ipsis, qui ad dictam ecclesiam et capellas praenominatas pertinere noscuntur. Nos vero supradictam ecclesiam et capellas dilectis nobis ciuitatis nostrae Stetin canonicis eo modo quo nobis sunt resignatae contulimus perpetuis temporibus possidendas. Ne autem saepedictis sanctimonialibus super prouentibus et reditibus, quos sibi de praenominatis ecclesia et capellis retinuerunt, aliquod in posterum praeiudicium aut grauamen a praenominatis canonicis aut ab aliis valeat generari, praesentem paginam inde confectam eisdem sanctimonialibus tradi iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius rei sunt Venzco, Godeco de Zmogerowe, Johannes de Bruseuiz, Roderus, Olricus de Moringe, milites, item Gobelo noster marscalcus, Hinricus Baruot, Theodericus de Saltwedele, Theodericus Sapiens,

[1]) Wegen des Datums s. Balt. Stud. X. 1 S. 172.

et alii quam plures, quorum hic nomina non sunt subscripta. Datum Stetin per manum Arnoldi scolastici anno domini M.CC.LXI.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 50) fol. VIII Nr. 12; fol. 32 Nr. 53; Klempzens Extract fol. 292? fol. 294?

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 447 Nr. 336.

700.

1261 April 18. (XIIII. kal. Maij) Stetin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Nonnenkloster vor Stettin zehn Mark jährlicher Einkünfte aus der Münze daselbst als Entschädigung für die Abtretung der Petrikirche, sowie der Marien- und Nikolaikapelle.

In nomine domini amen. Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam omnium rerum gestarum habere memoriam et ad nullam earum cum obliuione animum inclinare mens humana non sufficit apprehendere sed diuina, necesse est, [ut]acta principum, que sub fluxibilitate temporum statuuntur, ne cum ipsa aliquatenus euanescant, scriptis autenticis et testibus ydoneis adeo instaurentur, ut stabilitate perpetua roborata versucia malignantium et querencium, que non sua sunt, in posterum in eisdem non inveniat occasionem malignandi. Idcirco tam presentibus quam posteris nacionibus volumus esse notum, quod nos donauimus et titulo donacionis appropri[a]uimus[1]) monasterio, abbatisse et conuentui ac earum successoribus vniuersis sanctimonialium ordinis Cisterciensis dilectis nobis in Christo iuxta ciuitatem nostram Stetin habentibus mansionem decem marcas denariorum et proprietatem earundem in moneta nostra Stetin annis singulis percipiendas et feliciter possidendas. Prefatas inquam decem marcas denariorum eisdem dedimus pro restauro ecclesie sancti Petri et capellarum sancte Marie et sancti Nicolai, quas nobis preposito decano et capitulo ecclesie Stetinensis cum nudo offertorio, retentis sibi omnibusmodi aliis prouentibus resignarunt. Vt autem hec nostra donatio firma et inconuulsa a nobis, a nostris heredibus et successoribus perseueret, presentem paginam supra ipsam confectam praehabitis duximus largiendam sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius rei sunt Venzco de Vznam, Johannes de Leuenow, Theodericus de Listen, Olricus de Moringhe, Roderus, Godeco de Szmogerouu, Johannes de Bruseuiz milites, item Gobelo noster marscalcus, Henricus Bareuot, Theodericus Sapiens et alii quamplures, quorum hic non sunt nomina subnotata. Datum Stetin anno domini M°CC°LXI. XIIII. kalendas Maij.

Alte Abschrift im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Stettin Nr. 10; Matrikel des Stett. Nonnenkl. S. 19 Nr. 43 (p. 34) fol. VIII^{v} Nr. 13; Klempzens Extract fol. 292? 294?

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 444 Nr. 333.

701.

1261 April 26. (6. calendas Maij) Raceburgi.

Helena, Herzogin von Sachsen, und ihre Söhne Johann und Albert legen das Land Tribsees zur Diöcese Schwerin.

Helena dei gratia ducissa Saxoniae, Johannes et Albertus, filii eius, uniuersis Christi

[1]) appropriuimus in der alten Abschrift.

fidelibus in perpetuum. Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod nos ob reuerentiam dei et salutem animarum nostrarum ecclesiae sancte Marie genetricis dei et beati Johannis euangelistae in Suerin terram Tribusess, prout tenditur in Stralesund, quam filius domini Jarmari Witzlaus nunc habet in possessione sua, ut ad dictam ecclesiam pertinet iure diocesiano, conferimus cum omni iure, iudicio, seruitio et utilitate, si qua nunc est uel in posterum esse poterit, ita tamen, quod memoria ducis Alberti sicut ducis Henrici fundatoris dictae ecclesiae et nostra post mortem nostram annis singulis cum deuotione peragatur. Vnde dictam terram ad manus imperii ad utilitatem dictae ecclesiae liberaliter resignamus. Et ne nostrum solenne factum ab aliquo ualeat impediri uel perturbari, hanc paginam inde scriptam sigilli appensione et testium inscriptione duximus roborandam. Testes sunt illustris domina mater nostra et auia puerorum nostrorum ducissa Mechtyldis de Brunsuick et Luneburgk et uenerabilis pater noster Vlricus episcopus Raceburgensis, quod sigilla ipsorum appensa protestantur, praepositus Volquinus Raceburgensis, Nicolaus scolasticus Suerinensis, Johannes praepositus de Runa; laici milites Detleuus de Parkentin, Henricus de Richene et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M.CC.L.XI, 6. calendas Maij, Raceburgi.

Abschrift aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrhunderts im Großherz. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Mekl. Urk. III S. 105 Nr. 51; Fabricius III No. 75ᵃ; Mekl. Urk.-Buch II S. 179 Nr. 915.

702.

1261 Mai 25. (VIII. kal. Junii).

Herzog Barnim I. giebt dem Nonnenkloster zu Pyritz das Vorrecht, daß kein anderer geistlicher Orden in der Stadt Pyritz ein Kloster oder Haus bauen dürfe.

Barnim dei gratia dux Slauorum, vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Religiosam uitam eligentibus eo solerciori cura conuenit contra omnia quae ipsis officere possunt subuenire, quo calcatis omnibus rebus mundialibus simul et voluptatibus spretis iugo se domini perpetuis temporibus subdiderunt, ne si aliquod obstaculum seu impedimentum quoad suae sustentationis necessitatem praestitum fuerit eisdem minus libere minusque ardenter propter defectum necessariorum diuinis valeant officiis interesse. Sane supplicarunt nobis dilecte nobis in Christo priorissa totusque conuentus sanctimonialium ordinis beati Augustini monasterii gloriosae virginis Mariae in Piritz, quatenus diuinae remunerationis intuitu nec non et pro remedio animae dilectae uxoris nostrae dominae Margaretae piae ac felicis recordationis hanc ipsis praerogatiuam et gratiam facere curaremus, vt cum monasterium eorum nouella esset plantatio et reditus paucos in suae haberent subsidium sustentationis, nullis religiosis cuiuscumque etiam essent ordinis, vel professionis daremus licentiam construendi domum, mansionem vel cenobium in ciuitate Piritz vel in terminis parrochiae ciuitatis eiusdem. Quarum petitionibus utpote rationabilibus et honestis annuentes hanc eis fecimus praerogatiuam, ut nullis religiosis, cuiuscunque sint ordinis vel professionis, licentiam dare debeamus vel eciam aliquo modo permittere, quod in ciuitate nostra Piritz uel eciam infra terminos parrochiae ciuitatis eiusdem aliquam domum, mansionem vel cenobium edificent vel construant ad manendum ibidem, nisi de ipsarum sanctimonialium fuerit licentia et beneplacita voluntate. Huius rei testes sunt Conradus plebanus

in Gardiz[1]), Willekinus de Horst, Heinricus Brusehauere, Rodolphus de Cedelin milites, Bartoldus de Horst et alii quam plures fidedigni, quorum hic nomina non sunt subscripta. Vt autem haec praerogatiua nostra praedictis priorissae et sanctimonialibus firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, praesentem paginam inde confectam eis dare iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum anno domini M.CC.LXI. VIII. kal. Junii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Pyritzer Matrikel (p. 8) fol. 3v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 449 Nr. 338.

703.

1261 Mai 25. (VIII° kal. Junii) in Colberghe.

Die Rathmannen zu Colberg bezeugen, daß das Kapitel daselbst dem Georgius Velherig, Bürger zu Colberg, einen Salzkothen gegen eine jährliche Abgabe von 24 Tonnen Salz abgetreten, jedoch sich das Vorkaufsrecht vorbehalten habe.

Omnibus presens scriptum intuentibus consules et commune ciuitatis Colbergensis salutem. Cum humane varietatis cursus ambiguus sit et in sui varietate nichil habeat cercius propter labilem hominum memoriam, quam quod ea que geruntur scripto diligencius commendentur, hinc est quod notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod capitulum Colbergensis ecclesie tugurium in monte salis, quod ad eorum prebendas dinoscitur pertinere, Georgio dicto Velherig ciui Colbergensi ad edificandum contulerunt et donauerunt de communi consilio et consensu, ita tamen, quod ipse et sui heredes ab ipso legitime descendentes eis et eorum successoribus XX^ti IIII^or ligaturas salis reddant annis singulis et exsoluant, quandocunque infra natiuitatem beati Johannis baptiste et diem beati Jacobi fuerint requisite. Et si quod absit predictum tugurium concrematum fuerit, jam dictus Georgius Velherig suique heredes reedificabunt, et si edificatum fuerit vel non semper soluent. Si vero necessitas compulerit, libere vendent, dummodo principaliter ipsis et eorum successoribus exhibeant ad emendum et statutum censum exsoluant, sicut de iure tenentur. Vt autem hec donacio rata sibi et suis heredibus permaneat et incommutabilis perseueret, presens scriptum sigilli nostri munimine consignatum dicto capitulo Colbergensis ecclesie erogamus. Testes hujus contractus sunt Hermannus de Werben, Hinricus Halup, Dethmarus de Wolin, Johannes de Camyn, Jacobus de Camyn, Hinricus Juticz, Widekinus, Petrus Waralt ciues Colbergenses et alii quam plures. Datum in Colberghe anno gracie domini M°.CC°.LXI°. VIII°. kal. Junii.

Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Colberger Matrikel S. 81.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 450 Nr. 339.

704.

1261 Oktober 21 (die vndecim milium virginum).

Johann und Albert, Herzoge von Sachsen, verleihen dem Bisthum Schwerin das Land Triebsees.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Johannes dei gratia Saxoniae Angariae et West-

[1]) Die Matrikel hat unrichtig Bardiz.

phaliae dux et Albertus frater eius omnibus in perpetuum. Notum esse uolumus tam praesentibus quam futuris, quod nos ob reuerentiam dei et salutem animarum nostrarum ecclesiae sanctae Mariae genitricis dei et beati Johannis euangelistae in Suerin terram Tribbusees prout tenditur in Stralessundt et filius domini Jaromari Witzlaus eam nunc habet in possessione sua et ut ad dictam ecclesiam pertinet iure diocesiano, conferimus cum omni iure, iudicio, seruitio et utilitate, si qua nunc est uel in posterum esse poterit, ita tamen quod memoria foelicis recordationis patris nostri ducis Alberti sicut ducis Henrici, fundatoris dictae ecclesiae, et nostra post mortem nostram cum deuotione annis singulis peragatur. Vnde dictam terram ad manus imperii ad vtilitatem supradictae ecclesiae liberaliter resignamus. Et ne nostrum solenne factum ab aliquo ualeat impediri uel perturbari, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri appensione et testium inscriptione duximus roborandam. Testes hi sunt: domina Helena mater nostra et venerabilis pater noster Vlricus episcopus Raceburgensis, comes Guncelinus de Suerin, Henricus de Insula, Henricus Huxedh, Tetleuus de Perckentin, Henricus de Richowe, milites, clerici uero: Volquinus praepositus Raceburgensis, Nicolaus scholasticus Suerinensis, Johannes praepositus de Rune et alii quam plures. Acta sunt haec anno domini M°.CC°.LXI°. die vndecim milium virginum.

Zwei beglaubigte Abschriften aus dem 16. Jahrh. im Großherz. Mekl. Archiv zu Schwerin; Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Msc. d. St.-A. II 15 Nr. 41 (Uebersetzung).

Gedruckt in Andr. Westphal, dissertatio s. specimen S. 12; Westphalen, Monum. ined. IV p. 937 Nr. 16; Pfeffinger, Br. Lün. Gesch. II S. 783; Schröder, Pap. Mekl. I S. 683; Hist. Verf. des Fürstenth. Schwerin, Beilage D; v. Behr S. 198; Franck IV S. 238 aus Henning, Theatr. geneal. 159; Lisch, Mekl. Urk. III S. 106 Nr. 52; Fabricius III Nr. 75[b]; Mekl. Urk.-Buch II S. 192 Nr. 930.

705.

1261 Oktober 31. (pridie kalendas Nouenbris).

Wizlaw III., Fürst zu Rügen, bestätigt den Brüdern des Prediger-Ordens zu Stralsund den Besitz des Raumes zwischen ihrem Hause und dem Damme der Stadt, sowie diesen Damm selbst.

Wiszlaus dei gratia princeps Ruianorum cunctis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem perpetuam in omnium saluatore. Ne rerum gestarum digne habenda memoria cum processu temporis euanescat et pereat et ab hominum memorijs elabatur, scriptis et annotatione testium solet non inmerito perhennari. Hinc est quod nos vtriusque sexus orthodoxe fidei cultoribus constare cupimus vniuersis, quod nos pie memorie patris nostri domini Germari illustris principis Ruianorum uoluntatem ac promissum, cui olim presentes interfuimus, sicut est rationi consentaneum, effectui mancipantes ad honorem domini nostri Jhesu Christi et ipsius matris Marie uirginis gloriose ac beati Dominici confessoris dilectis fratribus de ordine predicatorum domus et ciuitatis Tralessundensis spacium, quod est inter aream fratrum eorundem et aggerem ciuitatis memorate et ipsum aggerem cum fossato transpositis plancis super aggerem noue ciuitatis iure concedimus perpetuo possidenda. In huius nostre donationis euidentiam presentem paginam conscribi fecimus et nostre matris ac nostro necnon fratris Sifridi prioris predicatorum fratrum sigillorum munimine roborari. Acta sunt hec anno domini M°C°C°LX°I° pridie kalendas Nouenbris. Huius rei testes sunt clerici capellani nostri Wernerus et Bartholomeus, magister Johannes scriptor noster, milites

Boranta, Gottan, Masca, fratres ordinis predicatorum Sifridus prior, Johannes de Ruia, Johannes de Brema, Vrowinus et Johannes de Borch et alii quam plures.

Die 3 Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Stralsund Nr. 1; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1261) Nr. 5.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 450 Nr. 340; Fabricius III Nr. 76.

706.

1261 November 27. (V̊. kalendas Decembris) Stetin.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt dem Kloster der büßenden Schwestern zu Prenzlau das Patronat der Kirchen S. Marien, S. Nikolai, S. Jacobi und S. Sabini daselbst.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad hoc deus et dominus noster Jhesus Christus in sua ecclesia principes et sui gregis pastores constituit, ut per se operibus misericordie ac pietatis intendant, loca religiosa locupletantes cum fi[e]ri [1]) potest suo munere et fauore. Hinc est quod uenientes ad nos dilecte in Christo filie sanctimoniales priorissa et conuentus sororum penitentium noue ciuitatis i[n] [2]) Primzlawe nobis humiliter supplicarunt et deuote, quatinus priuilegium ipsis ab illustri principe domino Johanne marchione Brandenburgensi pure et simpliciter propter deum traditum et donatum super ecclesias ciuitatis Prinzlawe uidelicet beate dei genitricis et uirginis Marie, sancti Nicolai, sancti Jacobi necnon et sancti Sabini episcopi iam dicte noue ciuitatis de nostro consilio factum quod asserimus et protestamur, sicut in ipso priuilegio plenius continetur et euidenter, dignaremur nostre auctoritatis munimine roborare. Nos igitur earum precibus inclinati et eorum uestigiis inherentes qui iustis petitionibus pium prebere consueuerunt assensum, considerantes etiam quod ex dicta donatione status dictarum sanctimonialium temporalium adiumento poterit emendari, eam auctoritate nobis a domino tradita confirmamus, saluo tamen in omnibus jure nostro nostrorumque successorum et prepositi, qui in spiritualibus tamquam noster oculus nostram uicem gerere comprobatur, sub anathemate districtius inhibentes, ne quis sepe dicte donationi nostreque confirmationi ausu temerario se opponat vel dictas sanctimoniales super ea audeat molestare, sicut omnipotentis dei et sancti Johannis baptiste, cuius uices in terra gerimus, ingratitudinem et examinis [3]) sentenciam uoluerit euitare. Datum Stetin anno domini M̊.C̊CLX̊I. V̊. kalendas Decembris.

Siegel von der rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im städt. Archiv zu Prenzlau Nr. 153; Beckmanns Abschrift im Geh. Staats-Archiv zu Berlin.

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. I 21 S. 93 Nr. 7.

---

1) Das Original hat firi. 2) Desgl. im. 3) Desgl. exexaminis.

707.

1261 December 2. (IIII. nonas Decembris) Stettin.

Herzog Barnim I. bestätigt dem Nonnenkloster vor Stettin den Besitz von sechs Pfund Münze aus dem Wasserzoll und 2½ Vierchen, welche Ditmar, Bürger daselbst, geschenkt, sowie von einer halben Mark von Heinrich Span und von zwei Mark von Heinrich von Staffelde, und schenkt den Grundzins von den Erben zwischen dem Kloster und der Mühle.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Piarum interesse dinoscitur mentium, ut ea quae diuino cultui et religiosis applicantur locis, non per impedimenti obstaculum eneruentur, sed potius consensus et firmitatis robore perpetuis temporibus muniantur. Igitur noscant tam praesentes quam posteri, quod nos ad honorem dei omnipotentis et gloriosae virginis Mariae pro nostrae nostrorumque progenitorum animarum remedio dilectis in Christo sanctimonialibus Cysterciensis ordinis et ipsarum monasterio in ciuitate nostra Stettin donauimus ius proprietatis sex talentorum denariorum, que ipsis Ditmarus ciuis Stetinensis cum cognata sua contulit in censu aquae nostrae annis singulis, et III. fertones argenti, quod eisdem annis singulis contulit pro aeterni regis misericordia consequenda. Insuper contulimus et donauimus praedictis sanctimonialibus ius proprietatis dimidiae marcae argenti, quam Johannes dictus Span ipsis recipiendam contulit annis singulis in censum mansorum ciuitatis nostrae Stetin, praeterea ius proprietatis duarum marcarum denariorum, quas ipsis Heinricus de Staffelde pro peccatis suis annis singulis in moneta recipiendas contulit Stetinensi. Nos etiam semper dictarum sanctimonialium res augmentare volentes donauimus eis censum arealem hereditatum inter molendinum et claustrum ipsarum iacentium cum supra dictis omnibus perpetuis libere possidendum. Vt autem haec nostra donatio firma iugiter perseueret, ipsam praesenti scripto et sigilli nostri munimine firmari et testibus idoneis iussimus stabiliri, quorum hic sunt nomina subnotata, Conradus cappellanus noster plebanus de Gardiz, Joannes plebanus sancti Petri in Stettin prepositus dictarum sanctimonialium, Godeco de Zmogerowe, Johannes de Brusevize, Rodolfus de Cedelin, milites, item Gobelo marscalcus noster, Heinricus Baruot et alii quam plures. Datum Stettin anno domini M.CC.LXI. IIII. nonas Decembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 36) fol. X Nr. 15; fol. 21 Nr. 45.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 451 Nr. 341.

708.

1261 December 2. (IIII. nonas Decembris).

Herzog Barnim I. giebt der Stadt Stettin zwei Stellen in der Oder zum Fischen mit dem großen Netze und den Juden zu Stettin dasselbe Recht, welches die zu Magdeburg haben.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus in perpetuum.[1]) Quoniam vniuersi mortalium actus in obliuionem vna cum lapsu temporis transeunt, ea que firmitatis robur ad euitandam obliuionem sortiri debent, solent linguarum testimonio aut scriptis autenticis perhennari. Noscant igitur tam presentis quam futuri temporis nationes, quod nos dilecte ciuitatis nostre Stetin burgensibus eorumque successoribus de mera nostra donauimus liberalitate in Odera fluuio ante ipsam ciuitatem Stetin labente duo loca ad duos tractus sagenales construendos,

---

[1]) Im Orig.-Transf. zwei Punkte.

qui in wlgari niwedetoch appellantur, ita quod vnum locum infra iam dictam ciuitatem Stetin et alium(!) supra ciuitatem eandem habeant, vbicunque ipsis magis visum fuerit expedire, iure hereditario perpetuis temporibus possidendum. Donauimus insuper memoratis burgensibus et eorum hanc prerogatiuam successoribus, vt omnes iudei in ciuitate sepedicta Stetin manentes aut vbicumque in terra nostra manentes teneantur seruare in omnibus iura, que iudei in ciuitate Magdeborch manentes obseruant. Vt autem hec nostra donatio perpetuis maneat temporibus inconwlsa, presentem paginam inde confectam eis tradi iussimus nostri sigilli munimine roboratam et testium ydoneitate stabilitam,[1]) quorum hic nomina continentur: Godeco de Zinogerowe, Venzco de Vznam, Johannes de Bruseviz, Rodolfus de Cedelin milites, insuper Gobelo noster marscalcus et alii quam plures. Datum anno domini M°.CC°.LX°I. IIII°. nonas Decembris.

Original-Transf. Herzog Ottos I. vom 21. Sept. 1308 im Stadt-Archiv zu Stettin s. r. Nr. 46.

709.

1261 December 6. (VIII. idus Decembris) Viterbii.

Des Pabstes Urban IV. Privilegium für den Prämonstratenser-Orden.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei dilectis in Christo filiis abbatibus, prepositis, prioribus Premonstratensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Quia igitur vos religiose viuere et canonicam uitam secundum beati Augustini institutionem ducere inspirante domino decreuistis, propositum vestrum sedis apostolice auctoritate firmamus et vos firmos in remissionem peccatorum vestrorum in eo persistere adhortamur. Statuimus itaque, vt in ecclesiis in quibus fratres uitam canonicam professi degunt, nulli liceat hominum secundum beati Augustini regulam ordinem ibidem constitutum mutare. Nullus etiam episcoporum futuris temporibus audeat eiusdem religionis fratres de ecclesiis vestris expellere, nec professionis canonice quisquam ex eisdem ecclesiis ac claustris audeat sine communi congregationis permissione discedere, discedentem vero nullus episcoporum nullus abbatum nullus monachorum alterius professionis sine communium literarum cautione suscipere. Bona etiam et possessiones, quas iuste et legitime possidetis et que ex testamento decedentium vobis relinquntur vel ex aliis donationibus et concessionibus, presentis scripti nostri pagina confirmamus. Ex quibus nulla ecclesiastica secularisue persona decimas laborum nutrimentorum uel exactiones seu tallia siue procurationes exigat, cum nobis et predecessoribus nostris sit pro hiis omnibus a toto ordine Premonstratensi plenariter satisfactum. Preterea concedimus vt in prediis et in grangiis vestris monasteria et ecclesias iuxta possibilitatem uestram et vtilitatem construere possitis, quatinus ibi congregationi vestre ac aliis fidelibus ad animarum salutem diuina officia celebretis. Et cum generale interdictum fuerit liceat vobis in ecclesiis vestris, que a populari habitu sunt remote, diuina celebrare officia solemniter, dummodo excommunicati et interdicti procul absistant. In aliis autem ecclesiis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce clausis ianuis a vestris fratribus celebretur. Decetero quoniam a tumultu et strepitu secularium remoti pacem et quietem diligitis, grangias vestras sicut et atria ecclesiarum a prauorum incursu et violentia libera fore sancimus, prohibentes ut nullus ibi hominem aliquem capere spoliare seu interficere aut furtum committere audeat vel rapinam. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo

[1]) Das Orig.-Transf. hatte ursprünglich stabilitatem, später jedoch das te durch untergesetzte Punkte getilgt.

fugientes ad conuersionem recipere et sine contradictione cum suis rebus et possessionibus retinere. Infirmos quoque absolutos qui in extrema voluntate ad vos se transferri aut apud vos sepeliri deliberauerint, nullus eos impedire seu res eorum legitimas retinere presumat, salua tamen heredis legitima portione et canonica iustitia ecclesiarum illarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulla sane ecclesiastica persona pro benedictione abbatum vestrorum vel pro consecratione ecclesiarum vestrarum palefridum aut aliud aliquod exigere, nullus abbatum vestrorum si etiam exigatur dare presumat, quia et exigenti et danti nota simoniace prauitatis et periculum imminet. Personam autem de alio ordine nulla ecclesiarum vestrarum sibi eligat in pastorem nec vestri ordinis aliqua in abbatem monasterii alterius ordinis, nisi de auctoritate Romane ecclesie ordinetur. Nulli ergo archiepiscopi et episcopi aut alii prelati seculares ponant sub interdicto ecclesias vestras aut personas vestras excommunicent, cum vestri excessus per capitulum Premonstratense possint et debeant emendari. Presertim archiepiscopi et episcopi cuiuscunque diocesis, quos commodius petere poteritis, possunt ecclesias vestras et earum attinentias consecrare et vestras personas licite ordinare. Canonici vestri ex nostra speciali indulgentia possunt ecclesias parrochiales habentes curas animarum impetrare et impetratas per vestram officiare licentiam. Insuper ad maiorem ordinis vestri reuerentiam et regularis discipline obseruationem vobis subditos vestros ligandi atque soluendi plenam concedimus facultatem. Etiam vobis et omnibus vestris successoribus qui ordinem vestrum professi fuerint, notum sit, quod consuetudines et institutiones vestras, quas inter regularia statuistis, auctoritate apostolica confirmamus. Nec alique litere habeant firmitatem que tacito nomine Premonstratensis ordinis et tacitis priuilegiis vobis concessis contra libertates vobis ab apostolica sede per nos uel per nostros predecessores indultas fuerint impetrate. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum indignationem et nostre excommunicationis sententiam se nouerit incurrisse, presentibus in perpetuum valituris. Datum Viterbii VIII. idus Decembris pontificatus nostri anno primo.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Pudaglaer Matr. (p. 211) fol. 47 (XLIII. A) Transs. vom 8. Februar 1339.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 452 Nr. 342.

710.

1261 December 8. (actum VI idus Decembris, datum IIII nonas mensis eiusdem) Stettin[1]).

Herzog Barnim I. gründet in der S. Peterskirche zu Stettin ein Collegium von zwölf Canonikern und überweist demselben die Dörfer Wamlitz und Ladentin, dreißig Mark aus der Stettiner Münze und die Kirchen zu Garz und Tantow, Penkun, Woldin, Ladentin, Pinnow, Lukow, Warsow, Krekow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus presentem paginam ins[pec]turis[2]) in perpetuum. Ille paterfamilias ante omnia secula deo patri in substantia manens equalis in fine seculorum pro homine homo factus vineam suam ecclesiam vniuersam de gentibus vocatam nouo fetu cottidie multiplicat et adauget,

[1]) Der Schreiber muß die Datirung erst später eingefügt und hierbei actum und datum verwechselt haben.
[2]) Die Abschrift hat inscripturis.

cum non solum in ea hora prima tertia atque sexta, verum etiam decima atque vndecima, per quam finis seculi designatur, operarios mittere non desistit, qui eam purgatam sentibus (!) peccatorum cum incremento fructus bone operationis de virtute crescere faciat in virtutem et domini in Syon facie ad faciem contemplari. Huius vere vinee propagines nos, qui populum subiectum nobis temporali regimine gubernamus, per[1]) nouorum industriam operariorum, qui eam circumfodiant atque putent extendere, cupientes et pia sollicitudine precauere, ne aper de silua uel singularis ferus eam exterminet uel depascat, in ciuitate nostra Stettin ad sanctum Petrum ad honorem dei omnipotentis eiusque matris virginis gloriose necnon inuictissimi crucis de consensu et consilio venerabilis patris domini Hermanni Caminensis ecclesie episcopi loci dyocesani necnon et nepotis nostri domini Wartizlai Duminensis fundamus et instituimus canonicorum et prebendarum numerum duodenum, qui ibidem ecclesiam domino congregatam regant et ei proficiant verbo, opere et exemplo et dominum pro nostris, progenitorum nostrorum omniumque fidelium excessibus iugiter interpellent. Sane ne propter defectum rerum temporalium huiusmodi canonicis institutis et pro tempore instituendis seruiendi domino copia subtrahatur, villas Wammelitz, Sparenvelde cum limitibus suis cognitione causarum criminalium, ciuilium et omni iure temporali, quod in eis nominari poterit vel acquiri et XXX marcas denariorum in moneta nostra Stettin vsibus ipsorum canonicorum omnimodis profuturas conferimus et donamus, villas ipsas ab omni exactione vectigalium seruitute rustica vel vrbana, questis, talliis et omni inpeticione nostra nostrorumque officialium, preterquam ad defensionem terre, cum communis necessitas ingruerit, decernentes liberas et immunes, omne ius, quod in ipsis habuimus, in canonicos ipsos et eorum successores liberaliter transferentes. Preterea, sicut locum ipsum quodam nouo insignimus honore, sic et inhabitantes ipsum quadam uolentes praerogatiua gaudere, ius patronatus ecclesiarum Garditz cum ecclesia Tantowe ab ea dependente, Pinkun, Woldin, Lodentin, Pinnowe, Lucowe, Warsowe, Krecowe dictis canonicis et eorum successoribus conferimus et donamus. Acta sunt hec anno gratie M.CC.LXI. VI idus Decembris. Vt autem hec firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseuerent, presentem paginam inde confectam dictis canonicis tradi iussimus nostri sigilli muninime roboratam. Testes huius rei sunt dominus Wiardus abbas Vznomensis, Guntherus abbas Stolpensis, Johannes prepositus de Gramzowe, item Godeco de Smogerowe, Johannes de Brusewz, Venczco, Johannes de Leuenowe, milites, insuper Gobelo noster marscalcus, Henricus Baruot, Theodericus Sapiens, Johannes Puer et alii quam plures. Datum Stettin per manum Johannis notarii anno et mense prescriptis IIII nonas mensis eiusdem.

Abschrift aus dem 16. Jahrh. im Archiv des Marienstifts zu Stettin s. r. Tit. I Sect. I Nr. 33.

711.

1261 datum in Razeborg.

Volquin, Probst, und das ganze Domkapitel zu Ratzeburg verkaufen für 200 Mark das Dorf Pütnitz bei Ribnitz an den Ritter Ekkehard von Dechow zu erblichem Lehen.

Vniuersis christifidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Volquinus dei gratia prepositus ecclesie Razeburgensis, prior et totum capitulum oraciones cum gaudio spiritus sancti. Ob perhennem noticiam in posteros commendanda nouerint attestacione presencium

[1]) Die Abschrift hat pro.

vniuersi, quod nos habito consilio vendidimus villam Putize pro .CC. marcis denariorum Lubicensis et Hamburgensis monete sitam prope Ripeniz Ekkehardo dicto de Dechowe militi cum agris, pratis, pascuis et aquarum decursibus necnon et libera piscatura, cum judicio colli et manus et cum omni jure, quod conpetit nostre ecclesie ex donacione nobilis viri quondam Witizlai principis Ruyanorum, qui eandem villam pro remedio anime sue vxoris et parentum suorum libere contulit, vt predictus Ekkehardus et sui heredes legitimi infeode (!) se habere eam ab ecclesia recognoscant et a preposito nostro, qui pro tempore fuerit, more vasallorum recipiant. Quod si mortuus fuerit idem Ekkehardus sine heredibus, non ad aliquos proprinquos siue extraneos sed ad ecclesiam eadem villa libere reuertetur. Quod si eciam eam vendere decreuerit, ecclesie primum exhibebit; quam si emere non poterit vel noluerit, quicunque eam emerit, eodem jure per ecclesiam possidebit vt superius est expressum. Siquidem termini eiusdem ville in priuilegio predicti nobilis sic distinguntur. Supra ad nemus terminus erit amnis qui discriminat villam Dammechore et villam Putiz, in nemore vero terminus erit supradicti amnis parua curuatura, vbi manu propria in arbore quadam predictus nobilis signum crucis secuit, ab hac arbore terminus erit quadam fagus eciam manu ipsius signata et sic directe, quod wlgo dicitur rarecht, a[d] magnum stagnum Ripeniz in amnem quendam paludosum. Super hos terminos supra et infra prescriptos sex jugera, quod wlgo dicitur merghen, eque se in commune nemus in longum precedencia supra et infra ad agros ville ampliandos de liberalitate propria suppleuit. Vt autem hec vendicio robur firmitatis habeat, eidem Ekkehardo presentem literam contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes sunt Vlricus ecclesie nostre episcopus, Ludolphus Hardenacke, Albernus dapifer de Butsowe, Bernardus de Gustekowe et Nycolaus de Ekerenuorde, Hartwicus de Butzekowe, Tyderikus de Quydtzowe et alii quam plures. Datum in Razeborg anno gracie M°.CC°.LXI.

Abschr. in Copiar II fol. L^{v} des Ratzeburger Dom-Archivs zu Neustrelitz; Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Dreger, Registratur II (1261) Nr. 13.

Gedruckt in Fabricius III. Nr. 77; Lisch, Urk. des Geschl. Hahn I S. 36 Nr. 15; Urk.-Samml. für Schleswig-Holst.-Lauenb. Gesch. S. 84 Nr. 80; Mekl. Urk.-Buch II S. 171 Nr. 907.

712.

1261—64.

Klageartikel des Königs Erich Glipping von Dänemark wider den Bischof Peter Bang von Roskilde, wonach letzterer dem Fürsten Jaromar von Rügen bischöfliche Gefälle und Kirchengeräth gegeben und ihn zum Einfall in die Roskilder Diöcese angetrieben hat.

— Item quod pecuniam, quam recepit de bonis episcopalibus et cibaria dedit Jarmaro et comitibus Holsatiae et aliis regni inimicis. — Item, quod cum dicto Jarmaro Roskildensem diocesim in multitudine armatorum hostiliter intrauit et de plebe sibi commissa stragem fecit et factam ratam habuit ad numerum fere X. millium hominum.

Gedruckt in Langebeck, Script. rer. Dan. V S. 613; Mekl. Urk.-Buch IV S. 213 Nr. 2682.

713.

1261—64.

Pabst Urban IV. fordert den Erzbischof von Lund auf, seine zum Nachtheile des Dänischen Reiches und namentlich durch verrätherische Verbindungen mit Jaromar, Fürsten von Rügen, mißbrauchte Würde niederzulegen.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri Jacobo archiepiscopo Lundensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram, fama clamante et clamore diffamante peruenit, quod Lundensis ecclesia quae olim spiritualium augmentatione bonorum et temporalium consueuerat ubertate florere, ad illum jam miserabilem statum tuis temporibus per tuam malitiam superbiamque deuenerit, quod nisi ei per apostolicae sedis consilium et auxilium celeriter succurratur, vix adduci poterit ut resurgat, cum in spiritualibus quasi omnino corruerit et in temporalibus ejus substantiis quarum prouentus, qui sex millia sterlingorum valere consueuerant annuatim, centum marcis vix ad praesens valere dicuntur, laesa enormiter et irreparabiliter quodammodo sit collapsa. Fertur etiam quod licet clarae memoriae Christophoro regi Daciae secundum morem et consuetudinem regni sui homagium feceris et super eucharistiam et lignum verae crucis in qua salus nostra pependit et alia sancta fidelitatis praestiteritis juramenta. Tutamen hujus juramenti religione contempta in crimen laesae majestatis incidere non formidans, conspirationem contra eundem regem facere teque cum potentibus eorundem regis et regni hostibus, quos injuste multotiens in expensis confoederare proditorie praesumpsisti et exercitu congregato Andream fratrem tuum cum nobili viro Yermaro principe Ruianorum, ad insulam praedicti regis quae vocatur Borendaeholm in Lundensi diocesi sub tuis sumptibus destinasti, ubi circa ducentos de hominibus ipsius regis procurasti, sicut dicitur, crudeliter trucidari, talliando residuos ejusdem regis homines ejusque castrum ibidem funditus destruendo et occupando ac detinendo. Ad hoc sic occupatam eandem insulam violenter in plurimorum scandalum et regiae dignitatis praejudicium et grauamen et tanquam ille, qui cum male fecerit gloriatur, publice non vereris asserere, quod de mandato tuo fuerint haec omnia perpetrata; dicitur etiam quod cum tu carissimum in Christo filium nostrum Ericum regem illustrem Daciae praedicti Christophori filium cum caeteris ejusdem regni optimatibus et proceribus elegisses in regem, postmodo contra homagium et juramentum fidelitatis, quod eidem praestiteras, temere veniens hostiliter opposuisti te ipsi dicens ipsum non esse regem neque esse debere et nolendo ejus imponere capiti prout ad te pertinet et pridem promiseras, regium diadema et ut promotionem ejus perniciosius impedires et ipsum a regni successione omnino excluderes in grave ipsius regis et regni scandalum statuisse ac per excommunicationis sententiam inhibuisse assereris, ne quis eum coronare aut coronationi ejus praesumeret interesse. Nec his contentus in eundem Ericum regem coronatum per illos, qui hoc facere potuerunt, nec non et coronatores ejus post appellationem legitimam ab iis super hoc ad sedem apostolicam interjectam excommunicationis de facto protulisti sententiam et excommunicatos fecisti nunciari publice. Cumque praedictus Ericus rex et charissima in Christo filia nostra Margareta regina Daciae mater sua ac venerabilis frater noster episcopus Slesuicensis fuissent ab eorum hostibus captiuati, tu ad castrum, in quo fuerunt idem rex et episcopus sine vinculis detenti, te personaliter transferens procurasti statim (quod te non decuit) quod dictus episcopus cathenis ferreis ligaretur, ac nobilem mulierem Mechtildem, relictam quondam Abel qui pro Daciae rege se gessit, quae diu ante in manus venerabilis fratris nostri Otthoniensis episcopi votum castitatis

emiserat perpetuae, adeo circumuenire et inducere non es veritus quod illa fracto et postposito continentiae voto, ad quod conseruandum ejus animum corroborare debuisset, nobili viro duci Sueciae se matrimonialiter copulauit. Quod non ob aliud procurasti, nisi ut praedictum ducem in ipsos regem et regnum suum prouocares. Alia quoque innumera persecutionum genera contra regem, reginam regnumque praedicto more tyrannico attentasti hactenus et attentare non desinis, quae longum esset singulariter enarrare et per quae non solum iram eorundem regis et reginae et regni, verum etiam indignationem omnipotentis dei dignosceris incurrisse et utinam persecutiones hujus in caput tuum tantummodo et non in exterminium ecclesiae praedictae, quae graui ruinae propter hoc subjacet, redundarent. Praeterea quasi parum tibi sufficeret, quod terrenis regibus es molestus, apposuisti etiam grauis esse regi caelesti, per quem reges regnant et principes principantur: dum orationi dominicae, quam Christus ipse composuit et symbolo, quod veneranda et prouida antiquorum sanctorum patrum auctoritas cum multa maturitate et attentione ad eruditionem et instructionem fidelium compilauit et in quo etiam tota fidei catholicae professio continetur, non es veritus quasdam correctiones, imo verius corruptiones, apponere, et quod est damnabilius sacerdotes tuae diocesis, qui tunc in synodum conuenerunt adjurare, quod Pater noster et Credo in unum deum, secundum tuas correctiones reciperent, suosque parrochiales de his instruerent et docerent correctiones easdem. Et quia dicti sacerdotes hoc facere penitus noluerunt, dicentes quod in haeresin populus laberetur, si fidelibus aliam fidem quam catholica tenet ecclesia, praedicarent, tu dubitans ne id ad apostolicae sedis audientiam perueniret, extorsisti ab eisdem sacerdotibus juramentum, quod nunquam tantam tuam insolentiam alicui vel aliquibus reuelarent. Quod si veritate fulcitur, non caret procul dubio scrupulo haereticae prauitatis. Ad haec qualiter nobis et apostolicae sedi deuotus et obediens extiteris et adhuc existas, processus damnabiles per te olim habiti in Burgulensis et Arhusiensis ecclesiarum tunc vacantium negotiis, ad quarum alteram videlicet Burgulensem quendam Olaum de diuersis et grauibus criminibus diffamatum grauiter contra mandatum et decretum ejusdem sedis, ad reliquam Arhusiensem videlicet Arnfastum manifestum praedicti regis Erici aduersarium, utpote qui patrem ipsius regis veneno dicitur peremisse, pendente apud eandem sedem electionis negotio de venerabili fratre nostro Tukone Arhusiensi episcopo, consecrasti de facto, imo verius execrasti, nec non et contemptus notabilis fastusque superbus, quos circa dilectum filium magistrum Gerhardum nuncium dictae sedis in Dacia praesumptuose nimis et damnabiliter ostendisti et contumacia quoque detestabili in qua citatus per eundem nuncium auctoritate nostra, ut personaliter ad nostram praesentiam accederes et per annum et amplius exspectatus contemnendo ad nos venire obstinata mente perduras manifeste declarant. Et licet idem nuncius in te tuis culpis exigentibus, excommunicationis sententiam rite auctoritate apostolica promulgauit. Tu tamen excommunicationem hujus vilipendens pontificale officium exercere teque diuinis officiis irreuerenter ingerere non vereris, in animae tuae periculum, plurimorum scandalum et ecclesiasticae disciplinae contemptum. Haec et alia quam plurima grauia et enormia commisisse hactenus et committere adhuc indesinenter assereris, quae apostolicae correctionis linea et debitae animaduersionis censura indigere noscuntur. Nos igitur cupientes finali dictae ecclesiae ruinae, prout tenemur occurrere et quantum in nobis est exsoluere circa illam, ad quod nos obligat jugum apostolicae seruitutis, licet a te tanquam villico diffamato tuae vilicationis exigere rationem, cognita de iis veritate possemus, illius tamen sequentes exemplum qui neminem vult perire. Quoniam a te ipsius ecclesiae panditur omne malum, fraternitatem tuam monemus, rogamus et adhortamur attentius mandantes et charitatiue consulentes, ut

colligens causam tuam in sino tuo teque ipsum totum ante oculos tuos ponas et dictae sedis circa te patientia non abutens, ulterius non exspectes, sed ipsius ecclesiae tuaeque paci prouidens et quieti, ejus regimini in manus dilectorum filiorum prioris de Hahnsted Lundensis diocesis et supprioris fratrum praedicatorum Lundis, quos ad te propter hoc specialiter mittimus et quibus etiam recipiendi cessionem hujusmodi vice nostra plenam et liberam facultatem per alias nostras concedimus litteras sponte cedas, sciturus quod si nostro in hac parte parere curaueris consilio et mandato, de nostra et dictae sedis misericordia quae consueuit obedientes et humiles in suae benedictionis dulcedine praeuenire, aliquatenus non diffides. Sed si elegeris praedictam ecclesiam in hujusmodi tribulationibus amplius detinere nostrisque super hoc nullatenus adhaerere consiliis, nos, ne culpas tuas nostras facere videamur, dissimulare ulterius non poterimus, quin ad indagandum et puniendum excessus tuos grauiter exigente justitia, constanter auctore domino procedemus, eidem ecclesiae spiritualiter et temporaliter prouisuri.

Abgedruckt in Langebeck, Script. rer. Dan. Tom. V S. 609.

714.

1262 Februar 1. (kalendas Februarii) in Cammin.

Hermann, Bischof zu Camin, schenkt dem Kloster Bukow den Zehnten von 300 Hufen und zwar von 4 in Bublitz, je 40 in Preetz, Schlawin, Parpart, Göritz, Pribstow, Grabowe, Panknin und 16 in Bukow.

In nomine domini amen. Hermannus dei gratia Camminensis ecclesiae episcopus omnibus in perpetuum. Cum ex iniuncto nobis officio caritatis officia omnibus impendere teneamur, maxime tamen illis tenemur, qui nocte dieque laude creatoris omni prae aliis hospitum ac pauperum receptioni invigilant cum omni diligentia ac desudant, hinc est quod notum esse volumus vniuersis, quod nos ob reuerentiam dei ac gloriosae virginis Mariae monasterio in Bucowe Cystertiensis ordinis, quod de nouo ad laudem dei et ad pauperum sustentationem et hospitum receptionem fundatum est, de pleno nostri capituli consensu contulimus integram decimam trecentorum mansorum in villis subnotatis, in Bobolitz quatuor, in Poretz quadraginta, Slouin quadraginta, Parpart quadraginta, Guritz quadraginta, Pristowe quadraginta, Grabowe quadraginta, Pankanin quadraginta, (in Bucowe quadraginta)[1]) et in ipso loco Bucowe sedecim mansorum . . . . [2]) In villis igitur supradictis exceptis . . . . quadraginta mansorum et super addidimus . . . . . . [grangias][3]) locandas ubi eis . . . . Praedictam igitur decimam tam in spiritualibus quam mundanis rebus cum omni jure quod in ipsis habere poterint . . . . . liberaliter praesentibus confirmamus. Testes huius priuilegii sunt N. praepositus, Adolphus decanus, Lambertus scholasticus, Hinricus custos, Theodericus cantor Hildensemensis, Hinricus de Ratenowe et alii quam plures. Vt autem hoc tam pium factum nostrum semper firmum permaneat, praesentem literam inde conscriptam sigilli nostri ac capituli munimine fecimus communiri. Data anno domini nostri

---

1) „In Bucowe quadraginta" ist wegen des folgenden et in ipso Bukowe sedecim mansorum ein Schreibfehler, wie auch die Aufrechnung zeigt.

2) Die folgenden Lücken befinden sich bereits in der von Dreger benutzten Matrikel.

3) Die Matrikel hat gratias, doch ist jedenfalls grangias zu setzen.

millesimo ducentesimo sexagesimo secundo in Cammin kalendas Februarii per manum notarii nostri Johannis.

Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Bukower Matrikel fol. 2ᵛ.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 459 Nr. 347.

715.

1262 März 21. (III feria post dominicam Letare) Demin.

Herzog Wartislaw III. schenkt dem Kloster Dargun das Eigenthum von zwei Hufen zu Buchholz, welche dasselbe vom Ritter Bernhard Honig erhalten hatte.

Wartisslaus dei gracia dux Deminensis omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in uero salutari. Euanescunt simul cum tempore, que geruntur in tempore, nisi recipiant uoce testium aut scripture memoria firmamentum. Qua propter notum esse uolumus vniuersis, qui presens scriptum intuentur, quod dominus Bernardus Mel dictus, aduocatus noster, consensu nostro sancte Dargunensi ecclesie necnon fratribus ac dominis inibi domino famulantibus duos mansos in Bokholt pro suorum remedio peccatorum conferens perpetualiter assignauit. Nos autem proprietatem iam predictorum mansorum, [ut participes][1]) deuotarum efficiamur orationum, duximus dicto conuentui presentibus assignandam. Et vt res gesta robur obtineat firmitatis, presentem paginam inpressione sigilli nostri precepimus communiri. Cum hec agerentur, hii testes astiterunt: dominus Andreas plebanus Deminensis, Johannes miles de Pens, Wacholdus miles et alii quam plures. Datum Demin anno dominice incarnationis M.C.C.LX.II III feria post dominicam Letare.

Original im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 200 Nr. 941.

716.

1262 April 11. (IIIᵒ ydus Aprilis).

Friedrich, Abt zu Michelsberg bei Bamberg, verleiht dem Marquard Wussow 13 Hufen zu Mandelkow mit der Verpflichtung, die nach Bamberg reisenden Geistlichen der Jacobikirche zu Stettin mit einem brauchbaren Pferde auszurüsten.

Anno domini MᵒCCᵒLXII Fredericus abbas et conuentus monasterii nostri Babenbergensis alienauerunt XIII mansos in Mandelkow, quos dederunt Marquardo Wussowen militi in tytulum pheodi, ita quod ipse Marquardus ecclesie sancti Jacobi deberet esse vinculo astrictus et fratres eiusdem ecclesie proposse promouere ac eisdem euntibus ad monasterium suum Babenbergensem vtiliter de equo qui commode equitari posset prouidere et alia seruicia consweta facere. Huius litera habetur apud nos habens sigilla abbatis et conuentus. Data anno supradicto IIIᵒ ydus Aprilis.

Liber S. Jacobi (in der Jakobikirchen-Bibliothek zu Stettin) fol. 54ᵛ.

---

[1]) Durch Mäusefraß an der linken Seite eine Lücke.

717.

1262 April 20. (XII kal. Mai) in Dymin.

Johann von Wacholz, Ritter zu Demmin, schenkt dem Kloster Dargun seine Einkünfte aus der Mühle zu Levin.

Vniuersis Christi fidelibus, quorum audiencia presens scriptum fuerit recitatum, Jo[hannes] milis (!) in Dymin dictus de Wacholthe salutem. Mater obliuionis antiquitas ita modernorum factis derogare consueuit, ut ea cito a memoria labantur, nisi testimonio scripturarum diligencius roborentur. Presentibus igitur litteris duximus protestandum, quod nos de pleno heredum nostrorum consilio, beneplacito et consensu ecclesie sancte Marie virginis in Dargun et fratribus nostris inibi domino iugiter famulaturis obtulimus redditus per omnia, quos in molendino Leuin habere dinoscimur, hoc solum precipium necnon et utilius inter omnia iudicantes, si terrenis celestia et transitoriis contrahantur sempiterna, ut una cum coniuge nostra pro hiis et aliis beneficiis adhuc misericorditer impendentes in parte aliqua graciarum actiones mereamur, n[ichi]llom[inus] gloriam in presenti et graciam in futuro. Preterea ne quid desit donationi nostre, in hanc [rei]euidenciam et firmum testimonium contra iam sepe dicte ecclesie emulos presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus emuniri (!) Datum in Dymin, anno gracie M.CC.LXII. XII kal. Mai.

Das aus der Urkunde geschnittene Siegelband ist abgerissen.

Original im Großherz. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Mekl. Urk.-Buch II S. 201 Nr. 944.

718.

1262 April 20. (XII. kal. May) in Dargun.

Heinrich, Abt zu Dargun, verleiht dem Ritter Johann von Wacholz einen Antheil an Rottmannshagen, behält sich jedoch die Mühle daselbst vor.

Frater Heinricus miseratione diuina dictus abbas in Dargun omnibus presentem paginam inspecturis eternam in Christo salutem. Acta discretione preuia plerumque deleri solent obliuionis nebula, nisi litterarum et testium fuerint cautione munita. Quapropter vniuersis et singulis notum esse cupimus, quod nos domino Johanni militi de Wacholte villam Rathenowe porreximus locandam cultoribus in hunc modum, videlicet ut a valle et palude, per quam transit pons, qui bolbruchge dicitur, inter villam Cytemin et Rathenowe, quotquot mansos distinxerit per transuersum usque ad bona domini Johannis Wlpis, hos cultoribus distribuat, ita sane, ut duo mansi nobis, sibi vero vicissim semper mansus tercius et insuper vnus mansus singulariter debeatur. Volumus preterea, ut in iudicio, quod thetdinch dicitur, quodque ter in anno solet fieri, scilicet circa natiuitatem domini et in pascha et circa festum sancti Michaelis, mediam partem habeat eiusmodi iuris, quod habere dinoscimur in eodem, et quod homines dicte ville Rathenowe premissis temporibus in Ducowe ad memoratum iudicium ueniant, set aduocatus nil partis sortiatur in ipso. Porro molendinum ville Rathenowe cum suis prouentibus totaliter nobis cedet. Testes itaque huius rei sunt dominus Johannes prior domus nostre, Fridericus celerarius, Arnoldus Magnus, Johan-

nes de Rathenowe; milites vero dominus Widekinus de Walsleue, Alexander de Stouenhagen, Johannes Wlpis et Johannes de Gramsowe; item Lambertus villicus de Golisowe, Albertus villicus de Scarbesowe, Vader et Heinricus villicus de Ducowe. Acta vero sunt hec anno gratie M̊.CC̊.LXII̊. Vt igitur huius facti series firma iugiter et immobilis apud posteros perseueret, presentem paginam super ipsa porrectam sigillis domini Johannis de Wacholte et nostro censuimus muniendam. Datum in Dargun, XII̊ kal. Mai.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt bei Lisch, Mekl. Urk. I S. 122; Mekl. Urk.-Buch II S. 202 Nr. 945.

719.

1262 Juni 15. (in festo Viti et Modesti martirum) Gripeswald.

Herzog Wartislaw III. verleiht dem Hospital S. Spiritus zu Greifswald zwei Scheffel Korn jährlich, giebt ihm das Recht, Legate anzunehmen und bestellt die Rathmannen zu Greifswald zu höchsten Procuratoren des Hospitals.

Wartislaus, dei gratia dux Deminensis, omnibus Christi fidelibus hanc paginam uisuris salutem in salutis auctore. Quoniam sacris paginis frequentur edocemur, opera pietatis imitari et debilibus ac occulto dei iudicio diuersis egritudinibus oppressis karitatis uiscera demonstrare, notum esse uolumus vniuersis, tam presentibus quam futuris, quod nos ob remuneracionem diuine retributionis necnon ob nostrorum indulgenciam peccatorum domui sancti spiritus Gripeswald ad refectionem pauperum ac debilium siue infirmorum inıbi manencium et ad suscipiendos hospites et aduenas duos tremodios, vnum videlicet siliginis et vnum brasei, quale de molendino solutum fuerit, perpetuo duximus conferendos. Preterea nos ratum et gratum tenemus, ut quilibet pro sue modulo possibilitatis largiatur elemosinam qualemcunque domui prenotate ad pauperes recreandos. Insuper uolumus et precipimus, ut si quis domos, agros, possessiones aut predia dictis pauperibus erogauerit, commode nostro auxilio possideant et quiete. Preterea precipimus dilectis nostris consulibus Gripeswald, ut summi et veri procuratores sint ipsius domus iam sepius prenotate, concedentes ex parte nostra nostroque adiutorio, ne aliqua iniuria uel violencia ab aliquibus ipsi domui erogetur. Et vt res gesta perpetuo maneat inconuulsa et a nostris posteris robur obtineat firmitatis, presentem paginam nostro sigillo precepimus communiri. Insuper appensione dilecte ciuitatis nostre sigilli hoc factum immutabiliter confirmamus. Cum hec agerentur hii testes astiterunt: commune consilium ciuitatis nostre Gripeswalde, Henricus Vrsus, Bertholdus aduocatus, Bespraus camerarius, Hermannus de Lubeke, Martinus de Trebetow, Hildebrandus de Luneborg, Heilardus de Wismaria et honesti quam plures. Datum Gripeswald, anno domini M̊.CC̊.LX̊.II̊, in festo Viti et Modesti martirum per manum Johannis notarii.

Siegel Wartislaw an roth- und gelbseidener Schnur anhängend, das Siegel der Stadt abgefallen.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 11a.

Gedruckt in Dähnert, Sammlung, Suppl. IV. S. 105; Balthasar, Histor. Nachr. von den Landesgesetzen S. 161; Oesterding, Pomm. Magazin I S. 210; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 74 Nr. 46.

720.

1262 Juni 24. (in die Johannis baptiste) Stetyn.

Der Ritter Gerbord von Köthen überträgt dem Johann Calue und Conrad de Welpe sowie dessen Schwiegersohne Johann einen Hagen, genannt Halteshagen mit der Bedingung, daß die Bewohner jährlich einen Schilling von der Hufe sowie den Zehnten geben sollen, von welchen Einkünften die Hälfte Gerbord, die Hälfte den Beliehenen zufällt.

Vniuersis presentem paginam inspecturis Gherbordus miles dictus de Kothene paratam ad quecunque beneplacita voluntatem. Quoniam vniuersorum hominum actus vna cum temporis volubilitate in obliuionem transeunt, necessarium arbitramur et expediens, ut ea que firmitatis robur sortiri debent scriptis auctenticis ac testium ydoneitate adeo stabiliantur, ut nullius occasione dubietatis seu calumpnie valeant infringi in posterum uel mutari. Hinc est quod notum esse uolumus tam presentis quam futuri temporis nationibus, quod nos de consilio dominorum et amicorum nostrorum in terra Poliz indaginem quandam possidendam locauimus Johanni Calue et Conrado dicto de Welpe et Johanni, genero Conradi de Welpe que vocatur Halteshagen tali conditione, quod vniuersi ciues dictam indaginem inhabitantes et agros excolentes eiusdem dabunt de quolibet manso vnum solidum denariorum et insuper decimam eorum que crescunt in agris dicte indagini adiacentibus et etiam minutam decimam. Horum autem omnium tam decimarum quam denariorum cedet nobis medietas et medietas predictis tribus viris, quibus dictam indaginem contulimus possidendam, qui etiam magistri indaginis nominati. Preterea medietas dictorum trium virorum . . . .[1]) sic diuidetur inter ipsos quod medietas cedet predicto Johanni Caluo et alia medietas cedet aliis predictis duobus videlicet Conrado de Welpen et Johanni genero ipsius. Damus insuper predicte indaginis ciuibus hanc libertatem, ut quisquam illuc mansurus venerit, libere possit et tempore libertatis ceruisiam venalem braxare, pistare panem, carnes mactare ad vendendum, ita ut nulli inde aliquid soluere teneantur. Damus nichilominus eisdem ciuibus libertatem a festo Martini proximo venturo in antea ad decem annos ita ut exempti sint ab quibuslibet seruiciis et a solutione omnium decimarum. Insuper contulimus Rudolfo molendinum eiusdem indaginis annis singulis pro IIII^or choris siliginis et dabit a festo Martini predicto ad tres annos vnum chorum siliginis et in sequenti anno duos choros et in quarto anno quatuor choros et . . . .[1]) horum quatuor chororum cedet nobis medietas et medietas Johanni Caluo. Predicto eciam molendinario ad molendinum dictum adiecimus tria iugera que dicuntur Hegersche morgen. Preterea dedimus predicte indaginis ciuibus hanc prerogatiuam ut habeant iura in omnibus et ad omnia indaginis Stephani; si contingerit ipsos iura sua alibi querere, debent ea querere in predicta indagine Stephani uel in alio loco ubi eiusdem indaginis iura poterunt propius uel commodius inuenire. Preterea Conradus de Welpe uel gener suus Johnnnes contulerunt Johannis sorti vnum mansum de suis liberis mansis quem libere possidebit et nos ad hoc contulimus eidem Johanni vnum liberum mansum quem eciam libere possidebit. Insuper contulimus predicto Conrado et genero eius duos liberos mansos. Hec autem omnia que predicte indaginis ciuibus contulimus, contulimus ipsis iure pheodali ita ut eodem iure deuoluantur ad vxores et pueros eorum et ad alios ipsorum consangwineos et cognatos. Vt autem hec omnia firma et inconwlsa permaneant, presentem paginam inde confectam eisdem

[1]) In der Matrikel nicht mehr lesbar.

tradi iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius rei sunt dominus Hinricus de Mosozin, Rodolphus de Cedelin, Johannes de Brusewiz milites, insuper Gobelo marscalcus, Hinricus Nudipes et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subnotata. Datum et actum Stetyn anno domini M̊.C̊C̊.LXII° in die Johannis baptiste.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jaseniţer Matrikel (p. 112) P. II Nr. 24.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 460 Nr. 349.

721.

1262 Juli 11. (V id. Julii) Viterbii.

Pabst Urban IV. beauftragt die Aebte von Usedom und Belbuck mit der Untersuchung der Streitsache zwischen dem Kloster Oliva und Herzog Sambor.

Urbanus episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . de Vznum et . . de Belbok abbatibus Premonstratensis ordinis Caminensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis dilecti filii . . abbas et conventus monasterii de Oliva Cisterciensis ordinis, quod nobilis vir Samborius de Liubesou Wladislaviensis diocesis eos quibusdam eorum possessionibus, que Gimeo cum tota Wanska vulgariter appellantur et quas ipsi iuste ac pacifice possidebant per violentiam spoliavit. Cum igitur spoliatis iniuste sit restitutionis beneficio succur[r]endum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eisdem abbate et conventu sicut iustum fuerit, de plano tamen et absque iudiciorum strepitu restitutis audiatis causam et appellatione remota fine debito decidatis facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante cogatis veritati testimonium prohibere, non obstante aliqua indulgentia sedis apostolice, de qua plenam et expressam ac de verbo ad verbum oporteat in presentibus fieri mentionem. Datum Viterbii V id. Julii, pontificatus nostri anno primo.

Bulle abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Königsberg, Schublade 55 Nr. 30; vergl. von Ledebur, Neues Archiv II S. 216 Anm. 40.

722.

1262 Juli 13. (tercio ydus Julii) Berge.

Die Könige Haquin und Erich von Norwegen bezeugen, daß sie mit Herzog Wartislaw III. von Pommern und der Stadt Greifswald einen Bund geschlossen und letzterer Handelsfreiheit in ihren Landen zugesichert haben.

H[aquinus] dei gratia rex Norwegie, E[ricus] eadem gratia rex iunior, filius suus, vniuersis Christi fidelibus presens scriptum audituris uel uisuris salutem in domino sempiternam. Cum sit rerum optima pax et concordia et ex ea salus et solacium perueniat plurimorum, ipsam amplecti desideranter affectamus tenere et fouere modis, quibus possumus,

insudamus, hanc ad omnes et singulos, quantum in nobis est, obseruare proponimus, ad hos tamen diligencius, qui nobiscum familiariori et arciori federe sunt coniuncti specialius. Hinc est, quod vniuersitati uestre duximus intimandum, nos cum nobili domino W. duce et principe Deminensi et Gripeswalde et consulibus et ciuibus predicte ciuitatis perpetue pacis et societatis per mutuas litteras fedus contraxisse nulla temporum mutabilitate infringendum, ita videlicet, ut quicunque dicte ciuitatis mercatores ad partes nostre dominacioni subiectas uelificauerint, ire et redire, emere et uendere secundum morem patrie et alia sua negocia promouere libere ualeant et secure. Et si qui de nostris eis minus iuste ausu temerario in rebus uel personis aliquam iniuriam irrogauerint, nos lesis omnis satisfaccionis iusticiam incunctanter faciemus exhiberi et insuper hi, qui turbacioni et iniurie occasionem et causam prestiterunt, digna sue presumtionis ulcione punientur. Datum Berge anno domini M.CC.LXII. tercio ydus Julii.

Siegel von der roth- und gelbseidenen Schnur abgefallen. Ein Siegelbruchstück beiliegend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 11[b]; Orig.-Transs. ebendas.

Gedruckt in Gesterding, Beiträge, 1. Fortsetzung S. 37; Suhm, Historie af Danmark X 1004 druckt nach einem Transsumt mit Auslassung des tertio vor ydus Julii diese Urkunde fälschlich zum 15. Juli 1262 ab.

723.

1262 Oktober 18. (in festo beati Luce ewangeliste).

Hermann, Bischof zu Camin, transsumirt eine Urkunde des Fürsten Grimislaw d. d. 1198 Nov. 11. (Bd. I S. 99 Nr. 133), worin dieser den Johanniter-Orden mit seiner Burg Stargard bewidmet und die Grenzen des Gebiets derselben beschreibt.

— Et ego Hermannus dei gratia Caminensis episcopus et ego Adolfus, decanus eiusdem ecclesie, vidimus litteras domini Grimizlai in modum suprascriptum cum filo et sigillo eius pendentibus et legimus de verbo ad verbum non cancellatas non abolitas nec in aliqua parte sui viciatas, et ad peticionem et perpetuam memoriam magistri et fratrum hospitalis Jerosolimitani sigillorum nostrorum munimine eas fecimus roborari. Ego etiam Henricus presbiter et notarius dicti episcopi Caminensis de mandato eius predictam litteram transscripsi et publicaui. Actum et datum anno domini M°.CC°LX° secundo in festo beati Luce ewangeliste.

(Beschädigtes) Siegel des Bischofs anhängend.

Orig. im Königl. Staats-Archiv zu Königsberg, Schublade 48 Nr. 2; Copiarium A. 18 fol. XLVIII.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 63. 64; Hasselbach-Kosengarten, Cod. Pom. dipl. S. 184 Nr. 76.

724.

1262 October 18. (in festo beati Luce ewangeliste).

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt die Urkunde Herzog Barnims I. d. d. 1229 (Bd. I S. 209 Nr. 257), worin dieser dem Johanniter-Orden die von seinem Vater und Großvater geschenkten Besitzungen

Stargard, Sallentin, Colow, Tychow, Zartzig, Wulkow, Köselitz, Cozlow, Zadelow, Klempin, Gumence, Lecnicea und Gogolow bestätigt.

— Et ego Hermannus dei gracia Caminensis episcopus et ego Adolfus, decanus eiusdem ecclesie, vidimus litteras domini Barnim sigillo suo et matris eius signatas et legimus de verbo ad verbum, ut supra transcriptum est, non cancellatas non abolitas nec in aliqua parte sui viciatas, et ad peticionem et instanciam et perpetuam memoriam sigillorum nostrorum munimine eas fecimus roborari. Ego eciam Henricus presbiter, notarius dicti episcopi Caminensis de mandato eius predictam litteram transscripsi et publicaui. Actum et datum anno domini M°.CC°.LX° secundo, in festo beati Luce ewangeliste

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Geh. Staats-Archiv zu Berlin (Johanniter-Orden).

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. I. 6. S. 13 Nr. 7; vergl. Hasselbach-Kosegarten, Cod. Pom. dipl. S. 538.

725.

1262.

Herzog Swantopolk schenkt dem Kloster Bukow den Bukow-See und behält nur den Leuten des Caminer Bischofs in Eventhin das Recht der Fischerei mit kleinen Netzen vor.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Swantopolcus dei gratia dux Pomeranorum, vniuersis praesentem paginam visuris. Vniuersitati vestrae significamus, quod nos claustro beatae Mariae in Bucowe et fratribus ibidem commorantibus contulimus stagnum Bucowe integraliter nulla facta exceptione, nisi quod homines domini Camminensis de Gewenthin in paruis retibus et sportis et in hamis et non sagenis magnis liberam habeant piscationem. Datum et actum anno domini millesimo ducentesimo et sexagesimo secundo. Testes isti interfuerunt: Ratiburius dei gratia dux Slauorum, dominus abbas de Vsnam, praepositus de Colberg, Vitico burggrauius Swecensis, Gutslaus, Bugislaus et quam plures. In cuius rei testimonium praesentem paginam sigilli nostri munimine roborari et collationem confirmari [fecimus].

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 41v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 454 Nr. 343.

726.

1262 in Tanchlym.

Herzog Barnim I. verkauft dem Kloster Usedom das Dorf Kutzow mit allem Rechte für 120 Mark.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus presentem paginam intuentibus in perpetuum. Acta principum festinanter irent in obliuionem, nisi uoce testium uel scripti memoria firmarentur. Innotescat igitur presentibus et futuris, quod nos ecclesie sancte Marie sanctique Godehardi in Grobe domino Wiardo ab-

bati omnibusque successoribus eius ceterisque confratribus suis in eadem ecclesia Christo deuote nocte dieque famulantibus pro remissione nostrorum peccaminum eternique regis misericordia consequenda, attendentes etiam beneficia nobis ab ipsis sepius inpensa, idcirco iustis peticionibus ipsorum annuentes eis uillam quandam uocabulo Cutzow uendidimus pro centum marcis et uiginti denariorum, et campum adiacentem cum terminis, decimis, cum proprietate et omni iure, quo a nobis cetera eorum tenent bona, donauimus et porreximus eorum usui perpetuo feliciter possidendam. Ne autem huic facto inposterum aliqua nouercari possit calumpnia, presentem ipsis scribi fecimus litteram sigilli nostri munimine roboratam. Huius facti et donationis testes sunt dominus Gunterus abbas de Stolp, dominus Conradus de Gardiz plebanus, Gerardus de Szwerin, Aldachus frater eius, Rodolfus Mund, Rodolfus de Nienkerken, Hinricus Mund, Frethericus Munt, Hynricus Lukere milites et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subarrata. Acta sunt hec publice in Tanchlym anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo. Datum per manus Johannis de Parchem notarii nostri.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin r. s. Pudagla Nr. 25; Pudaglaer Matr. (p. 74) fol. 20ʳ (XVI. E); Transſ. vom 13. Juni 1317 fol. 29ʳ (XXV. D); vergl. Klempzens Extract fol. 108ʳ.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 455 Nr. 344.

727.

1262 super Zwinam.

Herzog Wartislaw III. schenkt der Domkirche zu Colberg das Dorf Bogentin.

Wartislaus dei gracia dux Demynensis aduocatis, consulibus et officiatis uniuersisque in terra sua manentibus salutem in domino. Ex uniuersis bonis, que deus contulit homini, partem debet percipere prestitorum. Qvapropter notum cupimus fieri omnibus, qui presentem literam intuentur, quod nos intuitu remunerationis diuine ob nostrorum indulgenciam peccatorum ecclesie beate semperque virginis Marie Colberge et dominis ac canonicis inibi deo famulantibus villam Boguntin cum agris pratis nemoribus et cum omni iure perpetuo duximus conferendam. In hujus itaque rei euidenciam presentem paginam sigillo nostro fecimus communiri. Quicunque itaque huic facto ausu temerario presumpserit contraire, iram et offensam nostram se nouerit incursurum. Datum super Zwinam anno dominice incarnacionis M°.CCLXII°.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matr. S. 24.

Gedruckt in Wachsen, Gesch. der Altstadt Colberg S. 345; Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 456 Nr. 345.

728.

1262 super Zwinam.

Herzog Wartislaw III. gründet die Stadt Greifenberg und stattet dieselbe mit hundert Hufen, die Kirche mit vier Hufen aus. Von den hundert Hufen erhält Jakob von Treptow zwanzig Hufen, zehn Ritter und Knappen 30 Hufen. Ferner erhält die neue Stadt die vorbeifließende Rega bis zum Meere, Lübisches Recht, Abgabenfreiheit auf zehn Jahre und Holz zum Hausbau aus den herzoglichen Forsten.

Wartislaus dei gratia dux Diminensis universis Christi fidelibus et omnibus hoc scriptum

intuentibus salutem in Jesu Christo. Euanescunt simul cum tempore, que geruntur in tempore, nisi recipiant voce testium aut scripture memoria firmamentum. Qua propter notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos noue ciuitati super Regam centum mansos et qvatuor mansos ecclesie eiusdem ciuitatis duximus perpetuo conferendos cum decime integritate. Ex istis centum mansis contulimus Jacobo de Trebetowe possessori dicte ciuitatis viginti mansos cum jure civitatensi et jure feodali suisque heredibus perpetuo possidendos. Ex istis iterum centum mansis contulimus decem militibus et famulis triginta mansos, ita tamen quoad usque ibidem manserint pareant juri ciuili. Preterea contulimus fluvium adjacentem, qui Rega dicitur, supra notate ciuitati cum omni libertate usque ad salsum mare. Insuper idem ius, quod Gripeswolde de Lubeke habetur, nostre contulimus ciuitati. Ab illo tempore quo dicta ciuitas sumpsit initium, ipsi decem annis ab importuna petitione contulimus libertatem. Preterea ad edificia nemus et ligna, que nostra esse dinoscuntur, ipsis indulgemus et ea que nostris possumus obtinere precibus et rogatu. Theloneum uero sicut Gripeswalde possidebunt. Cum hec agerentur hi testes astiterunt: dominus Borco, Kazimarus, Bispraus camerarius, Heinricus Ursus, Bertoldus aduocatus, Tessen, Teslaus Primzlavitz, Domasslavus, Dobesslaus, Gnewomer, Woien, Nicolaus, Tezbesslauitz, Trebemer, Hermannus et Bertoldus Doringi, Johannes Troie et alii milites, Jacobus de Trebetowe et consules dicte civitatis. Datum super Zwinam anno domini M.CC.LXII.

Original-Transf. vom 21. Sept. 1264 im Stadt-Archiv zu Greifenberg (jetzt nicht mehr vorhanden); Greifenberger Stadtbuch S. 5. (Transf. vom 21. Sept. 1264) durch Mäusefraß beschädigt; S. 25 (Deutsche Uebersetzung als Transf. vom 2. Mai 1464); Bibliothek. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Dreger, Registratur II (1264) Nr. 15.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 456 Nr. 346; v. Eickstedt, Urkundensammlung I S. 48 Nr. 12; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 73 Nr. 45.

729.

1262[1]) Piriz.

Herzog Barnim I. schenkt dem Nonnenkloster zu Pyritz zum Neubau desselben zwei Hufen in Köselitz.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus ad quos praesens scriptum peruenerit aeternam in domino salutem. Cum ecclesias plantare et plantatas fouere debeamus, dignum est ut eas modis quibus possumus extollamus pariter et honoremus. Ea propter sciant praesentes et nouerint futuri in Christo fideles, quod nos proprietatem duorum mansorum in villa, quae dicitur Coselitz ad nos ab antiquo pertinentem, claustro dominarum in Piriz de nouo constructo opere sumptuoso et adhuc construendo in remedium nostrorum peccaminum et antecessorum cum omni iure contulimus quiete perpetuo possidendam. Igitur ne quis huic nostrae donationi ausu temerario vel modo aliquo audeat contraire, istam litteram super eo dedimus sigilli nostri impressione diligentius roboratam. Testes huius nostrae donationis

[1]) Die alte Hand, welche die Jahreszahlen am Rande der Matrikel vermerkt hat, schreibt 1267. Nach Zinckernagel Tab. III ist jedoch das im Text stehende letzte Zahlzeichen des Datums als „2" aufzulösen.

sunt Thidericus de Leina, Heinricus de Murzin, Gotkinus aduocatus, Rudolphus de Zedelin milites et alii quam plures in Christo fideles. Datum Piriz anno domini M°.CC°LXII°.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Pyritzer Matr. (p. 11) fol. 4ᵛ; Abschrift in der Universitäts-Bibliothek zu Greifswald s. r. Msc. Pomer. fol. 135 (fol. 305) (1261).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 446 Nr. 335 (1261).

730.

1263 Januar 21. (in die beatae Agnetae virginis) in Stettin.

Herzog Barnim I. verleiht der Stadt Pyritz dasselbe Recht, auch das Innungsrecht, wie es die Stadt Stettin besitzt.

Barnimus dei gratia dux Slavorum omnibus hanc literam visuris in perpetuum. Ne gestarum rerum memoria processu temporis possit evanescere, discretorum virorum peritia solet eas per literas exornare. Innotescat igitur praesentibus et futuris, quod nos viris honorabilibus ac discretis consulibus universisque burgensibus et eorum haeredibus in ciuitate nostra Pyritz morantibus tale ius donavimus et contulimus, quali nostri burgenses de Stettin utuntur, ipsorum usui foeliciter possidendum, volentes etiam ut in officio quod theothunice innige nuncupatur et in omni alio iure predictos nostros burgenses de Stettin penitus imitentur. Ne autem huic solenni dono aliqua imposterum possit novercari calumnia, praesentem ipsis contulimus paginam sigilli nostri robore confirmatam. Huius donationis testes sunt Gottfridus de Smogerow, Johannes de Brusewitz milites, Gobelo marscalcus, Theodericus Sapiens, Theodericus de Soltvedele, Arnoldus Sapiens, Boldwinus de Luge, Theodericus a Cellario, Wilhelmus Magnus et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subarrata. Acta sunt haec in Stettin anno domini M°.CC°.LXIII. Datum ibidem in die beatae Agnetae virginis per manum Johannis de Parchen notarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomat. civit. Pyritz. Nr. 1; Privilegienbuch der Stadt Pyritz im Stadt-Archiv das. Tit. I Sect. I Nr. 1.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 470 Nr. 359.

731.

1263 Februar 13. (in vigilia cinerum) Demin.[1])

Herzog Wartislaw III. belehnt den Lübischen Bürger Siegfried von Brügge und dessen Erben mit einer Hebung von 12 Mark Pfennigen aus dem Zolle zu Greifswald.

Wartisslaus dei gracia dux Deminensis omnibus Christi fidelibus hoc scriptum legentibus salutem in eo, a quo progreditur omnis salus. Quoniam antiquitas mater est obliuionis, obliuio uero lumen veritatis penitus extinguere consueuit, veneranda decreuit antiquitas, ut

[1]) Die Urkunde ist im Lübeckischen Urk.-Buch nach einem Transsumt im Archiv des Hospitals zum heiligen Geist in Lübeck abgedruckt. Bei der Ablieferung des Hospital-Archivs an das städtische Archiv ist das Blatt, welches auch die Transsumte zweier Urkunden Herzog Barnims I. vom 21. März 1273 enthielt, nicht mehr aufzufinden gewesen.

ea, que rationabiliter ordinantur, testibus et scripti munimine roborentur. Ea propter notum esse volumus uniuersis, quod nos Sifrido de Ponte suisque heredibus in nostra ciuitate Gripeswald duodecim marcas denariorum in thelonio iure feodali duximus conferendas. Ne igitur in posterum super hoc, quia labilis est hominum memoria, dubium aliquod oriatur, presentem paginam sigillo nostro nec non sigillo cognati nostri, domini Barnim videlicet ducis Stetinensis, in huius rei euidentiam, et ne detur litis occasio successori, fecimus communiri. Cum autem hec fierent, hii testes astiterunt: Bernardus Mel, Henricus Vrsus, Bertoldus aduocatus de Gripeswald et alii quamplures. Datum Demin, anno dominice incarnacionis M°CC°L.X°III. in vigilia cinerum.

Orig.-Transs. von 1360 im Archiv des h. Geistklosters zu Lübeck (nicht mehr vorhanden).

Gedruckt im Cod. dipl. Lub. I S. 252 Nr. 271; Lisch, Urk. des Geschl. Behr II S. 181 Nr. 261.

732.

1263 Februar 15. (feria 5. ante Inuocauit) in Dimin.

Hermann, Bischof zu Camin, verbindet sich mit Hermann, Bischof zu Schwerin, zu wechselseitiger Anerkennung der von ihnen verhängten geistlichen Strafen.

Der Bischoff zu Cammin H. ist mit Hermanno, Bischoffen zu Zwerin, verglichen, daß ein dem andern getrewen Beistandt leisten solle, also das dieienigen, so der Bischoff zu Cammin in den ban erkleren wirt, im Stiffte Zwerin auch verbannet sein solten, vnd hinwiderumb gleichfalß. Acta sunt in Dimin, 1263 feria 5. ante Inuocauit.

Clandrian, Protoc. f. 261ᵃ im Großherz. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Mekl. Urkunden III S. 107 Nr. 53; Mekl. Urk.-Buch II S. 226 Nr. 986.

733.

1263 März 11. (quinto idus Martii).

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster zu Ueckermünde das Patronat der Kirche zu Morin, sobald es erledigt sein wird.

Barnym dei gratia dux Slauorum ac Pomeranie salutem in domino. Quoniam oportet nos diem extremum bonis operibus preuenire diuine pietatis intuitu fratribus de Vkermunde ordinis sancti Victoris Parisiensis Caminensis dyocesis ecclesiam in Morin ius patronatus ac personatus ipsius ecclesie cum omnibus iuribus ecclesiasticis in mansis pratis et aliis bonis ad predictam ecclesiam spectantibus, quam citius vacauerit vel vacare poterit, quiete ac pacifice predictis fratribus contulimus in perpetuum possidendam. Et vt hec nostra collacio firma sit et inconwlsa ac inuiolabiliter obseruetur in posterum, presentem paginam sigilli nostri munimine roborauimus. Datum anno domini M°.CC°. sexagesimo tercio quinto idus Martii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jaseniter Matrikel (p. 44) P. I Nr. 28; P. II Nr. 41 (Transs. vom 20. Juni 1323).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 462 Nr. 350; Kletke, Reg. Neom. S. 21.

734.

1263 März 19. (actum XIIII. kalendas Aprilis) in Krecowe, März 29. (datum IIII. kalendas Aprilis) Stetin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Nonnenkloster zu Stettin zehn Mark jährlicher Einkünfte aus der Münze daselbst zum Messelesen für seine verstorbene Gemahlin Margarethe.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis in perpetuum. Ne decursus temporis facta hominum obliuioni commendet, expedit ut ea quae aguntur in tempore lingua testium et scripturae memoria perhennentur. Hinc est quod ad noticiam deducere cupimus tam praesentium quam futurorum, quod nos pro remedio ac salute animae dilectae coniugis nostrae Margaretae viam uniuersae carnis ingressae contulimus monasterio sanctimonialium Cysterciensis ordinis in Stetin decem marcas denariorum in moneta nostra Stetin annis singulis recipiendas et in perpetuum possidendas, et ut sanctimoniales dicti monasterii anniuersarium iam dictae vxoris nostrae Margaretae per singulos annos cum vigiliarum et missarum solempniis exequantur. Vt autem haec firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseuerent, praesentem literam inde confectam eisdem sanctimonialibus tradi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt in Krecowe haec anno domini M.CC.LXIII. XIIII. kalendas Aprilis, praesentibus Conrado plebano in Gardiz, Johanne praeposito earundem sanctimonialium, Johanne nostro capellano clericis, item Ludolfo marscalco de Parborne, Johanne de Nederen, Johanne de Leuenowe, Rodero militibus et aliis quampluribus quorum nomina huic paginae non sunt inscripta. Datum Stetin anno et mense praescriptis IIII. kalendas Aprilis.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 37) fol. XI Nr. 16; fol. 22 Nr. 46 vgl. Klempzens Extract fol. 293v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 462 Nr. 351.

735.

1263 Mai 7. (nonas Maii) in Rikenberghe.

Das Kloster Neuencamp vergleicht sich mit Hermann, Probst zu Riga, über die Grenzen der Dörfer Papenhagen und Wulffshagen.

Frater Alexander dictus abbas totusque conuentus in Nouo Campo omnibus hoc scriptum uisuris imperpetuum. Quecumque actio nec scripti amminiculo nec uoce testium eternatur, malicia hominum accedente de facili corrumpitur et mutatur. Ea propter nouerint uniuersi, quod cum venerabilis dominus Hermannus Rigensis prepositus ecclesiam nostram impeteret super parte piscature noui molendini nostri et de submissione pascuorum suorum et fossato et nos super distinctione terminorum uillarum Papenhaghen et Wlueshaghen uiolentiam et iniuriam nobis fieri quereremur, statutis arbitris ex deliberatione utriusque partis composuimus sub hac forma, quod pro omni impeticione pascua nostra, que infra Mugghenhole et Gusdin iacent circumfossa ad aquam tendentia in restaurum habebunt perpetua libertate; nec ulli hominum nostrorum liceat a littore ipsorum usque ad alueum ligna cedere nisi de ipsorum licentia speciali. De palude autem et pascuis infra aggerem sitis nullum omnino

ipsis preiudicium faciemus, dummodo in aggere nostro circa ipsum fodiendo non inferant nobis dampnum. Contulimus etiam eis, ut fratres ipsorum quoadusque grangiam in Wlueshaghen uel Gusdin habuerint et manserint, molant in molendino nostro libere viginti et quatuor tremodia annone singulis annis a festo omnium sanctorum usque in pascha tempore congruenti, ita tamen quod si uenditionis, permutationis uel locationis titulo renuntiauerint ipsis bonis, nulli hominum siue clerico siue laico huiusmodi astringamur libertate et sic de fouea tamtum (!) terre debemus accipere, ut ad meliorandum aggerem nostrum nobis sufficiat habundanter. Ceterum distinctio terminorum, que inter Papenhaghe et Wlueshaghe per dominum prepositum et nos mediantibus priore nostro et aduocato de Rikenberghe iam facta est, perpetuo perseueret. Acta sunt hec in Rikenberghe anno domini M.CC.LXIII nonas Maii presentibus testibus Reynero priore nostro, Evstachio sacerdote de Rikenberghe, Johanne Buddone milite aduocato nostro et aliis quam pluribus. In cuius rei memoriam presentem paginam conscribi fecimus sigilli nostri munimine roborantes.

Siegel von der blaurothen Zwirnschnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 12; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1263) Nr. 4.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 464 Nr. 353; Fabricius III Nr. 80.

736.

1263 Juni 17. (decimo quinto calend. [Julii]).[1]

Das Kloster Walkenried verkauft vier Mühlen auf dem Salveibache bei Damitzow, welche es von Herzog Barnim I. geschenkt und von den Markgrafen Johann und Otto bestätigt erhalten hatte, für 130 Mark an das Jungfernkloster vor Stettin.

Vniuersis paginam praesentem inspecturis, frater Thetmarus electus abbas totusque conuentus in Walkinrid ordinis Cistersiensis in perpetuum. Prouide rerum gestarum ueritas scripturae testimonio mancipatur, ne id, quod rite ac legaliter gestum est, velocitate cursus temporis aut fragili hominum labente memoria in irritum reuocetur. Ea propter constare volumus vniuersis, quod cum mirabili casu contingente ecclesia nostra multis foret onerata debitis, et si non difficultate damni nostri nullatenus eximi ualeremus, quatuor molendina nostra in Saluia iuxta curiam Damezowe sita, quae a domino Barnim dicto duce de Stettin propriis rebus comparauimus, quorum proprietatem idem dominus Barnym, cum adhuc libere suis deseruirent vsibus, eximia animi sui generositate ductus et in futurum animae suae remedium fideli donatione ecclesiae nostrae contulit, quod post modum illustrissimi principes domini Jo. et O. marchiones dicti de Brandenburch, cum ad ipsos eadem proprietas deueniret, comprobarunt sicut ipsorum autentico est insertum. Nos dominae abbatissae et conuentui in Stettin pro centum triginta marcis ea libertate qua dudum possedimus vendidimus perpetuo possidenda. Vt igitur hoc factum nostrum maneat illibatum, cum litera nostra et sigillo de foris appendente iussimus communiri. Huius rei testes sunt dominus Johannes praepositus de Sehusen, Conradus praepositus de Stettin, milites Godefridus de

[1]) Die Matrikel des Nonnenklosters hat allerdings decimo quinto calend. Augusti. Jedoch ergiebt die folgende noch im Original vorhandene Bestätigungs-Urkunde Herzog Barnims, daß hier ein Schreibfehler vorliegt.

Smugerowe, Johannes de Liuenouue, burgenses de Stetin Hinricus Baruot, Tetmarus Sigeler, Theodericus Sapiens, Henricus de Angermunde. Datum anno domini 1263 decimo quinto calend. [Julii].

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 105) Nr. 88.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 469 Nr. 357; Riedel, Cod. dipl. Brand. I 13 S. 482 Nr. 227; Urkundenbuch des histor. Vereins für Niedersachsen II S. 236 Nr. 351 (Auszug); Hannöversches Magazin 1843 St. 25 (nach Dreger).

737.

1263 Juni 17. (XV. kalendas Julii) in tuguriis siue ad Bodas.

Herzog Barnim I. bestätigt den Verkauf des Salvei-Baches mit vier Mühlen durch das Kloster Walkenried an das Jungfernkloster vor Stettin.

Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis sancte matris ecclesie militantis lecturis presencia seu audituris aut visuris in perpetuum filiis. Quoniam secundum fluxibilem et instabilem mutationem et varietatem temporum humana conditio et hominum mortalium cogitatio et memoria per infinita seculorum spacia non cessant aut desinunt uariari, oportunum et necessarium atque decens esse decernitur et iudicatur, ut facta, que sub mutabili et instabili tempore fiunt, per linguas testium ydoneorum et scripture publice auctoritatem robur firmitatis perpetue sorciantur. Hinc est, quod cognoscere et memorari debet deuota natio presencium et felix sucessio futurorum, quod nos dilectis in Christo nobis abbatisse et conuentui sanctimonialium monasterii sancte Marie in Stetin Cysterciensis ordinis, ut eo liberius et oportunius omnipotenti deo valeant famulari, et ut pro nostris excessibus nostrorumque progenitorum nec non dilecte coniugis nostre Marianne bone memorie peccaminibus altissimum iugiter interpellent, contulimus fluentum quod Saluia uocatur cum quatuor molendinis in predicto fluento constructis, sicut a nobis habuerant abbas et conuentus Cysterciensis ordinis de claustro siue cenobio quod dicitur Walkenrede. Donauimus eciam prefatis sanctimonialibus in Stetin proprietatem et ius proprietatis eiusdem fluenti qui nuncupatur Saluia et molendinorum inibi constructorum cum omni iure et vtilitate et prouentu et vsufructu sempiternis et perpetuis temporibus possidenda, quemadmodum donaueramus et contuleramus proprietatem iam sepedicti fluenti et molendinorum ibidem sitorum cum omni iure et utilitate antedictis abbati et conuentui de cenobio Walkenrede, gratam et ratam habentes et in perpetuum confirmantes emptionem, quam inierunt iam sepius nuncupate abbatissa et conuentus sanctimonialium in Stetin cum sepedictis abbate et conuentu de Walkenrede ex consensu et uoluntate nostra super fluento sepius prelibato. Vt autem hec nostra donatio firma et inuiolabilis et titulus emptionis inconuulsus et immutabilis in perpetuum perseuerent, presens instrumentum inde confectum ante memoratis sanctimonialibus tradi fecimus nostri sigilli munimine roboratum. Testes huius donationis sunt Conradus noster capellanus plebanus in Gardiz, Johannes de Parghem noster capellanus, Wilhelmus et Johannes et magister Rodolfus canonici Stetinenses, item Theodericus Vrsus, Godeko de Smogerowe, Johannes de Brusewiz, Rodolfus de Cedelem, Johannes de Leuenowe milites, item Gobelinus noster marscalcus, Heinricus Barwot schultetus in Stetin, Titmarus Uelificator, Theode-

ricus Sapiens et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subnotata. Datum in tuguriis siue ad Bodas anno domini M.CC.LXIII. XV. kalendas Julii.

Siegel nebst Schnur abgefallen.

Original (im Königl. Staats-Archiv zu Stettin) im Archiv des Petrihospitals zu Stettin Nr. 1 Litt. D; Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (pag. 38) fol. XI' Nr. 17; fol. 23 Nr. 47; vergl. Klempßens Extrakt fol. 289.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 466 Nr. 355; Urkundenbuch des histor. Vereins für Niedersachsen II S. 237 Nr. 352; Lisch, Urkunden des Geschlechts Behr I S. 76 Nr. 48.

738.

1263 Juni 25. (VII kal. Julii) apud vrbem ueterem.

Pabst Urban IV. bestätigt der Petrikirche zu Stettin das Patronat der Kirche zu Garz a. O., die Dörfer Wamlitz und Sparrenfelde, sowie 30 Mark jährlicher Einkünfte aus der Münze zu Stettin.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis canonicis ecclesie sancti Petri in Stetin Caminensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est, nos facilem prebere consensum, et vota, que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Dignum siquidem ducens dilectus filius nobilis vir Barnim dux Slauorum, quod dando quedam de suis illi, qui sibi contulit uniuersa terrena pro celestibus et momentanea pro eternis felici commercio permutaret, uobis sicut asseritis et per uos ecclesie uestre, quam pro anime sue remedio in fundo proprio suis fecit construi sumptibus, ius patronatus de Gardiz et quarundam aliarum ecclesiarum venerabilis fratris nostri . . episcopi Caminensis loci diocesani ad id accedente consensu, et de Wameliz et de Sparenuelde villas cum iuribus et pertinentiis suis, annuum redditum triginta marcarum percipiendum a uobis in moneta sua de Stetin nec non et libertates ac exemtiones secularium exactionum prout spectabat ad eum, pia et prouida liberalitate concessit, sicut in litteris eius inde confectis dicitur plenius contineri. Nos igitur ipsius ducis et uestris supplicationibus inclinati concessionem huius modi sicut pie ac prouide et sine alieni iuris preiudicio facta est, ratam et firmam habentes eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud vrbem ueterem VII kal. Julii pontificatus nostri anno secundo.

Bulle an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Archiv des Marienstifts zu Stettin s. r. Tit. I Sect. I Nr. 3; Abschrift ebendas. Tit. I Sect. I Nr. 33; Diplomatar des Marienstifts Tit. I Sect. I Nr. 107 f. 3; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Fragmente eines Copiars der Marienkirche zu Stettin s. r. Msc. d. St.-A. I 51 Nr. 9; Dreger, Registratur II (1263) Nr. 1.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 465 Nr. 354; vergl. Balt. Stud. X. 1, 173.

739.

1263 Juni 27. (quinto kalendas Julii) apud vrbem veterem.

Pabst Urban IV. setzt die Zahl der Canoniker an der Kirche S. Petri zu Stettin auf zwölf fest.

Vrbanus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis canonicis ecclesie sancti Petri in Stetyn Caminensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Dignum est, vt in ecclesiis determinatus sit numerus personarum, ne prouisione careat superflua multitudo, vt ex paucitate dignum deo seruicium svbtrahatur. Cum igitur sicut accepimus in ecclesia vestra, quam dilectus filius nobilis vir Barnem dux Slauorum in fundo proprio pro anime sue remedio fecit construi de bonis propriis et dotauit, per uos editum sit statutum de duodenario canonicorum numero venerabilis fratris nostri . . episcopi Caminensis loci dyocesani ad id accedente consensu, nos ipsius ducis et vestris supplicationibus benignum inparcientes assensum, statutum ipsum, sicut prouide factum est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes ne quis absque apostolice sedis mandato faciente de confirmatione huiusmodi mentionem ad maiorem numerum vos compellat invitos, nisi adeo ampliari contigerit ipsius ecclesie facultates, quod personarum numerus esset merito ampliandus, mandato sedis apostolice semper saluo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud vrbem veterem quinto kalendas Julii pontificatus nostri anno secundo.

Fragmente eines Copiars der Marienkirche zu Stettin im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Msc. des St.-A. I 51 Nr. 10.

740.

1263 Juli 8. (actum octavo idus Julii) Juli 29. (datum IV calendas Augusti) Stettini.

Herzog Barnim I. gründet die Marienkirche zu Stettin in der Burg daselbst, setzt die Zahl der Canoniker auf zwölf fest und giebt ihnen das Eigenthum der ganzen Burg mit Ausnahme seines eigenen sowie des gegen Norden gelegenen früher dem Conrad Kleist zugehörigen Hofes.

Barnim dei gratia dux Sclauorum universis Christi fidelibus praesentem paginam visuris lecturis seu audituris in perpetuum. Quoniam omnium habere memoriam et maxime illorum, quae sub varia revolutione temporis fiunt, vacillantem mentem et memoriam hominum superat et transcendit, necessarium atque expediens esse dinoscitur et censetur, ut acta, quae in tempore fuerunt, per testes idoneos et scripta authentica robur firmitatis perpetuae sortiantur. Hinc est quod notum esse volumus universae nationi praesentium et felici successioni futurorum, quod nos obtulimus et sacrificavimus castrum Stettin sive vallum, in quo castrum situm fuit temporibus antiquis, creatori omnium rerum et ejusdem genetrici semperque virgini Mariae ad construendum monasterium in honorem dei omnipotentis et gloriosae ac intemeratae virginis matris ejus Mariae, in quo fundavimus et instituimus canonicorum numerum duodenum conferentes et donantes eisdem canonicis in eodem monasterio sanctae Mariae in dicto castro Stettin institutis et pro tempore instituendis ad diligentem exhortationem et petitionem consulum et unanimem instantiam burgensium civitatis Stettin,

qui cesserunt et abrenunciarunt omni iure, quod habuerunt in praefato castro, proprietatem et ius proprietatis saepedicti castri jure perpetuo possidendum, nobis curia nostra in antedicto castro et curia quondam Conradi militis dicti Cleist, quae jacet in valle versus aquilonem ad usus nostros integraliter reservatis, totalemque aliam partem jam saepedicti castri cum omni jure et proprietate praefatorum canonicorum usibus assignantes. Ut autem hanc donationem nostram nemo temeraria praesumptione violare possit aut audeat immutare, quam inviolabilem volumus perseverare temporibus sempiternis, praesens instrumentum inde confectum saepedictis canonicis tradi fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Acta haec sunt Stettini in cemiterio sancti Petri anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, octavo idus Julii, praesentibus Godekone de Smogerowe, Ludolfo marscalco de Patelborne, Johanne de Levenowe, Rodolfo de Cedelin, Rodero Magno cognomine militibus, item [Gobelone marscalco et Henrico Baruot sculteto], Johanne dicto Parvo, Titmaro Velificatore, Theodorico monetario, Johanne de Brakel, Arnoldo vocato milite, Godeschalco de D., Olrico de Gobin, Rudolfo Juvene, Heinrico de Alffmunde, Hermanno de Sconenwerdere consulibus in Stettin et aliis quam pluribus, quorum hic nomina non sunt subnotata. Datum Stettin per manum Rudolfi scholastici Stetinensis anno praescripto 1263. IV calendas. Augusti.

Neuere Abschrift im Archiv des Marienstifts zu Stettin s. r. Tit. I Sect. I ad No. 1 Vol. 4 fol. 1; Abschrift im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Stett. Arch. P. I Tit. 128 Nr. 2 zu Ende (ist aber durchaus nicht diplomatisch, sondern ganz nach der Schreibweise des 17. u. 18. Jahrh.)

Gedruckt in Hering, Histor. Nachricht von den zwei Collegiatkirchen zu Stettin, Urk. Nr. 1; Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 467 Nr. 356; Kratz, Gesch. des Geschlechts von Kleist I S. 16.

741.

1263 August 5. nonas Augusti.[1])

Hermann, Bischof zu Camin, ordnet die Einkünfte der Domherren zu Güstrow.

Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus uniuersis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in uero salutis auctore. Quoniam ecclesiam Gustrowensem sincero complectimur affectu, sollicitudinis nostre interest ipsius concordie et honori in quantum possumus prouidere. Hinc est, quod notum esse uolumus uniuersis, quod nos accedente consensu et pia uoluntate dilecti soceri nostri domini Nycolai de Werle iuxta tenorem littere super concordia canonicorum quandoque conscripte, secundum honestam consuetudinem aliarum ecclesiarum aucmentacioni prelaturarum intendentes, statuimus tres minores prebendas quadragenarium tremodiorum numerum non excedere, aliasque maiores prebendas in quinquagenario tremodiorum numero ut hactenus permanere. Forma uero aucmentacionis prelaturarum hec est: preposito viginti tremodios, decano sedecim, scolastico decem, custodi decem decreuimus assignari, et tunc demum tres prefatas minores prebendas ad quinquagenarium tremodiorum numerum exaltari, uolentes ut fructus iudiciorum inter maiores et minores prebendas equaliter diuidantur. Vt autem hec ordinacio nostra inuiolabilis perseueret, presentem paginam sigillo nostro et sigillo dilecti soceri nostri domini Nycolai de Werle necnon et capituli ecclesie Gustrowensis duximus roborandam. Testes

---

[1]) Wegen der Datirung vergl. Mekl. Urk.-Buch II S. 234 Nr. 995.

aderant hii: clerici dominus Theodericus prepositus, Theodericus decanus, dominus Godefridus, magister Petrus; layci milites Arnoldus de Noua Ecclesia, Caboldus, Hermannus Sinchtoph, Laurencius aduocatus. Acta sunt hec anno domini M°CC°LX°III°, nonas Augusti, pontificatus nostri anno nono.

Diplomatar des Dom-Collegialstifts zu Güstrow, Urk. Nr. IX; Clandrian, Registratur der Brieffe in der Thumk. zu Güstrow S. 332.

Gedruckt bei Schröder, Pap. Mekl. I S. 680; Mekl. Urk.-Buch II S. 233 Nr. 995.

742.

1263 Oktober 10. (sexto idus Octobris) in Vsznum.

Herzog Barnim I. bestätigt den Verkauf von sechs Hufen im Dorfe Kamik durch Michael und seine Erben an das Kloster Pudagla.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis hanc paginam uisuris in perpetuum. Quod confortur manu preclari principis, confirmari debet apicibus sigillatis. Nouerint igitur presentes et futuri, quod nos ecclesie sancte Marie sanctique Godehardi in Vsznum domino abbati et couentui in eadem ecclesia Christo deuote famulantibus in villa Camic VI. mansos quos erga Michaelem et suos heredes cum eorum denariis comparauerunt cum proprietate et omni iure sicut a nobis tenent cetera sua bona, donauimus et porreximus eorum vsui perpetuo feliciter possidendos. In cuius facti euidenciam presentem ipsis contulimus litteram sigilli nostri robore confirmatam. Testes uero huius donacionis sunt Rodolfus de Scedelin, Goble marscalchus milites, Vitoslauus, Dobromarus et alii quam plures, quorum nomina hic non sunt scripta. Datum in Vsznum anno gratie M°. ducentesimo sexagesimo tercio, sexto idus Octobris per manum Johannis de Parchym notarii nostri.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 26; Original-Transf. vom 13. Juni 1317 s. r. Pudagla Nr. 54; Pudaglaer Matrikel (p. 25) fol. 20ʳ (XVI. F); Transf. vom 13. Juni 1317 fol. 30ᵛ (XXVI. F); Klempzen Extract fol. 112 hat sich durch sexto idus verleiten lassen, die Urkunde zum Jahre 1266 zu setzen.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 469 Nr. 358.

743. Pristaffsche Fälschung.

1263 November 5. (non. Novembris) in Bukouia.

Swantopolk, Herzog zu Pommern, schenkt dem Kloster Bukow die Dörfer Büssow und Baldekow.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Loepersche Bibl. Msc. 9, Pristaffsche Dokumente Nr. 8.

Gedruckt in Oelrichs, hist.- dipl. Beiträge S. 114.

744.

1263 in Wolin.

Herzog Wartislaw III. schenkt dem Kloster Belbuck 15 Mark jährlicher Einkünfte aus der Münze zu Camin.

Wartizlaus dei gratia dux Diminensis religiosis viris abbati et conuentui suisque sequacibus castri sancti Petri in Belbock ordinis Praemonstratensis Caminensis diocesis in perpetuum. Quoniam cum diuinis mandatis instruimur plenius edocemur, dei misericordiam super malitia populi esse praestabilem et benignam, nobis qui in huius saeculi procellis in nauicula Petri agitati turbine scelerum naufragamur, omni quo ualemus studio insistendum, qualiter eius gratiam, qui est portus verae salutis, qui neminem uult perire sed illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, sine quo sibi placere non possumus, per bonorum operum merita consequamur. Volentibus igitur nobis domino annuente nostrae prouidere saluti, ob reuerentiam Jhesu Christi eiusque gloriosae genitricis nec non beatorum Petri et Pauli apostolorum in remissionem peccatorum nostrorum uobis ac vniuersis successoribus uestris nostro haeredum et successorum nostrorum nomine ad peticionem Bispraui camerarii nostri quindecim marcas denariorum de moneta in Camin iure perpetuo conferimus at donamus. Quod si contingerit temporis processu per nos seu per successores nostros dictam monetam in alium locum transmutari, ubicunque fuerit in terra Camin posita, eandem summam denariorum ex nostro haeredum et successorum nostrorum nomine in perpetuum uobis conferimus de saepedicta moneta colligenda et donamus simpliciter inter uiuos ita videlicet, quod ex eisdem denariis nullum nobis haeredibus aut successoribus nostris seruitium uos aut successores uestri teneamini exhibere. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentem paginam sigilli nostri fecimus appensione muniri. Testes huius donationis sunt Bertoldus aduocatus de Gripeswalda, Bernardus Mel, Borko, Gutzlauus et Gneumarus milites. Acta sunt haec in Wolin anno dominicae incarnationis M.CC.LXIII.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matr. (p. 33) fol. 17v Nr. 18 Transs. vom 7. August 1266; fol. 69v Nr. 58 Transs. vom 21. Januar 1310 (7. August 1266).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 471 Nr. 360.

745.

1263.

Erich, Herzog zu Jütland, bekundet, daß Peter, Bischof zu Roskild, an dem von ihm mit dem verstorbenen Fürsten Jaromar von Rügen in die Roskilder Diöcese unternommenen Heereszuge keinen Theil gehabt.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ericus dei gracia dux Jutie in domino salutem. Insidiantium quorundam malicia innocent[i]um[1] equitati solet multociens inuidere, qui, vt se gratos reddere possint et acceptos, in destructionem aliorum vehemencius elaborant, de quorum studio et opera venerabilis pater dominus Petrus, Roskildensis episcopus, intellexerat

[1]) Es steht im Original innocentum.

se diffamatum graviter, licet inmerito, et delatum, ex eo quod nos vna cum felicis recordacionis domino Jaromaro Ryanorum principe magna necessitate compulsi exercitum ordinauimus et induximus in dyocesim Roskildensem, id dicatur sua sollicitudine procuratum. Nos igitur de premissis pleniorem habentes noticiam, quia factum ipsum ad nos principaliter spectabat, ipsum dominum episcopum in extremitate sue dyocesis propter indignacionem regiam, quam timebat, inuenimus commorantem, quem ob spem reconciliacionis vel treugarum ad castrum suum quod dicitur Kopmanhafn reduximus ab omni illius exercitus congregacione et ab illius belli seminacione innocentem. Vnde et a supra dictis diffamacionibus ipsum dominum episcopum in verbo veritatis excusamus, et, si opus fuerit, amplioribus et veris racionibus intendimus et parati erimus excusare. Datum anno domini M.CC.LXIII.

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original zu Kopenhagen.

Gedruckt in Suhm, Hist. af Danm. X S. 391; Fabricius II Nr. 77; Kjöbenhavnske Selskabs Skrifter 6. Band (1754) S. 220; vergl. Gram ad Meursium col. 433 not.(c).

746.

1263 Stralessund.

Fürst Wizlaw II. bestätigt die bischöflichen Anordnungen über den Gottesdienst im h. Geisthospital zu Stralsund.

Wislaus, dei gracia dominus de Rugen, vniuersis presentem paginam visuris salutem in omnium salutari. Quoniam pium est aput deum solacia prebere in carcere dei positis et afflictis, nouerit igitur omnium discrecio, quod prehabito consilio nostrorum decreuimus rata et firma persistere huiusmodi bona desideria, que in diuinis habendis ordinata sunt a uenerabili domino episcopo et de consensu omnium succedencium plebanorum videlicet in domo sancti spiritus sue parrochie saluo iure. Ne inquam postmodum aliqua calumpnia interueniat, presens scriptum ipsis contulimus ob cautelam. Datum in Stralessund anno domini millesimo CC.LXIII.

Altes Copien-Buch (Liber copiarius) im Stadt-Archiv zu Stralsund (15. Jahrh.).

Gedruckt in Fabricius III Nr. 81.

747.

1263 Camyn.

Herzog Wartislaw III. schenkt der Küsterei zu Colberg zwei Mark jährlicher Einkünfte aus der Münze daselbst zur Beschaffung von Lichtern.

W. dei gracia dux Deminensis omnibus hanc paginam visuris salutem in vero salutari. Opera salubria, que fiunt pro remedio peccaminum in eterna beatitudine, redeunt fenore cum centeno. Quapropter notum esse cupimus vniuersis, quod nos intuitu diuine remune-

rationis, que nichil boni irremuneratum obmittit, beate virginis Colbergensis custodie ad officium luminum II marcas in theloneo duximus perpetuo conferendas. Ne igitur super hoc imposterum vlla dubietas oriatur, presentem paginam sigillo nostro precepimus roborari. Acta sunt hec presentibus Borkone milite, Bisprao, Gherardo custode, Waltero canonico et Johanne nostro notario. Datum Camyn anno gratie M°.CC.°LXIII°[1]).

Original-Transsumpt vom 20. Jan. 1426 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Colberger Domkapitel Nr. 58; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matrikel S. 30.

Gedruckt in Wachsen, Gesch. der Altstadt Colberg S. 292; Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 471 Nr. 361.

748.

1264 Januar 13. (octaua epiphanie) in Nouo Campo.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, vergleicht sich wegen eines dem Kloster Neuencamp durch seinen Vater Jaromar entzogenen Flusses dahin, daß das Kloster jährlich 20 Scheffel Getreide aus der fürstlichen Mühle bei Cordshagen, desgleichen freien Fischfang im Pütte-See erhält.

Wizlaus dei gratia Ruianorum princeps omnibus hanc litteram inspecturis inperpetuum. Nouerint uniuersi, quod cum pie memorie dominus Jaromarus pater noster preter uoluntatem abbatis et fratrum de Nouo Campo quendam riuulum ad sua molendina deduxerit fatienda(!) et nos tam sue quam nostre uelimus et teneamur utilitati consulere ac saluti, de dilecti fratris nostri Jaromari consensu et fidelium nostrorum Borant et Guttani consilio mediante cum abbate et conuentu eiusdem loci concordauimus sub hac forma, quod pro omni inpetitione et dampno, quod de ipsa aqua habuerunt dicti fratres, cuius proprietas ad ipsos pertinere dinoscitur, recipiant in restaurum in molendino nostro, quod uille que Conradeshaghen dicitur adiacet, duobus temporibus uidelicet Johannis baptiste et Martini decem tremodia siliginis annuatim. Preterea contulimus fratribus memoratis, ut in stagno nostro Pitne cum sagena sua piscari ualeant, quocienscumque uoluerint, non de iure proprietatis sed de gratia et fauore. Vt autem hec nostra compositio rata maneat apud posteros, presentem paginam conscribi fecimus sigilli nostri munimine roborantes. Huius rei testes sunt Borant, Guttanus, Herbordus milites, Albertus de Bart aduocatus noster, Johannes Morder, Nicolaus filius Jarezlai militis de Kalant et alii quam plures. Acta sunt hec in Nouo Campo anno domini M°.CC°.LXIIII° octaua epiphanie.

Siegel von der roth- und grünseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 13; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1264) Nr. 9; Klempzens Extrakt fol. 43.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 472 Nr. 362.

749.

1264 März 30. — April 5. (dominica Laetare et in sequenti septimana).

N., Aebtissin, Jo. Probst und der ganze Konvent zu Seehausen kaufen von dem Kloster Walkenried das Dorf Radekow und sechs Hufen zu Radrense.

— N. abbatissa, Jo. praepositus totusque conuentus dominarum in Sehusen emunt a

[1]) Das Original-Transsumt hat M°.CC°.XXIIII°., die Dregersche Abschrift in der Colberger Matrikel dagegen M°.CC°.LXIII°.

fratribus de Walkinrid villam Radicowe et taliter emptionem terminant, quod omnes mansos liberos, qui ipsis censum solvebant, quemlibet eorum pro 6 marcis, 6 de Nadrense quemlibet pro 2 marcis et alios pheodales quemlibet pro 2 marcis Brandeborgensis monetae emerunt. Act. dominica Laetare et in sequenti septimana. Dat. 1264.

Chartularium Walkenried. fol. 136 in der Königl. Biblioth. zu Hannover.

Gedruckt im Urkunden-Buch des histor. Vereins für Niedersachsen II S. 242 Nr. 365 (Auszug).

750.

1264 Mai 7. (nonas Maii) in Stettin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Gramzow das Dorf Beiersdorf, welches bis dahin Dietrich Baier besessen, in allen seinen Grenzen.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris, quorum conspectui praesens scriptum fuerit praesentatum, salutem in eo qui est salus omnium et saluator. Ne gestarum rerum notitia mutabilitate temporis ab humana memoria euellatur, summopere necessarium est, ut acta principum quae posteritatis sunt noticiae transmittenda, publicis instrumentis cum testium subscriptionibus perhennentur. Omnibus igitur tam praesentibus quam futuris volumus esse notum, quod nos diuinae remunerationis intuitu ob remedium peccatorum nostrorum villam quae dicitur Beiersdorp cum agris cultis videlicet et incultis, pascuis, pratis, vsuagiis, stagnis, riuulis, piscationibus, locis palustribus ac nemoribus et si quid deserti superest quod non est adiectum dictae villae cum suis limitationibus sicut infra terminos proprietatis ecclesiae beatae Mariae virginis sanctique Johannis apostoli et euangelistae in Gramsow videlicet terminos villae quae dicitur sonte Marienwerdere et terminos campi qui dicitur sonte Johannesvelde et terminos fratrum Templariorum apud viam quae dicitur Ludstich et terminos villae Melne et terminos nemoris ciuitatis Piricensis continetur, quae bona hactenus dominus Theodericus miles dictus Bauwarus a nobis in feodo tenuit et pacifice dinoscitur possedisse cum aduocatia et omni proprietate et omni iure, quod in eisdem bonis nominari poterit et habetur, hylari et deuota donatione ecclesiae beatae et gloriosae virginis Mariae sanctique Johannis apostoli et euangelistae in Gramsow contulimus iusto proprietatis titulo iure perpetuo possidendam, nichil nobis et nostris sucessoribus seu haeredibus in eisdem bonis iuris nisi orationes ac deuotiones fratrum dictae ecclesiae reseruantes, quorum interuentu caelestis regni speramus gaudia promereri. Vt autem haec nostra donatio perpetuis temporibus inconuulsa permaneat et illaesa, praesens scriptum contulimus ecclesiae saepedictae sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius nostrae donationis sunt Conradus praepositus, Johannes praepositus dominarum in Stettin, Degenardus prior ad sanctum Jacobum, Godefridus, Johannes de Liuenow, Gobele, Roderus, Johannes de Bruseuitze milites, Hinricus praefectus, Theodoricus Sapiens, Johannes Kint burgenses in Stettin et alii quam plures. Acta sunt haec in Stettin anno domini M.CC.LXIIII. nonas Maii. Data per manum Johannis curiae nostrae notarii canonici Stetinensis feliciter amen.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Pyritzer Matrikel (p. 10) fol. 4; fol. 18 Transs. von 1341.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 473 Nr. 363.

751.

1264 Mai 17. (XVI kalendas Junii) Dersim.

Herzog Wartislaw III. giebt der Stadt Greifswald das Recht, sich selbst zu vertheidigen und die Anlegung einer Burg oder einer Befestigung zu verhindern.

Wartislaus, dei gratia dux Deminensis, fidelibus suis burgensibus Gripeswalde sue dileccionis integritatem. Quoniam incommoda, que de diuersis casibus suboriri poterunt, pro possibilitatis modulo sunt cauenda, vniuersitati uestre plenam damus ex parte nostri necnon successorum nostrorum potestatem defendendi, prohibendi uos ipsos, murum opponendi, ne aliquis contra iusticiam castrum aut aliquam munitionem in terminis Gripeswalde construat aut edificet in nostrum (!) vestrorumque successorum preiudicium aut grauamen. Volumus itaque ut in eadem ciuitate nostra vnum sit forum, vnus aduocatus et idem ius, quod nostra dinoscuntur priuilegia continere. Cum autem hec agerentur, hi testes astabant: Henricus Vrsus, Bertholdus aduocatus, Henricus mars[c]alkus,[1]) Lippoldus Ursus, Teodoricus Vrsus, Geruuinus Stange, Domaslaus milites, Hermannus Magnopolensis domicellus et alii quam plures. Et vt res gesta robur obtineat firmitatis, sigilli nostro presentem paginam communimus. Datum Dersim anno gratie M.CC.LX.IIII. XVI kalendas Junii.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 12.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Biblioth. III S. 407; Dähnert, Sammlung, Suppl. IV S. 104; Schwarz Gesch. der Pomm. Städte S. 257; Meklenb. Jahrbücher XXIII S. 186 Nr. 4; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 79 Nr. 51; Auszug im Mekl. Urk.-Buch II S. 245 Nr. 1011.

752.

1264 Mai 17. (XVI kalendas Junii) apud Darsim. Erste Ausfertigung.

Herzog Wartislaw III. bekennt, daß er dem Kloster Eldena in seinem Testament 13 1/2 Hufen im Dorfe Vierow und die bisher mit demselben gemeinschaftlich besessenen Mühlen auf der Schwinge vermacht habe.

W. dei gracia dux Diminensis vniuersis presens scriptum cernentibus salutem in perpetuum. Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod nos in testamento, quod pro peccatis nostris in Darsim fecimus, fratribus de Hilda in recompensacionem dampnorum, si que eisdem fratribus intulimus, XIII mansos et dimidium in uilla que Wirogh dicitur et molendina, que in aqua, que Zwinga dicitur, communia cum dictis fratribus habuimus, cum omni iure, quod in dictis locis habuimus, prefatis fratribus ob remedium anime nostre proprietatis titulo contulimus perpetuo possidendos. In cuius rei testimonium presentem litteram sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes autem huius donacionis sunt hii: custos et gardianus minorum fratrum de Gripeswalde, milites Henricus Ursus, Bertoldus aduocatus,

---

[1]) im Original marsalkus.

Lyppoldus Ursus, Johannis Hethibrach et alii quam plures. Datum apud Darsim anno domini M°.CC°.L°.XIIII°. XVI kalendas Junii.

Das Siegel von dem aus der Urkunde geschnittenen Siegelbande abgefallen.

Original in der Königl. Bibliothek zu Berlin (nicht zu ermitteln gewesen). Nach einem Vermerke, welchen der im J. 1864 verstorbene Archivar Dr. Kratz gemacht hat, scheint demselben noch das Original der Urkunde vorgelegen zu haben.

753. Zweite Ausfertigung.

1264 Mai 17. (XVI. kalendas Junii).

Herzog Wartislaw III. bekennt, daß er dem Kloster Eldena in seinem Testament $13^1/_2$ Hufen im Dorfe Vierow, und die bisher mit demselben gemeinschaftlich besessenen Mühlen an der Schwinge vermacht habe, behält sich aber den Widerruf der Schenkung vor, falls er wieder genesen sollte.

In nomine domini amen. Nos Wartizslauus dux Diminensis notum esse uolumus, quod in recompensacionem dampnorum, si que monasterio in Hilda ordinis Cisterciensis Caminensis diocesis intulimus, eidem loco tredecim mansos et dimidium in uilla que dicitur Wiroch et molendina, que cum eodem monasterio in aqua, que Zwingae dicitur, communia habuimus, exceptis quatuor tremodiis, que ex illis molendinis proueniunt, in nostro testamento nuncupatiuo, quod in Darsim fecimus, donauimus cum omni iure, quod in predictis locis habuimus ab ipso monasterio et fratribus ibidem deo deseruientibus possidendos proprietatis titulo in perpetuum, ita tamen, quod si conualuerimus de nostra infirmitate, quod donatorum ratihabitio vel reuocatio apud nos consistat. Datum anno domini M̊.C̊C.L̊.XIIİI. XVI. kalendas Junii.

Siegel von dem aus der Urkunde geschnittenen Siegelbande abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 26; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1264) Nr. 8; Klempzens Extract fol. 81.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 475 Nr. 366.

754.

1264 Mai 28. (in vigilia ascensionis domini).

Herzog Barnim I. verleiht dem Kloster Reinfeld das Eigenthum von zehn Hufen zu Sülten.

Barnym dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in Christo Jhesu salutem. Ad noticiam tam presentium quam futurorum volumus deuenire, quod nos de consensu et beniuolentia heredum nostrorum contulimus proprietatem decem mansorum in villa, que Sulten dicitur, ad peticionem domini Johannis cognomento Vos et domini Frederici fratris sui ecclesie Reyneueldensi cum omni vtilitate et iure, hoc est iudicio sanguinis, id est capitalis sentencie, abscisionis manus omniumque culparum correctionem, necnon et omne ius prefecture super colonos mansorum predictorum, hoc statuentes,

vt idem cultores liberi sint et immunes ab omni onere et infestatione aduocatie, peticionibus, exactionibus, pontium reparationibus siue cuiuscumque municionis faciende, et ab omni expeditione preter illam, que lanthwere dicitur, ad quam cum ceteris se opponent. In cuius facti testimonium presentem paginam contulimus nostri sigilli munimine roboratam. Huius donationis testes sunt dominus Heinricus et dominus Heydenricus et dominus Bernardus Mel, dicti de Heitbrake, Arnoldus de Sconenuelde, et alii quam plures. Datum anno domini M°CC°LX° IIII° in vigilia ascensionis domini, per manum Johannis de Parchim notarii nostri.

Original-Transſ. im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 246 Nr. 1013.

755.

1264 Juni 8. (in festo penthekostes) in Tanchlim.

Herzog Barnim I. befreit die Bürger der Stadt Anklam vom Zoll in ſeinem Lande.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus presentem paginam intuentibus in perpetuum. Quod confertur manv largiente preclari principis, confirmari debet apicibus sigillatis. Noverint igitur presentes et futuri, quod nos honorabiles viros dilectos nostros burgenses in ciuitate nostra Tanchlim commorantes ab omni exactione theolonei perhenniter qvitamus, volentes ut in terra nostra et dominio habeant libertatem sine omni impedimento et obstaculo nauigandi. In cuius rei testimonium presentem ipsis contulimus litteram nostri signatam inpressione sigilli ad cautelam. Acta sunt hec publice in Tanchlim anno domini M.C°C.L°X.III°I. in festo penthekostes. Datum ibidem eodem die per manum Johannis de Parchim notarii nostri.

Reiterſiegel Barnims an rothſeidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Anklam s. r. Nr. 1; Orig.-Transſ. ibid. Nr. 66; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatarium Anklam. Nr. 23 S. 32.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 474 Nr. 364; Dähnert, Pomm. Biblioth. V. S. 228; Stavenhagen, Beſchreibung der Stadt Anklam S. 319 Nr. 1; Hanſiſches Urkundenbuch I S. 598..

756.

1264 Juni 11. (in die beati Barnabe apostoli) in Demyn.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloſter Dargun ein Viertel des Dorfes Drönnewitz, auf welches Johann von Penz gegen ein Anniverſarium für ſeine Mutter Aleide, ſich ſelbſt und ſeine Gemahlin Hellenburgis verzichtet hatte.

Barnym dei gracia dux Slauorum omnibus presentem paginam inspecturis eternam in Christo salutem. Qui pietatis et misericordie insistunt operibus, omnino debent intendere, ut benignitatis eorum impendia nulla in posterum malignitas seu obliuio deleat vel infringat. Quam discretionis formam nos precipue seruare volentes, notum facimus vniuersis, quod dilectus miles noster dominus Johannes de Peniz quartam partem ville slauicalis que Dronewiz dicitur, ad manus nostras tali conditione resignauit, vt ad petitionem ipsius proprie-

tatem talis partis claustro Dargun ob venerationem dei et beate Marie uirginis liberaliter conferremus. Nos ergo ipsius precibus annuere et diem messionis extreme volentes vna cum ipso misericordie operibus preuenire, proprietatem predicte quarte partis ville slauicalis claustro Dargun ac fratribus ibidem deo et beate uirgini iugiter famulantibus cum iudicio et omni iure, quo cetera bona sub nostro dominio possident, taliter assignamus, vt predictus dominus Johannes singulis annis pro dilecta matre sua domina Aleide insignum et monumentum speciale deuotionis ipsius seruicium faciat in die beate Katerine uirginis, quoadusque vixerit, de eiusmodi partis redditibus conuentus dicti loci quatinus tali consolatione percepta ad feruentiorem eius memoriam habendam in suis missis et orationibus accendantur. Porro post obitum premissi domini Johannis dicte partis proprietas cum omnibus suis prouentibus et redditibus ac iudicio et omni iure, ut supra dictum est, totaliter claustro cedet. Vnum diem durabit seruicium et insuper eciam addetur aliud seruicium quod fiet annis singulis in eius anniuersario, ut ipsius ex hoc memoria speciali deuotione fratribus commendetur. Preterea dilecte sue coniugis domine Hellenburgis post eius obitum habere memoriam in suis orationibus predicti fratres ex dicto beneficio perpetuo tenebuntur. Acta sunt hec anno gratie M̊.C̊C.LXII̊II. Testes vero huius rei sunt hii, quorum nomina subsecuntur, videlicet dominus Guntherus abbas de Stolpe, dominus Borchardus prepositus de Virchene et dominus Arnoldus prepositus de Yuenach et dominus Andreas plebanus de Demyn; milites autem dominus Bernardus Mel, dominus Rudolphus de Nyenkerken et dominus Johannes de Wacholte, dominus Johannes de Erteneborch, dominus Theodericus de Walsleue et dominus Heinricus de Vizen, dominus Reinfridus et dominus Ernestus fratres domini Johannis de Penyz. Vt autem hec actio et eius ordinatio iugi stabilitate firmetur, presentem super eam paginam dedimus sigilli nostri appensione more debito communitam. Datum in Demyn in die beati Barnabe apostoli. Valeat imperpetuum uel vsque maris fundum siccet formica bibendo, seu boue farriferum faciat vir litus arando.

Siegel mit Schnur abgefallen.

Original im städtischen Archiv zu Demmin s. r. Nr. 1.

Gedruckt in Schröder, Pap. Mekl. I S. 710; Mekl. Urk.-Buch II S. 247 Nr. 1014.

757.

1264 Juni 26. (VI. kal. Julii) in Gripeswald.

Herzog Barnim I. giebt der Stadt Greifswald das Lübische Recht, die Hälfte der Gerichtsgefälle, verspricht die Stadt gegen alle feindlichen Anfälle zu vertheidigen, bei den durch das kanonische Recht entstandenen Streitigkeiten die Kosten zu tragen, während der Abt zu Eldena die Vertretung der Stadt übernehmen würde, gelobt, keine Befestigung im Stadtgebiete anzulegen, nur ein Gericht in der Stadt zu gestatten, befreit die Bürger vom Zoll und beläßt ihnen die Münze, verbietet die Niederlassung der Juden daselbst und schenkt endlich der Stadt zwanzig Hufen.

Barnim dei gratia dux Slavorum de Stetin omnibus presens scriptum inspecturis salutem et bone voluntatis affectum. Quemadmodum ea, que per nos fiunt sive per mortales, multotiens oblivioni traduntur, necesse est, ea aliqua soliditate scripturarum perennari, ne oblivioni funditus tradantur. Hinc est igitur quod vniversitatem vestram scire volumus, quod nos dilectis burgensibus nostris libera conscientia in Gripeswald bona fide omnem libertatem

et omne jus Lubecense contulimus, ita sane ut legibus et consuetudinibus ejusdem civitatis perpetuo fruantur, et ut etiam quicquid judicatum fuit, secundum formam judicii in ipsa ciuitate et in terminis ipsiusdem concedimus dimidietatem, altera pars ad usus nostros revertetur. Preterea maxime vos scire volumus, [quod nos cum omnibus amicis nostris ipsos burgenses et ciuitatem ipsorum volumus][1]) et tenemur defensare et protegere ab incursu pravorum et eripere ab omni damno, quod per nos fuerint recepturi. Et hoc ratum et firmum tenere promisimus cum militibus nostris bona fide. Insuper scire debetis, quod venerabilis dominus abbas Hyldensis cum consensu sui conventus, consentiente patre abbate Esromensi, si ipsa civitas a quibusdam per jus canonicum aggravata et impulsata fuerit, veraciter promisit, pro ipsa ciuitate respondere et labores facere et a damno eripere, sed nos expensas faciemus. Convenimus etiam cum ipsis sic promittendo, quod nullum castrum sive munitionem construere tenemur in terminis ipsius ciuitatis et infra terminos prefate abbacie Hildensis absque communi consensu prenominate ciuitatis. Illud etiam vos scire volumus, quod nonnisi solum et idem judicium tam in portu quam in ciuitate sit assidue et tantummodo per totam ciuitatem ipsi burgenses uno foro sint contenti et fruantur. Profitemur etenim singulos burgenses ac vniversos ipsius ciuitatis liberos ab omni thelonio et vngeldo in dominio nostro et judicamus exemptos. Volumus etiam, ut moneta in eadem ciuitate, sicut antea fuit, in eodem statu permaneat atque perseveret, ita ut ipsi denarii non sint forme gravioris sive levioris. Repellimus etenim et fugamus perfidissimos judeos et irredituros judicamus. Simpliciter etiam contulimus in solatium et subsiduum ipsi ciuitati viginti mansos de bonis nostris, secundum quod convenientius siti sunt et melius expedire videntur eidem. Confirmamus siquidem et rata tenemus[2]) omnia priuilegia, que bone memorie dilectissimus noster consanguineus illustris dux Dyminensis dederat ipsi ciuitati, que illesa in perpetuum volumus observare. Acta sunt hec in Gripeswald, presentibus viris religiosis domino Esberno abbate Esromensi, domino abbate Vznamensi Wiardo, priore quoque fratrum predicatorum Bertoldo, presente eciam domino Heinrico Magnopolensi, militibus quoque domino Heinrico Urso, Bertoldo aduocato, domino Johanne Lewenowe, domino Gherado Bunnigo, domino Hermanno de Vithzen, domino Heinrico marscalco, domino Lippoldo Urso et communi consilio ciuitatis, anno domini M°CC°LXIIII, VI. kal. Julii.

Der Schluß im Copiarium I fol. 4 im Stadtarchiv zu Greifswald (nach 1329), der Anfang im Copiarium II, fol. 9 (c. 1600).

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Biblioth. III S. 408 (6. cal. Junii); Dähnert, Sammlung II S. 250 Nr. 72 (nebst deutscher Uebersetzung); Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 80 Nr. 52 (6. cal. Junii); Schwarz, Gesch. der Pomm. Städte S. 261 (6. cal. Julii); G. L. Böhmer, Progr. de jure fisci S. 6; Gesterding, Pomm. Magazin IV S. 100; Mekl. Urk.-Buch II S. 245 Nr. 1012.

758.

1264 August 31. (pridie kalendas Septembris) Dimin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Dargun des Zacharias Mühle mit dem anliegenden Felde im Lande Tollense.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Qvoniam vniuersi hominum

[1]) Diese Worte fehlen in Cop. II fol. 9.

[2]) Mit „tenemus" beginnt das alte Copiarium v. J. 1329.

actus vna cum fluxibilitate temporis, in quo geruntur, in obliuionem transeunt et defluunt, necesse est ea, que robur firmitatis sortiri debent, scriptis autenticis adeo roborari, ut nullius occasione dubietatis uel calumpnie infringi valeant uel mutari. Sane notum esse uolumus tam presentibus quam posteris, quod nos pro remissione nostrorum peccaminum eternique regis misericordia consequenda monasterio beate Marie uirginis gloriose in Dargun ius proprietatis molendini Zacharie cum suo campo iacentis in terra-Tolense donauimus perpetuis temporibus possidendum. In cuius rei testimonium presentem paginam eidem monasterio duximus conferendam. Testes huius nostre donacionis sunt Bernardus dictus Honich, Johannes dictus de Wachholte, Johannes dictus de Gramzowe milites, et alii quam plures, quorum hic nomina non sunt subscripta. Actum Dimin et datum ibidem per manum Johannis nostri notarii anno domini M°C°CLXIII°I, pridie kalendas Septembris.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden I S. 125 Nr. 57; Meklenb. Urk.-Buch II S. 252 Nr. 1020.

759.

1264 September 10. (quarto ydus Septembris) Virchim.

Herzog Barnim I. transsumirt die Urkunde Herzog Wartislaws III. d. d. 1255. X°II kal. April. (Bd. II S. 16 Nr. 602) betr. dessen Schenkung an das Kloster Verchen und fügt das Patronat der Kirche zu Cartelow hinzu.

Barnim dei gratia Slauorum dux omnibus imperpetuum. Priuilegium dilecti cognati[1]) nostri pie memorie Wartilai quondam ducis Dyminensis non cancellatum, non abolitum nec in aliqua parte uiciatum uidimus in hec uerba: (folgt Bd. II S. 16 Nr. 602).

Nos uero factum tam pium tam laudabile ratum habere uolentes illud sigilli nostri munimine roboramus, ne in posterum prauorum uersutia malignandi locum habeat in eodem. Vt igitur nostre intentionis propositum et bone uoluntatis affectus cura predictam ecclesiam quam sincere[2]) diligimus clarius elucescat, notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod nos propter deum ac pro reuerentia gloriose uirginis Marie ius patronatus ecclesie in Cartlouue pro anima cognati nostri W. quondam ducis Dyminensis nec non et nostris reatibus legitima donatione donauimus cenobio sanctimonialium in Virchin perpetualiter obtinendum. Huius rei testes sunt milites nostri Hinricus de Vichen, Ber[n]hardus[3]) Honech, Johannes Uulpes famuli nostri, Johannes de Scolentin, Thomas, Reybernus Hobe et alii quam plures. Ne autem inposterum hec donatio nostra ab aliquo disturbari ualeat uel infringi, hanc paginam inde conscriptam et sigilli nostri munimine roboratam supra predicto cenobio in testimonium ualidum erogamus. Acta sunt hec ab incarnatione domini anno M°.C°C.L°.X°. II°II. Datum Virchim quarto ydus Septembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 6v; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 7.

---

[1]) Die Original-Matrikel hat cognoti.

[2]) Desgl. scincere.

[3]) Desgl. Berhardus.

760.

1264 September 20. (XII kalendas Octobris) Camin.

Herzog Mestwin II. von Pommerellen setzt den Herzog Barnim I. zum Erben in seinem Lande Schwetz sowie in den ihm noch von seinem Vater und Bruder zufallenden Ländern ein.

Mistwinus dei gracia dux Scwetensis vniversis presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Quoniam universi hominum actus una cum tempore in quo geruntur defluunt transeuntes in oblivionem, necessarium arbitramur ut ea que robur firmitatis sortiri debent scriptis autenticis muniantur adeo ut nullius occasione dubietatis vel calumpnie processu temporis infringi valeant vel mutari. Igitur notum esse volumus tam presentibus quam posteris, quod nos de mera nostra liberalitate dilecto nostro consangvineo domino Barnim illustri Slauorum duci ac suis heredibus contulimus et donavimus totam terram nostram Scwetensem cum omnibus terminis iuribus aliisque suis attinenciis possidendam in omnibus et per omnia eo iure, quo nos ipsam tenuimus ac possedimus eiusdem terre possessione nobis quam diu vixerimus tantum reservata. Conferimus etiam ei suisque heredibus et donamus terras, castra, civitates, villas et universa dominia, que ad nos devolvi poterunt vel devolventur a patre nostro et a fratre cum omni iure post obitum nostrum libere possidenda. In cuius rei testimonium presentem paginam inde confectam eidem dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius nostre donacionis et collacionis sunt Wiardus abbas Uznomiensis, Otto de Scwet capellanus noster, Arnoldus rector parvulorum in Stetin, item Johannes Kulo, Brezpravus, Gustizlaus et alii quam plures, quorum hic nomina non sunt scripta. Actum Camin et datum ibidem anno domini M°.CC°.LXIIII°. XII kalendas Octobris.

Vidimirte Abschrift von 1775 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Ducalia Nr. 3; Diplomat. Pomeran. miscell. P. II f. 2 (1273 12. Okt.); Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1264) Nr. 7; Dregersche Abschrift in der Löperschen Biblioth. Msc. 9, Pommerell. Urk. Nr. 3; Klempzens Extracte fol. 236 (1263).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 476 Nr. 368; Ausführung der Rechte Sr. Königl. Majestät von Preußen auf das Herzogth. Pommerellen S. 49; vergl. Schwarz, Pomm. Lehnshistorie S. 212 (nach Kantzow 1263 oder 1264).

761.

1264 September 21. (XI°. kalendas Octobris) Camin.

Herzog Barnim I. bestätigt das Privileg des Herzogs Wartislaw III. d. d. 1262 (Bd. II S. 100 Nr. 728) für die neugegründete Stadt Greifenberg.

Barnim dei gratia dux Slavorum omnibus in perpetuum. Qvoniam generatio preterit et generatio advenit et universa, que in tempore ordinantur, per obliuionem, que mater est erroris, euanescunt cum tempore, necessarium arbitramur et expediens, ut ea, que robur firmitatis perpetuo sortiri debent, scripture testimonio sic firmentur, ut in eis posterorum versutia locum non inueniat malignandi. Sane supplicarunt nobis dilecti ac fideles nostri consules et uniuersitas burgensium noue ciuitatis nostre Griphemberch super Regam, qvatinus

ordinationi et donationi dilecti consanguinei nostri domini Wartislai pie memorie ducis Diminensis circa ipsam ciuitatem in eius locatione et fundatione factis plenum prebentes assensum ipsas curaremus nostri priuilegii munimine confirmare. Quorum precibus iustis ac rationabilibus annuentes uniuersa et singula, que idem dux circa eandem ciuitatem in prima sua plantatione ordinauit et fecit, grata et rata habentes confirmamus prout in priuilegio quod dictus dux eidem ciuitati contulit plenius continetur, cuius tenor est talis: (folgt Bd. II S. 100 Nr. 728).

Testes huius nostre confirmationis sunt Borco, Kazimarus, Brespraus, Hermannus Thuringus, Johannes de Levenow, Domazlaus, Trebemer, Johannes Troie, Rodolfus de Zedelin, Heinricus Ursus milites et alii quam plures fide digni, quorum hic nomina non sunt subscripta. Ut aute mhec nostra confirmatio firma et inuiolabilis dicti ciuitati jugiter obseruetur, presens scriptum super ea confectum ejusdem ciuitatis burgensibus dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum Camin et datum ibidem per manum Arnoldi curie nostre notarii anno domini M.CC.LXIIII. XI°. kalendas Octobris.

Original im Stadt-Archiv zu Greifenberg (war noch 1743 vorhanden, ist jetzt aber verloren); Greifenberger Stadtbuch S. 5 (durch Mäusefraß beschädigt); Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1264) Nr. 15.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 458 Nr. 346; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 81 Nr. 53.

762.

1264 September 22. (decimo kalendas Octobris) Camin.

Herzog Barnim I. überträgt dem Kloster Belbuck das Dorf Clötikow, nachdem Thezlaw und sein Sohn Virchuta auf dasselbe verzichtet haben, und erhält dagegen tauschweise das Dorf Baldekow.

Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus praesentem paginam inspecturis in perpetuum. Religiosam uitam eo autore, a quo omnis religio instauratur et regitur, agentibus et professis nostrum conuenit auxilium non deesse, ne propter defectum rerum temporalium a sanctae religionis proposito resipiscant, sed temporalibus subsidiis adiuti familiarius et quietius domino famulentur. Nouerit igitur venerabilis aetas praesentium et discat reuerenda successio futurorum, quod nos in manibus nostris resignatione recepta villae Clodekowe sitae super Regam Caminensis districtus, quam Theczlauus domicellus et suus filius Virchuta a nobis in feodo tenebant, ob reuerentiam beatorum Petri et Pauli apostolorum abbati et conuentui de Belboch Praemonstratensis ordinis Caminensis diocesis eorumque successoribus ipsam villam cum pascuis, syluis, pratis, riuis, paludibus, vsuagiis, agris, nemoribus, cultis et incultis, cum inferioribus et superioribus, ingressibus et egressibus, et omnibus eorum pertinentiis cum omni in ea iuriditione, honore ac districtu et iure habitis in aliis suis bonis, nostro nostrorum haeredum et successorum nomine in perpetuum possidendam suo nomine donauimus simpliciter inter uiuos, renunciantes omni seruitio atque exactioni nostro haeredum successorumque nostrorum nomine, quod nobis in dicta villa competeret seu competere uidebatur, eo modo quo praedictis renunctiauimus in aliis bonis a nobis eisdem collatis, nichil iuris nobis haeredibus aut successoribus nostris in ea plus retinentes, quam in aliis eorum bonis habemus. Damus quoque ipsis licenciam auctoritate propria ingrediendi possessionem villae memoratae et ordinandi de ipsa secundum quod sibi et ecclesiae suae

uiderint expedire. In cuius villae compensationem dicti abbas et conuentus villam Bialkur nobis libere resignarunt, quicquid iuris in ea habebant, in nos, haeredes et successores nostros integraliter transferentes. Huius donationis nostrae ac eorum compensationis testes sunt Wiardus abbas de Vznam, Lambertus canonicus Caminensis, Burko, Heinricus Ursus, Thezlauus de Cummerowe, Zlawomarus, Kazimarus milites nostri. Vt autem haec omnia rata et incommutabilia futuris temporibus perseuerent, praesentem paginam sigilli nostri munimine consignatam saepedictis abbati et conuentui de Belboch duximus in testimonium largiendam. Acta sunt haec Camin anno domini M.CC.LXIIII. decimo kalendas Octobris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matrikel (p. 31) fol. 16v Nr. 17.

Gedruckt bei Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 479 Nr. 370; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 82 Nr. 54.

763.

1264 Dymmin.

Herzog Barnim I. schenkt im Voraus dem Kloster Ivenack das Eigenthum von 100 Hufen, die es in seinem Gebiete durch Kauf oder Schenkung erwerben würde.

In nomine domini et indiuidue sancte trinitatis. Barnim dei gracia dvx Slauorum omnibus in perpetvum. Cvm omnivm ecclesiarum libenter velimus profectibus inminere, libentissime tamen eivs ecclesiam, qve summi patris filii filia est et mater, nostro solatio dvximus honorandam, vt quanto ipsa maiorem prerogativam optinet apud devm, eo ampliorem in oculis Jhesv Christi mereamur gratiam invenire. Ea propter notvm esse volumus vniversis tam presentis temporis quam futuri, quod nos ad laudem et gloriam omnipotentis dei et eius gloriose genitricis conuentui sanctimonialivm ordinis Cisterciensis in Yvenac, quarum famam tanquam odorem bonvm per prouinciam redolere sentimus, proprietatem C. mansorum in dominio nostro exceptis mansis, qvos nvnc possident, cum omni iuris integritate legitima donatione donamus svb hac forma, si prepositura predicte ecclesie eos prece vel precio poterit comparare. Hvius rei testes svnt Bernardus Mel, Johannes Wlpes, Fredericus Wlpes, Otto de Versne et Conradus prepositus de Stetin, dominus Andreas investitus Diminensis, Hinricus de Vichen et alii quam plures. Ne autem svper premissis dubivm habeatur, hanc paginam sigilli nostri impressione signatam sepedicte ecclesie in testimonivm validvm erogamus. Datvm Dymmin, anno gratie M°CC°LX°IIII°.

Siegel an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 237 Nr. 1000.

764.

1264 Dersin.

Herzog Wartislaw III. schenkt in seinem Testamente dem Kloster Bukow die ihm noch gehörigen Salzstellen in Colberg und seine Mühlen daselbst.

Wartislaus dei gratia dux Demminensis omnibus hoc scriptum visuris salutem in dei

filio. Notum esse volumus omnibus, quod nos, cum testamentum disponeremus, pro peccatis nostris assignauimus Bucowe, quicquid Colberg liberrimi salsuginis est et molendina, quae nunc veniunt ad solutionem ibidem, quod literis nostris duximus confirmandum. Cum autem hec fierent, hi astiterunt: custos et gardianus fratrum minorum, frater Florentius lector, Hinricus Vrsus, Bertoldus aduocatus, Hinricus marscalcus et alii. In huius rei testimonium praesentem literam sigillo nostro duximus roborandam. Datum Dersin anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto.

Bibliotb. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel fol. 91.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 474 Nr. 365; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 78 Nr. 50.

765.

1264[1]) in Ders[im][2]).

Herzog Wartislaw III. schenkt dem Kloster Belbuck ein Dorf an der Rega mit dieser selbst und dem anliegenden See.

Nos Wartizlaus, dei gracia dux Diminensis, omnibus in perpetuum. Quoniam omnes morimur et sicut aquae in terram dilabimur, quae non reuertuntur, nos deum honorare et saluti nostrae prouide prouidere volentes, villam super Regam et ipsam Regam cum stagno adiacente et omni iure claustro fratrum in Belbuch, Praemonstratensis ordinis, conferimus perpetuo possidenda, et ne contradictioni uel cauillationi locus pateat in futurum, praesens scriptum sigilli nostri robore communimus. Acta sunt haec in Ders[im], praesentibus domino Bertoldo aduocato de Gripswold, domino H. Vrso, fratre Florentio lectore fratrum predicatorum, domino Domaslao et Jo. notario, anno domini M.CCL[XIIII].

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matrikel (p. 108) fol. 59v Nr. 52 (Transs. vom 21. Jan. 1310).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 323 Nr. 214; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 53 Nr. 29.

766.

1264.

Reginarus, Abt, und der Convent zu Eldena erinnern die Gräfin von Schwerin an den bei ihrer Aufnahme in die Kloster-Fraternität versprochenen Kelch und bieten ihr einen besonderen Altar an, für dessen Ausstattung sie jedoch zu sorgen habe.

Venerabili et illustri femine comitisse seniori seu maiori in Zuerin frater R. dictus abbas in Hilda totusque conuentus ibidem ad sua beneplacita affectum beniuolum cum orationibus in Christo deuotis. Vestre benignitatis excellentie tenore presentium cupimus declarare, quod calicem quem nobis pollicebamini, cum uobis fraternitatem conferremus plenariam, nondum recepimus, de die in diem exspectantes, ut uestrum promissum in hac parte compleatur, quia valde necessarium ad diuinum peragendum officium hunc habemus. Ceterum

[1]) Wegen der Datirung vergl. Quandt, Balt. Stud. X, 1 S. 170.
[2]) Die Matrikel schreibt Dersun.

vestre ingenuitati pandere curauimus, quod nouum nostrum monasterium nunc intrauimus et in eo diuina rite die noctuque persoluimus, in quo certe monasterio si uobis altare speciale uolueritis assignari, nobis preparamenta sacerdotalia integra cum calice pretaxato per exhibitorem presentium transmittatis, vt in hiis ad honorem dei vestrique memoriam cotidie diuina valeant celebrari, pro quibus omnibus non solum hic honorem in terris habebitis, verum etiam gloriam et mercedem apud altissimum, cum vnicuique secundum sua opera restituet in futuro. Valete in domino Jesu Christo.

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Großherz. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Mekl. Jahrb. XXVII S. 160 Nr. VII; Mekl. Urk.-Buch II S. 241 Nr. 1005.

767. Pristaffsche Fälschung.

1264.

Hermann, Bischof zu Camin, überträgt dem Kloster Eldena für die Abtretung der Güter desselben in terra Slivrim Diepe an die Domkirche zu Camin das Patronat der Kirchen in den Dörfern Ruden und Carven.

Loepersche Bibliotḣ. Mscr. 9 Pristaffsche Dokum. Nr. 9.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Biblioth. V S. 299 Nr. 32; Oelrichs, Diplom.-hist. Beiträge S. 114 (Regest).

768.

1265 Februar 6. (VIII° idus Februarii) Cartelowe.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Zoenack das Patronat der Kirche des h. Pankratius zu Sophienhof.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Donationes principum, que robur firmitatis sortiri debent, oportet scriptis autenticis adeo stabiliri, ut in posterum nullius occasione dubietatis seu calumpnie mutari valeant uel infringi. Igitur notum esse uolumus tam presentibus quam posteris, quod nos ex affectu caritatis sincere in nostrorum remissionem peccaminum et pro eterni regis misericordia facilius impetranda donauimus dilectis nobis in Christo abbatisse et conuentui Cysterciensis ordinis monasterii virginis gloriose matris dei Marie in Yuenak et omnibus sequacibus earum ac ipsi monasterio ius patronatus ecclesie sancti Pancratii in villa Cerberzin perpetuis temporibus possidendum transferentes in eas ac monasterium earum, quicquid iuris habuimus integraliter in iure patronatus ecclesie memorate. Testes huius nostre donationis sunt Bernardus dictus Mel, Johannes dictus Wlpes, Fridericus dictus Wlpes, Widekindus dictus de Walsleue, Heinricus dictus de Vizen, milites nostri; item Johannes dictus Scholentin, Heinricus dictus Wlpes, Hermannus dictus Mezecowe, fideles nostri, et alii quam plurimi fide digni. Vt autem hec nostra donatio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret,

presentem paginam antedictis abbatisse et conuentui dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum Cartelowe et datum ibidem per manum Arnoldi curie nostre notarii anno domini M°CC°LX°V° VIII° idus Februarii.

Siegel an roth-, gelb- und grünseidener Schnur.

Original im Großherz. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Mekl. Urk.-Buch II S. 265 Nr. 1037.

769.

1265 Februar 7. (VII idus Februarii) apud Magdeburgum.

Guido, Cardinal-Priester und päbstlicher Legat, berichtet dem Bischofe zu Camin, daß er dem Kloster Lehnin die Schenkung Ottos, Bischofs zu Brandenburg, über den Dreißigsten und eine Hufe im Dorfe Krielow, sowie den Zehnten des Dorfes Zehlendorf bestätigt habe.

Venerabili patri dei gracia . . episcopo Caminensi frater Guido miseratione diuina tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis apostolice sedis legatus salutem in domino sempiternam. Dilecti filii abbas et conuentus de Lenin ordinis Cisterciensis Brandeburgensis diocesis nobis humiliter supplicarunt, vt cum bone memorie Otto quondam Brandeburgensis episcopus de communi consensu capituli ecclesie sue tricesimam ville Crile et vnum mansum necnon et decimam ville Cedelendorp ecclesie sue donauerit ob anime sue remedium et salutem, nos dictam donacionem comfirmare(!) dignaremur. Nos autem deuotis eorum precibus inclinati donationem ipsam prout rationabiliter facta est, tenore presentium confirmamus, ea qua fungimur vobis auctoritate mandantes, quatinus dictos abbatem et conuentum contra hunc nostre confirmationis tenorem non permittatis ab aliquibus indebite molestari, molestatores ipsos si qui fuerint per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum apud Magdeburgum VII idus Februarii anno ab incarnatione domini M.CC.LX. quinto pontificatus domini Clementis pape IIII anno primo.

Siegel mit Pergamentstreifen abgerissen.

Original im Geh. Staats-Archiv zu Berlin (Lehnin).

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. I 10. S. 212 Nr. 63.

770.

1265 Februar 19. (XI. kalendas Marcii) in Vkermunde.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster zu Usedom das Dorf Lutebog mit allem Rechte.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Acta principum, que robur firmitatis sortiri debent, consueuerunt scriptis autenticis stabiliri, ut processu temporis nec mutari valeant nec infringi. Igitur noscant tam presentes quam posteri, quod nos pro eterni regis consequenda misericordia dilectis nobis

in Christo abbati totique conuentui monasterii beate Marie virginis gloriose sanctique Godehardi in Vznam ac successoribus eorum vniuersis et ipsi monasterio donauimus villam Luthebug fundum simul et proprietatem eius cum siluis, pratis, pascuis, nemoribus, arbustis, agris cultis et incultis, aquis, piscationibus, usuagiis, cum limitibus et terminis omnium predictorum, prout ad ipsam villam ab antiquis noscuntur temporibus pertinere possidendam perpetuis temporibus eo iure, quo ipsis alia bona donauimus vniuersa. Testes huius nostre donationis sunt Godeco de Piriz, Johannes de Leuenowe, Gobelo quondam noster marscalcus, Rodolfus de Zedelin, Roderus de Zabelstorp, Johannes Troie, Heinricus Lukerus milites nostri et alii quam plures fidedigni. In cuius rei manifestum et euidens testimonium presens scriptum super hàc nostra donatione confectum predictis abbati et conuentui ac monasterio eorum dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum per manum Arnoldi nostri notarii in Vkermunde anno domini M°.CC°.LX°V. X°I. kalendas Marcii.

Siegel von der Hanfschnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 27; Original-Transſ. vom 13. Juni 1317 s. r. Pudagla Nr. 64; Pudaglaer Matr. (p. 76) fol. 21 (XVII. A); Transſ. vom 13. Juni 1317 fol. 30v (XXVI. D); vergl. Kantzows Extract fol. 111v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 480 Nr. 371.

771.

1265 März 3. (quinto nonas Marcii) in villa Herlinge super Albeam.

Der Ritter Otto de Barmenstede schenkt dem Kloster zu Ueckermünde das Patronat der Kirche zu Morin.

Omnibus presentes litteras inspecturis ego Otto miles dictus de Barmenstede notum fieri cupio, quod quicquid iuris habui in patronatu ecclesie de Morin pure et de bona voluntate contuli fratribus vallis sancte Marie in Vkermunde ordinis sancti Victoris Parisiensis propter deum et reuerenciam ipsius ordinis in perpetuum possidendum. Ad cuius eciam rei euidenciam presentem paginam sigilli nostri fecimus munimine roborari et hoc testibus presentibus domino nostro Gh. comite Holtsacie, Marquardo de Ronnowe, Hermanno de Gralöwe et Johanne plebano de Cybowe et Johanne dicto de Werdingheborch canonico Hamburgensi eiusdem domini comitis capellanus(!). Datum et actum in villa Herlinge super Albeam anno domini M°.C°C°.LXV°. quinto nonas Marcii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrikel (p. 116) P. II Nr. 42.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 481 Nr. 372; Kletke, Regesta Neom. I S. 21.

772.

1265 März 31. (pridie kalendarum Aprilis) Wolin.

Herzog Barnim I. bestätigt die testamentarische Schenkung des Herzogs Wartislaw III. für das Kloster Bukow über einen Salzkothen und vier Salzpfannen bei Colberg.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Donationes principum, quae

robur firmitatis sortiri debent, oportet vt scripturae testimonio sic stabiliantur, ne processu temporis malignantium versutia locum habeat in eisdem. Igitur notum esse volumus tam praesentibus quam posteris, quod illustris consanguineus noster dilectissimus dominus Wartislaus dux Demminensis felicis ac piae recordationis cum in vltima voluntate constituens testamentum conderet, legauit et donauit abbati et conuentui Cisterciensis ordinis monasterii beatae Mariae virginis in Bucowe et eorum successoribus vniuersis ac ipsi monasterio pro dampnis eisdem abbati et conuentui illatis et suorum pro remissione peccaminum quinque talenta frumenti, que in theutonico punth appellantur, annis singulis in molendino Luberti de Wodarge apud ciuitatem Colberg sito percipienda et vnum thugurium, quod in theutonico coht vocatur et quatuor sartagines in salsugine apud eandem civitatem Colberge licentiatis eis vnum fontem ibidem, quem magis elegerint de duobus ad hauriendum ex eo tantum salsuginis quantum exigunt sartagines quatuor memoratae. Sed et si dictus abbas et conuentus thugurium iam constructum et quatuor sartagines in eo vt praedictum est habere noluerint sed voluerint nouum thugurium construere, dedit eis licentiam hoc faciendi et nouum fontem fodiendi qui habeat duodecim pedes in longitudine et duodecim pedes in latitudine, de quo tantum salsuginis hauriant qvantum praedictis quatuor sarthaginibus sufficiat et non vltra. Quando siue de antiqua fonte voluerint haurire siue nouum construere, non dedit eis nisi quatuor sartagines et vnum thugurium donauit et eis vnam aream in qua thugurium construant ad quantitatem aliarum arearum si fodere voluerint nouum fontem. Haec autem omnia praedictis abbati et conuentui legauit et donauit perpetuis temporibus possidenda. Nos vero praedictorum omnium donationem gratam et ratam habentes praesentis scripti patrocinio duximus confirmandam, promittentes praedictis abbati et conuentui praedicta omnia et singula secundum quod donata sunt assignare tam ab impetitione domini Camminensis episcopi quam cuiuslibet alterius libere in omnibus et soluta. Testes huius nostrae confirmationis sunt Borcho, Casimirus, Johannes Kulo, Teslaus de Cumerowe, Theslaus, Prebizlauus, Dumeslaus, Gustislaus Dobestitz, Gneomarus milites nostri et Rodamarus de Cumerowe. In cuius rei testimonium praesentem paginam eis dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Wolin per manum Arnoldi notarii nostri anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto pridie kalendarum(!) Aprilis.

Bibliotk. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel fol. 85v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 482 Nr. 373.

773.

1265 April 18. (XIIII. kalendas Mai) Virchim.

Herzog Barnim I. überträgt dem Kloster Verchen das Dorf Schönfeld mit allem Rechte, ausgenommen zwei Drittel des Halsgerichts.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus inperpetuum. Donationes que robur firmitatis sortiri debent, oportet scripture testimonio sic roborari, ut posterorum uersutia locum in eis non inueniat malignandi. Igitur notum esse volumus tam presentibus quam posteris, quod nos pro nostrorum remissione peccaminum eternique regis misericordia consequenda contulimus et donauimus dilectis nobis in Christo preposito priorisse totique conuentui monialium monasterii sancte Marie sanctique

Johannis ewangeliste in insula sancte Marie apud Virchin nec non et uniuersis sequacibus earum ac ipsi monasterio proprietatem uille Sconeuelde et ipsam cum terminis suis et limitibus, prout eos in presenti assignatos sibi possidet et distinctos, iure proprietatis perpetuis temporibus possidendam, transferentes in easdem[1]) ac monasterium earum, quicquit iuris habebamus in villa predicta excepto duntaxat[2]) iudicio in collum, quod nobis et heredibus nostris duximus reseruandum. De quo iudicio si quempiam collum, suum redimere contigerit uel quomodolibet aliter, inde nobis cedent due partes et tercia monialibus et monasterio supradictis. Volumus insuper ut aduocati nostri in predicta uilla nichil plus iuris ac potestatis habeant, quam in aliis uillis eiusdem monasterii habent, prout in nostro priuilegio eidem monasterio indulto plenius continetur expressum. Testes huius nostre donationis sunt Ber[n]hardus[3]) Mel, Hinricus Munt, Reybernus de Wacholte, Johannes de Scolentin, milites nostri, item Arnoldus de Dusdowe et Thomas camerarii nostri, Johannes de Cupperne et alii quam plures, quorum hic non sunt [nomina][4]) subscripta. Vt autem hec nostra donatio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, presens scriptum eis dari iussimus inde confectum nostri sigilli munimine roboratum. Actum Virchim et datum ibidem anno domini M°.CC°.LX°.V°. XIIII°. kalendas Mai per manum Arnoldi notarii nostri.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 22; Biblioth. der Gesellsch. für Pom. Gesch.: Verchener Matrikel S. 27.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 483 Nr. 374.

774.

1265 April 18. (XIIII°. kalendas Mai) Commurowe.

Herzog Barnim I. überträgt dem Kloster Verchen das Patronat der Kirche S. Johannis des Täufers in Cartelow.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus imperpetuum. Ea que processu temporis notam obliuionis erronee possunt incurrere, consueuerunt scripture testimonio sic declarari, ut debiti uigoris robore non priuentur. Quare noticie tam presentium quam futurorum transmittimus, quod cum nos dilectis nobis in Christo priorisse et conuentui monialium monasterii sancte Marie apud Virchin donassemus ius patronatus ecclesie sancti Johannis baptiste in Carltlowe ad subleuandam inopiam earundem, licenciauimus eisdem, quantum in nobis erat, ut quicquit de reditibus et prouentibus eiusdem ecclesie ultra honestam sustentationem persone ibidem ad diuinum officium pro tempore instituende bono modo supercrescere possit, sibi retinendi in subsidium edificiorum eiusdem monasterii et officinarum suarum liberam habeant facultatem. In cuius rei testimonium presentem paginam eis dari

[1]) Die Original-Matrikel hat eisdem.
[2]) Desgl. duxtaxat.
[3]) Desgl. Berhardus.
[4]) In der Original-Matrikel ausgefallen.

iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Commurowe anno domini M.CC.LX.V. XIIII. kalendas Mai per manum Arnoldi nostri notarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 16ᵛ; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 20.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 484 Nr. 375.

775.

1265 Mai 6. (pridie nonas Maii) Rokeniz.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster Dargun das Recht, mit einem Schiff frei von jeglichem Zoll Schollen in dem seiner Herrschaft unterworfenen Meere zu fangen.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Ea que principum donatione in possessionem locorum transeunt religiosorum, conuenit ut scripture testimonio sic notificentur, ut posterorum uersutia locum in eis non inueniat malignandi. Igitur notum esse uolumus tam presentibus quam posteris, quod nos dilectis nobis in Christo abbati et conuentui monasterii sancte Marie in Dargun ordinis Cysterciensis ipsorumque successoribus vniuersis ac ipsi monasterio contulimus et donauimus pro nostrorum remissione peccaminum ac eterna misericordia consequenda libertatem capiendi rumbos cum vna naui et retibus ad eam pertinentibus in mari salso terre nostre dominio adiacenti, decernentes ipsam nauem una cum piscatoribus et retibus in ea existentibus liberam et solutam ab omni pensione, theloneo et alia qualibet exactione, in quibus alie naues ratione piscationis nobis sunt obligate, que in predicto mari deducuntur in captura rumborum. Cuius occasione donationis precipimus aduocatis nostris aliisque officiatis nostris iuxta dictum mare auctoritatem habentibus, ut cum predicti abbas et conuentus suos piscatores cum naui et retibus de curia sua Carsiborch emiserint ad capiendum rumbos, nichil ab eis exigere presumant nec eis quicquam molestie vel grauaminis irrogare. Testes huius donationis sunt Borco, Johannes de Leuenowe, Hinricus Munt, milites nostri, et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presentem paginam eisdem dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Rokeniz per manum Arnoldi notarii nostri anno domini MCCLXV, pridie nonas Maii.

Siegel an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden I S. 126 Nr. 58; Meklenb. Urk.-Buch II S. 270 Nr. 1044.

776.

1265[1]) Mai 7. (nonas Maij) Perusii.

General-Confirmation des Pabstes Clemens IV. für das Kloster zu Ueckermünde.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis priori et fratribus monasterii de

[1]) Wegen der Datirung vergl. Quandt in den Balt. Stud. X, 1 S. 173.

Vkermunde ordinis sancti Victoris Parisiensis Caminensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que inpresenciarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus. Specialiter autem terrarum decimas, possessiones, domos et alia bona vestra sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus salua in predictis decimis declaracione consilii generalis. Nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre proteccionis et confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Perusii nonas Maij pontificatus nostri anno primo.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jaseniher Matrikel (p. 63) P. I Nr. 42; P. II Nr. 29.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 496 Nr. 389 (1266).

777.

1265 Mai 26. (VII kalendas Junii).

Herzog Barnim I. nimmt die Stadt Greifswald vom Kloster Eldena zu Lehen, schenkt dem Kloster 4½ Last Getreide aus der Mühle an der Westseite der Stadt, bestätigt demselben die Mühlen auf der Schwinge, das Dorf Wirow, halb Regebodenhagen, die Vogtei innerhalb der Abtei und das Patronat der Kirchen in Greifswald, und gesteht schließlich dem Kloster eine jährliche Recognitions-Gebühr von 15 Mark aus der Münze in Greifswald zu.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Barnim dei gracia dux Sclauie vniuersis hoc scriptum inspecturis, presentibus et futuris, in perpetuum. Ne uel obliuionis nebula uel etiam malitiosorum calumpnia facta prudentum possit apud posteros irritare, juris approbata consuetudo ac litterarum certarum obtinuit ea tenaci memorie commendare, que et sibi commissa firmiter retineant (!) modernis et fideliter futuris representent (!). Hac ergo ratione notum esse uolumus vniuersis, quod nos, prout inter nos et heredes nostros parte ex vna, venerabilem patrem dominum Reginarum abbatem et conuentum de Hilda parte ex altera, conuentum fuerat cum consilio et assensu domini abbatis de Esrom, presente religioso uiro patre et domino W. abbate de Vznam, susceperimus de summo altari beate Marie virginis in Hilda in conspectu omnium qui aderant, clericorum, militum et laicorum, sub conditione juris feodalis opidum Gripeswald, in presentia consulum eiusdem opidi, cum viginti mansis indaginariis in ea parte amnis, qua situm est ipsum opidum, et agris noue ciuitati assignatis usque in aquam Dupniz, cum aduocatia et iure omni, ita sane quod salina cum suo jure ceteraque bona monasterii ex vtraque parte amnis ab ista conditione libera sint et aliena, et quod ultra terminum viginti mansorum et ultra amnis medium, que Hilda nuncupatur, nostra jurisdictio siue aduocatia minime extendatur. Hec etiam feodalis hereditas ad liberos nostros in vtroque sexu, qui etiam idem opidum successiue conditione eadem ab altari suscipient, deuoluatur, nec liberum sit nobis siue heredibus nostris, predictum opidum ad

alios transferre uel a claustri dominio quocumque titulo alienare. Si autem ex hac uita absque heredibus et liberis decedere nos uel heredes nostros contingat, predictum opidum cum omni jure ad Hildensem ecclesiam integraliter reuertetur. Promittimus etiam, nos bona fide singula capitula priuilegii, quod inter dominum Wartiszlauum pie memorie ducem Diminensem et predictam ecclesiam de prenominato opido confectum est, inuiolabiliter obseruare. Ceterum recognoscimus nos eidem monasterio et fratribus de Hilda pro recompensationis alicujus supplemento quatuor last et dimidium de censu molendini ex occidentali parte constructo (!) noue ciuitatis possidendos perpetuo contulisse; huius autem census pars media erit brasii et reliqua siliginis. Sed quia predicti W. ducis Diminensis relicte pro quadam summa sibi in dotis donationem promissa sepedictum opidum pro pignoris certitudine duximus relinquendum, prefati prouentus ex molendino Diminensi ciuitati contiguo absque contradictionis ulla calumpnia prefato monasterio singulis annis amministrabuntur, donec supernominata summa fuerit persoluta. Quod si ante huius persolutionem summe nos uel heredes nostri debitum carnis persoluerimus, nolumus omnino, vt ex huius occasione inpignorationis dicto monasterio alicuius dispendii detrimentum generetur. Molendina etiam in aqua, que Zwinga dicitur, et medietatem uille, que Virogh appellatur, que ob remedium anime sue prefatus W. dux Diminensis in mortis testamento monasterio jam dicto legauit, et medietatem Regenbotenhagen, que pro restauro agrorum noue ciuitati additorum cum omnibus attinentiis et omni jure, necnon et cetera bona, que uel fundatores domini uel etiam alii fideles in nostro constituti dominio in remissionem sibi peccaminum prefate ecclesie contulerunt uel in futuro contulerint, libere eidem perpetuo possidenda confirmamus ea conditione, vt donum legantis numerum quatuor mansorum non excedat, nisi de nostra speciali licentia uel mandato. Ius etiam omne aduocatie infra abbatiam et patronatum omnium ecclesiarum tam in ciuitate Gripeswald quam in uillis dicto monasterio pertinentibus plene recognoscimus. Inhibemus etiam, ne aliquis ausu temerario uel pro ciuitate dilatanda uel pro aliquo iniuste occasionis pretextu terminos ecclesie in grangiis et uillis uel possessionibus et precipue in possessionibus, que inter claustrum et dictum opidum medie sunt, infringere artare seu quolibet modo presumat extenuare. Promittimus insuper bona fide pro nobis et heredibus nostris, presentibus et futuris, firmiter attendere et obseruare omnia capitula supradicta, nec umquam arte aliqua eisdem uel per nos uel per alios contraire. Adicimus insuper in gestarum rerum memoriam, ne facta partium possint irritare, quatenus predictus abbas et conuentus monasterii antedicti in moneta opidi Gripeswald singulis annis recipiant quindecim marchas denariorum in testimonium uetuste proprietatis. In cuius rei euidentiam sigillum nostrum presenti apposuimus instrumento. Testes qui presentes affuerant hii sunt: dominus W. abbas de Vznam, frater B. prior, frater F. lector fratrum predicatorum in Gripeswald, custos et gardianus fratrum minorum ibidem, C. prepositus Stetinensis; milites Henricus Ursus, Johannes Hethibrak, Lyppoldus Ursus, Hermannus de Wizen et concilium ciuitatis de Gripeswald. Acta sunt hec infra octauam assensionis domini, anno gratie M°.CC°.LX°.V°. VII° kalendas Junii. Datum per manum Henrici de Kalogh, capellani nostri.

Siegel mit Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 27; vergl. Klempzens Extract fol. 85.

Gedruckt in Lisch, Urkunden des Geschl. Behr II S. 182 Nr. 262.

778.

1265 Juni 29. (III kalendas Julii) Pyriz.

Herzog Barnim I. bestätigt die Schenkung von zehn Hufen zu Ganschendorf an das Kloster Dargun durch den Ritter Johann von Artlenburg.

Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Donationes principum, que robur firmitatis sortiri debent, consueuerunt scriptis autenticis roborari. Igitur notum esse volumus tam presentibus quam posteris, quod nos pro nostris nostrorumque progenitorum peccaminibus ac eterni regis misericordia facilius consequenda proprietatem decem mansorum ville Ganzekendorp adiacencium, quos fidelis noster Johannes miles dictus de Erteneborch de nostra licencia dedit et assignauit monasterio sancte Marie in Dargun, donauimus et contulimus eidem monasterio cum omni iure, quo cetera bona sua possidet sub nostro dominio, perpetuis temporibus possidendam. Huius nostre donationis testes sunt Andreas plebanus in Demyn, Johannes et Deneco fratres dicti de Bruseuiz, Domazlauus de Camyn, Fridericus dictus Vos, Otto dictus de Versen, Otto dictus cum plata milites et alii quam plures fide digni, quorum hic nomina non sunt subscripta. Vt autem hec nostra donatio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, presentem paginam abbati et conuentui eiusdem monasterii dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum Pyriz et datum ibidem per manum Arnoldi nostri notarii, anno domini M°CC°LXV° III° kalendas Julii.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 273 Nr. 1050.

779.

1265 Juli 25. (VIII. kal. Augusti) in Stetin.

Hermann, Bischof zu Camin, befreit den zur Präbende des Domherrn Gerhard zu Colberg gehörigen an der Persante neben dem bischöflichen Salzkothen gelegenen Kothen mit sechs Pfannen von jeglicher Last.

Hermannus dei gracia Camyuensis ecclesie episcopus vniversis presens scriptum inspecturis salutem in eo, per quem salus omnium cepit esse. Nouerint universi tam presentes quam futuri, quod nos tugurium salis in monte Colberghe, in quo sex sartagines locum habent, domini Gherardi canonici Colbergh (!) prebende pertinens situm apud Persandam fluuium versus mare juxta tugurium nostrum ab omni exactione et vexatione dimisimus liberum et solutum omnem libertatem a predecessoribus nostris traditam nostre firmitatis munimine roboramus. Testes dominus Adolphus ecclesie Camynensis decanus, Hinricus ejusdem ecclesie custos, Wolterus, Guntherus, Colbergenses canonici, Hinricus notarius noster, comes Hinricus, Bork, Thezlaus, Johannes Culo milites et alii quam plures. Ne autem super premissis dubium habeatur, hanc paginam nostri sigilli munimine signatam ecclesie sancte Marie in Colbergh in testimonium validum erogamus. Datum in Stetin per manum Hinrici notarii nostri anno domini M°.CC°.LXV°. VIII. kal. Augusti.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matrikel S. 76.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 485 Nr. 376.

780.

1265 Juli 28. (V. kalendas Augusti) aput villam Droneuiz.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Jvenack das Eigenthum des Dorfes Glendelin.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Donationes principum, que robur firmitatis sortiri debent, oportet ut scriptis autenticis sic roborentur, quatinus processu temporis uersutorum malicia locum malignandi non inueniat in eisdem. Igitur notum esse uolumus tam presentibus quam posteris, quod nos pro nostris nostrorumque progenitorum peccaminibus ac eterni regis misericordia facilius impetranda contulimus et donauimus proprietatem ville Glandelin abbatisse et conuentui monasterii gloriose virginis matris dei Marie aput Iuenakum ac ipsi monasterio proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendam in predictos conuentum ac monasterium, quicquid iuris in eadem villa ac vniuersis eius attinentiis intra suos limites et terminos contentis habuimus et habere dinoscebamur integraliter et liberaliter transferentes. Testes huius nostre donationis sunt Andreas plebanus in Dimin, Nicolaus et Lucas, canonici Colbergenses, item Bernardus Mel, Heinricus de Vizen, Heinricus Munt, Johannes Scolentin, milites nostri, et alii quam plures fide digni, quorum hic nomina non sunt subscripta. Vt autem hec donatio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, presentem paginam inde confectam dictis abbatisse et conuentui dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum aput villam Droneuiz et datum ibidem per manum Arnoldi nostri notarii, anno domini M.CC.LXV. V. kalendas Augusti.

Das Siegel von der grün- und gelbseidenen Schnur abgefallen.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Meklenb. Urk.-Buch II S. 275 Nr. 1053.

781.

1265 August 21. (duodecima kalendas Septembris) in Sclawena.

Swantopolk, Herzog von Pommern, schenkt dem Kloster Bukow das Gut Belkow und beschreibt dessen Grenzen.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Ego Swantopolcus dei gratia Pomeranorum dux omnibus hoc scriptum cernentibus in perpetuum. Ne igitur, quae geruntur in tempore, labantur cum tempore et quaeque digna viuarum literarum monumentis commendentur, vnde notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod nos ex divina inspiratione praedium quod dicitur Belcowe beatae Mariae perpetuae virgini in Bucowe fratribusque ibidem domino seruientibus contulimus integraliter cum suis terminis, qui ascendunt ab illo loco, qui dicitur Pristan illorum de Gewenthin recto tramite contra quercum que habet crucem contra orientem, deinde procedunt contra tres quercus in vno trunco [1]) constitutas, deinde recto tramite vsque ad quercum quae sita est iuxta primum torrentem, deinde recto tramite vsque ad cliuum, in quo sitae sunt duae quercus et circa sepulchra paganorum, deinde recto tramite vsque ad magnam quercum quae sita est iuxta quendam torrentem, deinde

[1]) Die Bukower Matrikel (Loeper'sche Bibliothek Nr. 216) hat termino.

recto tramite usque ad magnum stagnum, deinde vsque ad lacum Carnescvitz recto tramite. Huius rei testes sunt dilectissimus filius meus Wartislaus, Vitico borgrauius, Milbradus, Guslaws, Grosle, Bugislaus et alii quam plures. Et ne aliqua scrupulositas exinde oriatur, hanc paginam sigilli nostri munimine roborauimus. Datum anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto in Sclawena, duodecima kalendas Septembris.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matr. S. 24.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 486 Nr. 378.

782.

1265 August 23. (X. kalendas Septembris) Stettin.

Herzog Barnim I. überträgt dem Nonnenkloster vor Stettin das Dorf Pomellen mit 54 Hufen, desgleichen vier Mark Einkünfte aus der Münze zu Pyritz und 3½ Wispel Korn aus der unteren Mühle auf der Welse bei Schwedt.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam propter humanae labilitatem memoriae ea, quae in tempore aguntur, obliuionis scrupulum et erroris notam solent incurrere, necessarium arbitramur, ut ea, quae firmitatis sortiri robur debent, scriptis autenticis sic firmentur, quatenus in eis processu temporis posterorum versutia locum non inueniat malignandi. Igitur notum esse volumus tam praesentibus quam posteris, quod nos pro nostris nostrorumque peccaminibus progenitorum ac aeterni regis misericordia facilius impetranda monasterio sanctimonialium ante ciuitatem nostram Stettin sito ac ipsis sanctimonialibus earumque sequacibus vniversis deo inibi iugiter famulantibus contulimus et donauimus proprietatem ville Pomele et ipsam villam cum omni iure, cum siluis, pratis, pascuis, aquis, piscationibus, vsuagiis, nemoribus, [agris][1]) cultis pariter et incultis, quae omnia inter terminos quinquaginta et quatuor mansorum, qui dicte ville adiacent sita sunt, perpetuis temporibus proprietatis titulo feliciter possidenda. Contulimus insuper praedicto monasterio et sanctimonialibus eisdem quatuor marcas denariorum annis singulis in moneta nostra Piriz percipiendas, et quartum dimidium chorum siliginis in molendino inferiori super Welsuam erga ciuitatem Scwet sito annis singulis percipiendum et proprietatis titulo similiter perpetuis temporibus possidenda. Huius autem nostrae collationis simul et donationis testes sunt Godeco de Piriz, Johannes de Leuenowe, Gobelo quondam noster marscalcus, Rodolfus de Zedelin, Olricus de Moringe milites, Heinricus Baruot schultetus Stetinensis, Theodericus de Saltwedele, Ditmarus Segeler, Heinricus de Angermunde ciues Stetinenses et alii quam plures fidedigni, quorum hic non sunt nomina subarrata. Sed ut et haec nostra collatio simul et donatio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, praesentem paginam super his confectam eisdem sanctimonialibus dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Stettin per manum Arnoldi nostri notarii anno domini M.CC.LXV. X. kalendas Septembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 40) fol. XII^{v} Nr. 18; fol. 24^{v} Nr. 48; Abschrift vom Jahre 1585 s. r. Stett. Arch. P. I Tit. 57 Nr. 1 V. 1 fol. 306 Nr. Q; desgl. vom Jahre 1587 ebendaselbst V. III Nr. 3 fol. 1.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 485 Nr. 377.

---

[1]) Fehlt in der Matrikel fol. XII^{v}.

783.

1265 Oktober 2. (in crastino Remigii) Vznam.

Herzog Barnim I. verleiht dem Kloster zu Usedom die niedere Gerichtsbarkeit des Dorfes Jargenow.

Barnym dei gratia dux Slavorum omnibus in perpetuum. Ea que in tempore fiunt et ordinantur, ne simul cum temporis fluxibilitate in obliuionem transeant, oportet ut scripture testimonio sic roborentur, ut in eis posterorum uersucia locum non inueniat malignandi. Igitur noticie tam presencium quam futurorum transmittimus, quod nos dilectis nobis in Christo abbati et conuentui monasterii sancti Ghodehardi in Vznam ac omnibus sequentibus eorum contulimus et donauimus aduocaciam ville Jarognev ad ipsum monasterium pertinentis, ita ut ipsi licite et libere omnes causas minores in eadem villa per suum aduocatum tractent et iudicent nostro aduocato irriquisito. Causas vero sanguinis que in eadem uilla iudicande fuerint siue se in manum siue in collum extendant iudicabit noster aduocatus sub testimonio duorum vel trium uasalorum eiusdem monasterii, et ad hoc uolumus, ut uocetur a predictis abbate et conuentu, quoniam nulla racione uolumus, quod aduocatus dictam villam nostra ex parte intret siue ad iudicandum siue ad inuadiandum, nisi ad hoc a predictis abbate et conuentu fuerit specialiter inuitatus, ita tamen quod dicte cause sanguinis non remaneant impunite. Nam quicquid de predictis causis sanguinis si per compositionem fuerint sopite prouenerit, nobis cedet pro medietate et pro medietate monasterio antedicto. Testes huius nostre donacionis simul et collacionis sunt dominus Wiardus abbas Belbocensis, Conradus prepositus ecclesie Stetynensis, Albertus prior Belbocensis, Hinricus Munt, Hermannus Thuringhus milites, Arnoldus de Dusdowe, et alii quam plures fidedigni. In quorum omnium firmum testimonium presens scriptum dicto monasterio dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Vznam anno domini M̊.CC̊.LX̊V in crastino Remigii per manum Arnoldi nostri notarii.

Original-Transf. vom 13. Juni 1317 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 64.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 488 Nr. 381.

784.

1265 Oktober 17. (XV̊I kalendas Nouembris) Dimin.

Herzog Barnims I. General-Confirmation für das Kloster Dargun.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Juste ac rationabiliter petencium desideria conuenit absque difficultatis obstaculo admitti et ad debiti effectus complementum perduci. Sane supplicarunt nobis humiliter et deuote dilecti nobis in Christo abbas et conuentus ordinis Cysterciensis monasterii gloriose uirginis matris dei Marie in Dargun, quatinus intuitu diuine remunerationis nostrorumque in remissionem peccaminum fundationem monasterii ipsius simul et donationes varias et diuersas ipsis ac predecessoribus eorum a nostris progenitoribus simul et consanguineis factas dignaremur nostri scripti patrocinio confirmare. Quorum petitionibus iustis, rationabilibus ac honestis facilem prebentes assensum

pariter et fauorem, fundationem dicti monasterii donationesque vniuersas illustris principis fratris nostri patruelis domini Wartizlai ducis Diminensis pie ac felicis recordationis, patris quoque sui domini Kazimari patrui nostri ducis Diminensis, viri incliti et gloriosi, necnon et vniuersorum progenitorum ac parentum nostrorum, a quibus per successionem ducatus Diminensis ad nos est iure deuolutus hereditario, prout in priuilegiis eiusdem monasterii a prima sui fundatione rite ac legaliter confectis plenius continentur expresse modo debito et legali facte, ratas et gratas vna cum suis confirmationibus habentes in omnibus et per omnia presenti scripto duximus confirmandas, inhibentes districtius, ne quis h[ered]um aut successorum nostrorum predicti monasterii emunitates, libertates, exemtiones aliasque prerogatiuas quaslibet in ipsum aut homines eius a predictis nostris predecessoribus simul et progenitoribus rite et rationabiliter iure proprietatis translatas presumat infringere in aliquo uel eciam ausu temerario immutare. Nostras quoque donationes simul et prerogatiuas, quas eidem monasterio rite ac rationabiliter fecimus, uolumus similiter in omnibus et per omnia inuiolabiliter obseruari. Testes huius nostre confirmationis sunt Conradus prepositus ecclesie Stetinensis, frater Gerardus de Kiriz eiusdem monasterii monachus, Heinricus Ursus, Bernardus Mel, Johannes Wlpes et Fridericus frater eius, Bertholdus Thuringus, Johannes de Gramzowe, Johannes de Erteneburch, Burchardus de Kalant, Arnoldus de Schoneuelde, Wichmannus de Walle, Heinricus de Vizen et Hermannus filius eius, Johannes Romele, Johannes Scholentin, Gerardus Lepel, Johannes de Stembeke et alii quam plures fide digni, quorum hic non sunt nomina subarata. In cuius rei firmum et perpetuum fulcimentum simul et testimonium presens scriptum predictis abbati et conuentui dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Dimin per manum Arnoldi nostri notarii, anno domini M̊.CC̊.LX̊.V̊. XV̊I kalendas Nouembris.

Siegel von der roth-, grün- und gelbseidenen Schnur abgefallen.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Mekl. Urkunden I S. 128 Nr. 59; Lisch, Gesch. des Geschl. Behr I S. 84 Nr. 55; Mekl. Urk.-Buch II S. 277 Nr. 1055.

785.

1265 October 20. (tertio decimo calendas Nouembris) Cammin.

Das Domcapitel zu Camin bestätigt die Abtretung der Kirche S. Petri mit den Capellen S. Mariä und S. Nikolai zu Stettin durch das Jungfernkloster daselbst.

Lambertus dei gratia praepositus et Adolfus eadem gratia decanus totumque capitulum Caminensis ecclesiae dilectis in Christo praeposito et capitulo sancti Petri et deo dicatis virginibus, abbatissae et conuentui sanctae Mariae in Stettin ordinis Cystersiensis salutem in omnium saluatore. Accedentes ad nos nuncii uestri nobis humiliter supplicarunt, ut ordinationem factam[1]) inter capitulum uestrum ex una et monasterium ex parte altera super resignatione ecclesiae sancti Petri, capellae sancti Nicolai et capellae sanctae Mariae in Stettin ratam dignaremur habere et ipsi ordinationi nostrum preberemus assensum. Nos uero considerantes, quod quoniam a nobis petitur, quod rationabile est atque pium, nostras debeamus aures petitionibus inclinare, ordinationem ipsam ratam et gratam habentes in id nostrum

[1]) Die Matrikel hat auf fol. 9 verschrieben in sanctam.

accomodamus assensum, quemadmodum in instrumentis continetur super ea traditis et concessis cum impressione sigilli nostrae ecclesiae roborantes. Datum Cammin anno 1265 tertio decimo calendas Nouembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (fol. 16) fol. 9 Nr. 32.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 487 Nr. 379.

786.

1265 November 8. (VI. idus Nouembris) [Perusii][1])

Des Pabstes Clemens IV. General-Confirmation für das Kloster Eldena.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati et conuentui monasterii de Hylida Cisterciensis ordinis Caminensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut infuturum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem decimas, terras, domos, villas, casalia, grangias, molendina, precarias, ortos, nemora, ... et alia bona uestra, sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, salua in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum [Perusii][1]) VI. idus Nouembris, pontificatus nostri anno primo.

Bulle mit Schnur abgerissen.

(Sehr abgeblättertes) Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 28; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1265) Nr. 3.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 488 Nr. 380.

787.

1265 Stralesunt.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, bestätigt dem Kloster Neuencamp den Besitz der Mühle bei Cordshagen, welche dasselbe von Marquard de Woblicowe gekauft hat, gegen eine jährliche Abgabe von 50 Drömt Korn.

Wizlaus dei gratia Ruianorum princeps omnibus hoc scriptum uisuris inperpetuum. Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod dilectus nobis in Christo abbas

[1]) Im Original ist der Name vollständig abgeblättert. Jedoch ergiebt das Itinerar des Pabstes in Potthast: Regesta pontif. Roman. II S. 1572 Perusium als Ausstellungs-Ort.

de Nouo Campo emit a Marquardo de Woblicowe et filiis suis hereditatem molendini, quod uille Conradeshaghen adiacet, cum agris, siluis et paludibus ad illud pertinentibus de nostra permissione et fratris nostri consensu nec non fidelium nostrorum Borant, Stoyzlai et Gotthani consilio mediante, tali interposita conditione, quod idem abbas de ipso molendino a festo sancti Andree apostoli per circulum anni soluat nobis quinquaginta tremodia annone, decem tremodia siliginis, uiginti ordeacii brasei et totidem auenatii brasei. Preterea contulimus abbati sepedicto, quod potest memoratum molendinum construere, emendare seu meliorare, prout sibi et suo conuentui uidebitur expedire. Hujus rei testes sunt Borant, Stoyzlaus, Gotthanus milites nostri et alii quam plures. Vt autem hec nostra actio tam sollempnis a nemine perturbetur in posterum, presentem paginam conscribi fecimus sigilli nostri munimine roborantes. Acta sunt hec in Stralesunt anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto.

Siegel mit Pergamentstreifen abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 14; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1265) Nr. 2.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 489 Nr. 382; Fabricius III Nr. 83.

788.

1265 in Kedingghehaghene.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, schenkt dem Kloster Sonnencamp eine Last Häringe, jährlich zu Stralsund zu erheben.

Wiceslaus dei gratia princeps Ruyanorum omnibus scriptum presens inspecturis salutem ab eo, a quo progreditur omnis salus. Nouerint tam presentes quam futuri, quod nos pia deuotione inclinati contulimus dilecto nobis preposito priorisse et conuentui in Campo Solis eorumque successoribus quolibet anno vnum last allecum in Stralessunde ciuitate nostra percipiendum, quod videlicet allec volumus vt sine inpedimento nostrorum successorum vel aliorum in dicta ciuitate ipsorum nuntio perpetuo annis singulis presentetur. Vt autem hec pia donatio rata maneat et inconwlsa, hanc litteram exinde confectam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Huius rei testes sunt dominus Borantus, dominus Johannes de Gristow, dominus Gottannus, dominus Wernerus de Lozits et alii quam plures. Datum in Kedingghehaghene, anno domini M°C°C°LX°V per manum Olrici notarii nostri.

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Mekl. Urkunden II S. 36 Nr. 19; Fabricius III Nr. 84; Mekl. Urk.-Buch II S. 257 Nr. 1027.

789.

1265.

Der Stadt Demmin Schreiben an die Stadt Stralsund über die beiderseitige Anerkennung der Zeugnisse der Bürger, Ausschließung der Verfesteten, Verfolgung der Verbrecher und Anderes.

Honorabilibus viris et prudentibus ac dilectis amicis suis, aduocato, consulibus cete-

risque ciuibus in Stralessunt aduocatus, consules et vniuersitas burgensium de Dimin beniuolum in omnibus obsequium. Quoniam sapiencium et discretorum inter est ea ordinare, que sunt ad bonum commune, propter hoc noueritis nos cum sapiencioribus nostris, sicut in tractatu uobiscum habuimus, sic unanimiter concordasse, quod burgenses vestri poterunt in ciuitate nostra secundum formam juris, veluti nostri burgenses, actiones et causas aduersus quempiam per testimonium diffinire, causas suas omnimodis exsequentes. Simili modo et nostri burgenses in vestra ciuitate testimonium peribebunt. Item si stratilates ac incendiarii vobiscum fuerint proscripti, quod dicitur veruest, nos ipsos in ciuitate nostra judicabimus esse proscriptos. Econuerso, si nobiscum fuerint proscripti, vos ipsos denunciabitis esse proscriptos. Insuper, si aliquis furtum uel spolium nobiscum fecerit et fugiens vsque ad uos peruenerit deprehensus, partem vestram de furto vel spolio nobis relaxabitis quam vos habere contingit. Similiter et nos partem nostram de furto uel spolio que nobis cedit tenemur uobis indulgere. Preterea si principes siue domini terrarum uel milites aut nostri domini bona burgensium vestrorum in ciuitate vestra comodauerint et ea minime persoluerint, non propter hoc burgenses nostros in ciuitate vestra detineri aut inpediri aliquatenus licebit. Simili modo et nos propter eandem causam burgenses vestros nullatenus conabimur inpedire. Hec prefata et alia vtilia, que vtrique ciuitati expediunt, veram concordiam et omnem amiciciam parati et beniuoli sumus vobiscum obseruare ac in perpetuum fideliter retinere, quousque formam aliam adinuenire poterimus, que tunc vobis et nobis magis conueniens et congrua uideatur. Ne autem scrupulus rancoris seu dubietatis in posterum quod absit superueniat, presentem paginam vtriusque ciuitatis munimine sigilli necessarium duximus roborari. Acta sunt hec anno domini M°CC°LX° quinto.

Die Siegel Demmins und Stralsunds an roth- und grünseidenen Schnüren anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 85.

790.

1266 Januar 9. (V° idus Januarii) Lubek.

Der Cardinal-Legat Guido erläßt eine Verordnung gegen das Strandrecht an den Küsten Dänemarks, Schwedens, Slaviens, Pommerns, Frieslands und der Elbe und beauftragt den Bischof zu Ratzeburg, über Aufrechthaltung seines Verbots zu wachen.

Original mit anhängendem Siegel auf der Trese zu Lübeck.

Gedruckt in Dreyer, Specim. jur. publ. Lub. S. 29; Lüb. Urk.-Buch I S. 267 Nr. 279; Mekl. Urk.-Buch I S. 282 Nr. 1061; Livländ. Urk.-Buch I S. 495.

791.

1266 Januar 10. (III° idus Januarii) Lubeke.

Der Cardinal-Legat Guido befreit die Cistercienser-Klöster der Diöcese Camin von allen Beiträgen für seinen Unterhalt.

Frater Guido miseracione diuina tituli sancti Laurencii in Lucina presbiter cardinalis

apostolice sedis legatus viris religiosis et discretis abbatibus omnibus ordinis Cisterciensis in diocesi Caminensi constitutis salutem in domino sempiternam. Cum cunctis Christi fidelibus per vos transitum facientibus liberaliter et benigne hospitalitatis beneficia impendatis, dignum est vos pre aliis ampliori quadam prerogatiua prosequi et fauore. Eapropter vestris precibus inclinati auctoritate presencium uobis indulgemus, vt si procurationes nostras per ciuit[ates] et dioc[esim] Caminensem colligi contigerit, ad contribuendum minime teneamini, si fueritis requisiti, sentencias, si quas in vos ferri contigerit uel si que iam occasione huius late sunt, carere viribus decernentes. Datum Lubeke IIII idus Januarii, pontificatus domini Clementis pape IIII anno primo.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen (aber noch vorhanden).

Original im Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden I S. 131 Nr. 60; Meklenb. Urk.-Buch II S. 283 Nr. 1062.

792.

1266 Februar 9. (feria tertia post diem Agathe proxima) Cholberch.

Herzog Barnim I. giebt der Stadt Colberg zehn talenta Korn Norwegischen Gewichts aus der Wassermühle an der Persante, welche Ludbert von Wodarge erbaut hatte.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Res que temporis successione in obliuionem transire possunt, oportet scripture testimonio sic firmari, ut in eis posterorum uersucia locum non inueniat malignandi. Hinc est, quod notum esse uolumus tam presentibus quam posteris, quod nos dilectis ac fidelibus ciuitatis nostre Cholberch burgensibus contulimus et donauimus decem talenta siliginis iuxta pondus Norwegie in sacco ponderate annis singulis in molendino aquatico erga ipsam ciuitatem ultra Parsandam sito recipienda, quod Ludbertus de Wodarge primo edificauit. Contulimus inquam eis et donauimus dicta talenta titulo proprietatis perpetuis temporibus possidenda. Testes huius nostre donationis sunt Borco, Theslaus de Cummerowe, Guzlaus de Cummerowe, Sclawomarus, Johannes Kulo, Johannes Troie milites, Rodomarus de Cummerowe, Zisik et Segardus, item Heinricus Uitte, Johannes de Gnoien, Herderus, Theodericus de Plekkemberch, Johannes de Salice, Wasmodus, Hermannus Segestaf, Johannes de Danzk, Gerardus Prikwakker, Hermannus de Belegarde, Heinricus Halap, Ditmarus de Wolin consules in Colberch et alii quam plures fide digni, quorum hic nomina non sunt subscripta. Vt autem hec nostra donatio firma et inconuulsa iugiter perseueret, presentem paginam inde confectam eis dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum Cholberch et datum ibidem per manum Arnoldi notarii nostri, anno domini M.CC.LXVI. feria tertia post diem Agathe proxima.

Siegel von der rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Stadt-Archiv zu Colberg.

Gedruckt in Riemann, Gesch. der Stadt Colberg, Beilage S. 4 Nr. 2.

793.

1266 Februar 11. (tercio idus Februarii) Colberch.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Reinfeld das Dorf Weltzin im Lande Treptow mit allem Zubehör.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnym dei gratia dux Slauorum vniuersis presens scriptum inspecturis inperpetuum. Quoniam propter humane labilitatem memorie ea, que in tempore fiunt, frequenter in obliuionem transeunt et defluunt, necesse est ut ea que robur firmitatis sortiri debent, scriptis autenticis sic firmentur, ut in eis posterorum versucia locum non inueniat malignandi. Igitur notum esse volumus tam presentibus quam posteris, quod nos pro nostrorum remissione peccaminum eternique regis misericordia facilius inpetranda donauimus dilectis nobis in Christo abbati et conuentui monasterii gloriose virginis Marie in Reyneuelde Cysterciensis ordinis et vniuersis eorum successoribus ac ipsi monasterio villam Woltzin in terra nostra Trebetowe sitam cum siluis, pratis, pascuis, agricultura, nemoribus, aquis, vsuagiis, cultis pariter et incultis, ac vniuersis vtilitatibus prout dicta villa hec omnia et singula intra terminos sibi distinctos et assignatos nunc tenet et possidet, cum tali et eo iure, quo alia sua bona habent a nobis proprietatis titulo perpetuis temporibus feliciter possidendam. Dictis et abbati et conuentui ac monasterio eorum donauimus proprietatem ville predicte ac vniuersorum pertinentium ad ipsam prout superius prescripta sunt eo jure similiter, quo alia bona sua a nobis habent, proprietatis titulo perpetuis temporibus feliciter possidendam. Testes huius nostre donacionis sunt dominus Wenemarus abbas de Dunemunde, dominus Wiardus abbas de Belbok, dominus Theodericus prepositus Colbergensis, dominus Conradus prepositus ecclesie Stetinensis, Bertoldus Thuringus, Hermannus Thuringus, Borco, Kazimarus, Bresprauus, Theslaus de Cummerowe et Gnewemarus frater suus, Sifridus Lodo, Egghardus de Pinnowe milites et alii quam plures fide digni, quorum hic non sunt nomina subarata. Vt autem hec nostra donacio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, presentem paginam inde confectam eis dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum Colberch et datum ibidem per manum Arnoldi curie nostre notarii anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, tercio idus Februarii.

Schnur mit Siegel abgerissen.

Original[1]) im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Allg. geistl. Urk. Nr. 11; Diplomat. Reinfeld. Nr. 5 (Transf.); Auszug im Stett. Arch. P. I Tit. 17 Nr. 1* V. 1 (1543); Orig.-Transf. vom 17. April 1540 im Kopenhagener Archiv; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1266) Nr. 4.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 492 Nr. 385.

794.

1266 Februar 12. (pridie idus Februarii) Cholberch.

Herzog Barnim I. erläßt den Bürgern der Stadt Colberg die Abgabe vom Fischfang.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Qvoniam propter humane

[1]) Bei dieser Urkunde ist überall mit anderer Tinte nachgeholfen, um der Schrift einen älteren Charakter zu geben. Die Urkunde gehört offenbar zu den von Wigger im Meklenburgischen Urkundenbuche Bd. I S. XXXIV besprochenen Reinfelder Nachahmungen. Vgl. die Urkunde vom 22. Februar 1267.

memorie labilitatem res in tempore geste transeunt et defluunt in obliuionem, necessarium arbitramur, ut ea que robur firmitatis sortiri debent, scriptis autenticis sic firmentur, ut in posterum nec mutari valeant nec infringi. Igitur notum esse volumus tam presentibus quam posteris, quod nos dilectis ac nobis fidelibus ciuitatis nostre Cholberch burgensibus vniuersis eorumque successoribus hanc gratiam et prerogatiuam donauimus, ut ipsi libere et absque cuiuslibet solucione thelonei videlicet decem et octo denariorum de remo et vnius masse allecium de naui in captura allecium piscari valeant ante exitum Parsande in salsum mare et in portu ipsius Parsande usque ad ciuitatem ipsam et ubique in salso mari, in quantum se eiusdem ciuitatis termini iuxta mare salsum in agris pascuis et campis extendunt. Hanc inquam eis prerogatiuam et gratiam donauimus uidelicet ut prescriptum est allecia libere et absque cuiuslibet thelonei solucione capere valeant in locis predictis, quantum ad nostram pertinent dominationem. Et hanc eis libertatem donauimus perpetuis temporibus feliciter possidendam. Huius nostre donacionis testes sunt Theodericus prepositus Cholbergensis, Conradus prepositus ecclesie Stetinensis, Borco, Kazimarus, Gnewomarus Dobesziz, Sclawomarus milites, Pribizlaus noster marscalcus, Radomarus de Cummerowe, Zisik et Scezimarus frater suus, item Heinricus Uitte, Johannes de Gnoien, Herderus, Hermannus Segestaf, Theodericus Plekkenberch, Johannes de Salice, Thitmarus de Wolin, Johannes de Danzk, Heinricus Halap, Hermannus de Belegarde, Wasmodus, Gerardus Prikkewakker, consules Cholbergenses, et alii quam plures fidedigni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem hec nostra donatio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, presentem paginam inde confectam predictis burgensibus dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum Cholberch et datum ibidem per manum Arnoldi curie nostre notarii anno domini M̊.CC̊.LXVI̊. pridie idus Februarii.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Colberg; Abschrift auf der Univers.-Biblioth. zu Greifswald s. r. Msc. Pomer. Fol. Nr. 135.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 491 Nr. 384.

795.

1266 actum vor März 5. datum 11. Dezember (Damasi pape) Dargun.[1])

Die Brüder Johann und Werner von Artfenburg übertragen dem Kloster Dargun zehn Hufen zu Ganschendorf.

Vniuersis sancte ecclesie filiis Johannes miles dictus de Erteneburch et Wernerus suus frater salutem imperpetuum. Memorie omnium tam presentium quam futurorum dignum presenti insinuatione curauimus commendare, quod nos consilio amicorum habito ipsorumque pleno consensu contulimus claustro Dargun decem mansos in villa, que Ganzekendorpe dicitur, ea videlicet interposita conditione, quod qui prior ex nobis uiam fuerit carnis uniuerse ingressus, quinque claustro cedent mansi: duo fratribus domino iugiter deuote famulantibus ad seruitium singulis annis in nostram memoriam die qua decreuerimus cum fratrum consilio faciendum, si uero frater superstes utile sibi iudicauerit esse, tres, non ultra, sed ad uite sue

1) Wegen der Datirung vergl. Mekl. Urk.-Buch II S. 287 Nr. 1070.

terminum pro triginta marcis redimere poterit possidendos; omne eciam iudicium ad usus nostros fructuarios nobis conseruamus. Item si aliqua de uxoribus nostris mortua fuerit, tertius dimidius mansus manebit ecclesie, ita sane tamen, quod si maritus defuncte redimere curauerit pro viginti quinque marcis, liberabit non quoquam hominum reclamante. Cum enim relictus alter ex nobis qui fuerat similiter obierit, omnes decem mansi sepe ecclesie memorate cum omni cedent iure ammodo, quo actenus ipsos possedimus, nec deinceps heredum nostrorum aliquis facultatem habebit aliquam redimendi. Et quoniam omnia, que sub tempore aguntur, eciam cum tempore labuntur, idcirco ne hec nostra tam felix actio a non quoquam heredum nostrorum emulatione adnichiletur, presentem cartulam sigilli nostri munimine curauimus ac fidelium testimonio confirmare. Testes igitur hii sunt: dompnus Johannes de Wacholte et suus filius dompnus Rembertus, dompnus Bernardus Mel, dompnus Johannes de Penitze, dompnus Burchardus de Calant, dompnus Johannes de Gramesowe et alii quam plures. Actum anno gracie M°CC°LX°VI°. Datum Dargun, Damasi pape.

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 287 Nr. 1070.

796.

1266 März 5. (III nonas Marcii) Dargun.

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Dargun alle von seinen Vorfahren und ihm selbst übertragenen Besitzungen und Rechte.

In nomine sancte et induidue trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis fidei christiane professoribus in perpetuum. Cum sacro testante eloquio mundus transeat et eius concupiscencia, que in voluntate, diuiciis et honore presentis uite consistit, hoc solum inter omnia utilius iudicamus, si transitoria eternis et terrena celestibus commutentur. Pro quorum consequencia nostri progenitores, parentes ac consanguinei dispensatorie dei gracie super multis beneficiis eis misericorditer impensis in aliqua parte graciarum actiones rependere cupientes, claustrum, quod Dargun dicitur, ad honorem di omnipotentis et gloriose virginis Marie genitricis eiusdem fundauerunt et ipsum de sue proprietatis habundancia, prout decuit, dotauerunt, transferentes in ipsum claustrum et monasterium in eo constructum villas, annuos reditus aliasque res diuersas, titulo proprietatis feliciter possidendas, quatinus persone in eodem monasterio institute et instituende diuinis laudibus libere et absque rerum defectu temporalium possent insudare et pro se suisque fundatoribus et benefactoribus necnon et pro vniuersitate fidelium implorare clemenciam saluatoris. Super quorum redituum, villarum rerumque aliarum donacione licet abbas et conuentus monasterii predicti predecessorum et consanguineorum nostrorum, videlicet Kazimari antiqui fratris aui nostri et Kazimari iunioris patrui nostri patruelis, ducum Diminensium et Pomoranorum, fundatorum predicti monasterii, sufficienter essent muniti priuilegiis, tamen postquam ad nos dominium ducatus Diminensis et Pomeranie esset iure hereditario deuolutum, supplicarunt nobis dilecti nobis in Christo abbas et conuentus predicti monasterii in Dargun, quatinus fundationem et donationem claustro et monasterio ipsorum a predictis ducibus

factam, [gratam et] gratam et ratam curaremus habere et eam nostri patrocinio priuilegii confirmare. Quorum precibus iustis ac racionabilibus inclinati ipsam fundacionem et donaciones varias eidem monasterio factas ratas et gratas habentes presentis scripti munimine duximus confirmandas, et ad maiorem omnium horum euidenciam vniuersas villas, reditus diuersos aliasque res multas a sepedictis ducibus prefato monasterio donatas prout in priuilegiis eorum expressas inuenimus, presenti pagine inscribi iussimus, quorum nomina hic per ordinem subsequntur; videlicet ipse locus, in quo claustrum situm est, cum suis terminis et attinenciis, villa Rokeniz, due ville Kussitz, vrbs Kalen cum toto stagno adiacente, villa Damnio, villa Broderestorp, villa Glasowe, villa Polchowe, villa Geressowe uel Cowale, villa Penecowe, due partes paludis site inter villam Leuin et ipsum claustrum, villa Pinnowe, villa Golessowe, villa Ducowe, villa Scarpessowe, villa Pribignewe, villa Ratenowe, item in villa Japezowe decem et octo mansi, villa Chilowe, villa Muzeliz, villa Benziz, villa Bralin, villa Caulin, villa Cantim, villa Dargebant, villa Slutowe, villa Zarnecowe, novem mansi in villa Warensin, duo mansi in villa Droneuiz, duodecim mansi in villa Startzowe, tres mansi in villa Nuzcowe, vnus mansus in villa Bresen, villa Cusserowe, cum tota aqua molendinaria adiacente et littore utroque ipsius aque, villa Vsatlin, in villa Zagenzcowe decem mansi, in villa Bronsowe quatuor mansi, in villa Tusin quatuor mansi, in villa Plozzek sex mansi, in villa Wittenwerdere quatuor mansi, in villa Siuuolk decime septem mansorum, in villa Sarowe duo mansi, in villa Bokholte duo mansi, tres mansi inter Penecowe et Luchowe, villa Tescowe, in villa Leuin duo mansi et ius patronatus ecclesie ibidem, in villa Maderin vnus mansus, villa Clobessowe et villa Wigun, villa Dolgolin, villa Warsowe, in villa Dargelin qvinque mansi, item integra captura piscium in prima parte Pene fluuii, in qua parte idem monasterium nunc clausuram construxit, item libertas piscandi in stagno Virchempenz et retia sua de littore ad litus per longum et latum trahendi et nulli circumsedencium quicquam de captione sua dandi, item insula parua stagno, quod Virchempenz dicitur, contigua, item sedes duarum sarthaginum sal coquencium in Colberch. Predicte autem ville, mansi et res alie prescripte donate sunt a prefatis ducibus monasterio sepedicto in Dargun cum omni iure, cum siluis, pratis, pascuis, aquis, stagnis, riuis, molendinis constructis et construendis, agris, nemoribus, usuagiis, cultis pariter et incultis, et piscariis. Donatum est insuper sepedicto monasterio a prefatis ducibus, ut abbas eiusdem monasterii in omnibus predictis per aduocatum suum omnes causas maiores, minores, siue sint ciuiles siue criminales, utpote que se in caput uel manum extendunt, omnesque transgressiones et excessus, qui fiunt in bonis predictis, corrigat et iudicet, sibi aut heredibus eorum nichil iuris inde penitus uendicantes. Preterea homines prefati monasterii, qui bona ipsius monasterii colunt et inhabitant, dimissi sunt liberi et soluti ab omni exactione eis et baronibus eorum debita, et ab exactione qualibet dictis ducibus et eorum baronibus famulantibus debita, et ab omni seruitio sunt exempti, videlicet vrbium edificatione, poncium posicione et utrorumque resarcinacione et ab omni expedicione, ita uidelicet, ut dicti monasterii homines nulli quicquam ex debito faciant, nisi soli deo et monasterio supradicto. Donatum est insuper prefatis hominibus monasterii supradicti a ducibus predictis hec libertas et prerogatiua, ut forum adeant, ubi commodius res suas uenales uendere possint, nisi interdictum generale pronunctiatum fuerit in terra de non querendo foro alieno, et tam dicti homines quam negociatores ipsius monasterii tam per aquas quam per terras dictorum ducum transitum facientes a solutione thelonei cuiuslibet sunt exempti. Hec autem omnia et singula prout hic prescripta sunt et expressa, continentur in priuilegiis, que habet monasterium Dargun a ducibus antedictis. Nos vero dictos duces, nobiles progenitores et consanguineos nostros, in

opere pietatis imitari volentes et abbatis et conuentus monasterii predicti in Dargun vigiliarum, oracionum, ieiuniorum ceterorumque bonorum operum, que ab ipsis fiunt, participes fieri cupientes, hec omnia, que superius scripta sunt, eidem monasterio nos similiter conferimus et donamus. Insuper donamus antedicto monasterio pro nostrorum remissione peccaminum duas villas dictas Garz et villam Karsibor cum piscatione totali in omnibus terminis suis, cum insula Damba, que in eisdem terminis sita est, et sex marcas argenti Brandemburgensis in censu maris recentis pro restauro partis eiusdem maris, que ad ipsum monasterium pertinebat. Donamus eidem monasterio eciam molendinum Zacharie cum suo campo et decem mansos in villa Ganzekendorp et sex mansos in villa Twedorp et qvartam partem slauicalis ville Droneuiz et libertatem capiendi rumbos in salso mari et in Zwine cum vna naui et cum hiis, que ad unam navem pertinent, ita ut nobis aut officialibus nostris nichil penitus inde soluere teneantur. Que omnia et singula donamus iam dicto monasterio cum omni iure, cum siluis, pratis, pascuis, aquis, stagnis, riuis, piscariis, molendinis constructis et construendis, agris, nemoribus, usuagiis, cultis pariter et incultis, proprietatis titulo perpetuis temporibus feliciter possidenda, ita uidelicet ut homines in bonis, que nos donauimus, sint liberi et exempti ab omni exactione seculari, expedicione, vrbium edificacione, poncium posicione et eorum resarcinacione, quemadmodum homines sunt liberi et exempti, qui manent in villis superius nominatis. Volumus enim, ut vniuersi homines habitantes in villis et bonis monasterii sepenominati, ubicumque sint ville site uel bona sita, sint liberi et exempti ab omnibus debitis et seruiciis supradictis, quemadmodum donatum est superius et prescriptum. Homines insuper predicti monasterii et ipsius monasterii negociatores volumus, ut prescriptum est, per totum dominium nostrum, siue per terras siue per aquas transitum fecerint, a solucione cuiuslibet thelonei sint liberi et exempti. Abbas eciam eiusdem monasterii, ut superius expressum est, per aduocatum suum iudicabit in bonis monasterii predicti omnes causas maiores et minores, ciuiles et criminales, utpote que se in manum uel caput extendunt, omnesque transgressiones et excessus corriget et iudicabit, nobis, aduocatis aut aliis officialibus nostris nichil iuris inde penitus uendicantes. Horum omnium testes sunt dominus Hermannus Caminensis episcopus, Conradus prepositus ecclesie Stetinensis, Burchardus prepositus in Verchen, Heinricus de Calowe canonicus Gustrowensis, clerici; laici vero hii: Johannes de Penz et frater suus Reimfridus, Heinricus Munt, Gobelo quondam noster marscalcus, Bernardus de Hakenstede, Burchardus de Kalant, Willekinus Stolteuot, Albertus de Ilten, Hermannus Swichop, milites, et alii quam plures fide digni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem hec omnia et singula firma et inconuulsa perpetuis temporibus a nobis et nostris heredibus et successoribus obseruentur, presens scriptum inde confectum dicto monasterio dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Dargun per manum Arnoldi curie nostre notarii, anno domini M.CC.LXVI, III nonas Marcii.

Siegel an roth-, grün- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Mekl. Urkunden I S. 132 Nr. 61; Mekl. Urk.-Buch II S. 288 Nr. 1071.

797.

1266 März 25. (VIII kal. Aprilis) Dargun.

Der Kardinal-Legat Guido transsumirt die Urkunde Herzog Barnims I. d. d. 1265 Oktober 17. (Bd. II. S. 136 Nr. 784) für das Kloster Dargun.

Frater Guido miseratione diuina tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis

apostolice sedis legatus discreto et religioso viro . . abbati de Stopl (!) ordinis sancti Benedicti, Caminensis diocesis, salutem in domino. Litteras illustris principis Barnim dei gratia ducis Slauorum super confirmatione quorundam priuilegiorum ac libertatum ecclesie sancte Marie in Dargun, Cisterciensis ordinis, Caminensis diocesis, vidimus in hec verba: (folgt Bd. II. S. 136 Nr. 784).

Nos autem dictam confirmationem, prout iuste et rationabiliter facta est, auctoritate qua fungimur confirmamus, tibi eadem auctoritate mandantes, quatinus abbatem et conuentum prefate ecclesie contra hunc nostre confirmationis tenorem non permittas ab aliquibus indebite molestari, molestatores ipsos, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Dargun VIII. kal. Aprilis, pontificatus domini Clementis pape IIII^u anno secundo.

Siegel an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 291 Nr. 1072.

798.

1266 März 27. (sabbato in palmis) Werbene.

Hermann, Bischof zu Camin, überträgt den Augustinern zu Ueckermünde die Kirche des Dorfes Sassenburg und schenkt ihnen zehn Hufen.

Uniuersis presens scriptum visuris Hermannus dei gracia Caminensis episcopus salutem in domino sempiternam. Qui religiosorum pauperum deo deuotorum promocionem diligit et ad eorum promocionem prebet operam, ille sibi in celesti palacio preparat mansionem. Inde est quod dilectorum filiorum Johannis prioris Doni Dei nostre dyocesis ac fratrum suorum ordinis canonicorum regularium beati Augustini promocionem diligentes pro remedio animarum parentum nostrorum dicto priori ac dictis fratribus ecclesiam in Zassenborgh contulimus cum mansis et molendinis ad dictam ecclesiam spectantibus canonice possidendam, addentes eisdem fratribus de nostra proprietate decem mansos omni iure hereditario possidendam. Datum Werbene anno domini M°.CC°LXVI° sabbato in palmis.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matr. (p. 63) P. I Nr. 41; P. II Nr. 66.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 497 Nr. 390.

799.

1266 März 31. (II. kal. Aprilis) Rozstoc.

Der Kardinal-Legat Guido giebt dem Abte zu Neuencamp und vier Mönchen daselbst das Recht, in der Diöcese Schwerin Beichte zu hören, zu predigen, die Sakramente zu reichen und ihren Zuhörern einen zwanzigtägigen Ablaß zu gewähren.

Frater Guido miseratione diuina tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis apostolice sedis legatus discreto et religioso viro abbati de Nouocampo ordinis Cisterciensis Zuerinensis diocesis salutem in domino sempiternam. Decor sponse Christi ac salus exigit animarum, ut que in hoc mundo clara sunt luminaria, ne metu uel segnie (!) aut indiscreta

humilitate seu quorumlibet emulorum contradiccione sub silentii modio delitescant sed pruduci(!) debent in publicum, ut sic alios in huius uite tenebris periculose degentes sue luminositatis radiis dirigant et informent. Hinc est quod nos attendentes, quod in monasterio uestro, in quo angelica professio Cisterciensis ordinis in deuotione spiritus ac feruore laudabiliter obseruatur, tales fratres possunt per dei graciam inueniri, qui thesauro resplendent sapientie sicut uite rutilant sanctitate, vobis domine . . abbas et quatuor de fratribus uestris in sacerdotali ordine constitutis, quos ad hoc sufficientes et ydoneos esse credideritis, auctoritate, qua fungimur, indulgemus, ut in parrochiis et quibuslibet locis aliis fidelium Zuerinensis diocesis possitis confessiones audire et uerbum dei tam clericis quam laycis predicare ac eciam diuina celebrare, necnon viginti dies relaxationum uestris auditoribus, ut uerbum dei auidius audiant, indulgere, quocienscumque fueritis requisiti, presentes uobis litteras in testimonium concedentes. Datum Rozstoc II. kal. Aprilis pontificatus domini Clementis pape IIII anno secundo.

Schnur mit Siegel abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 20; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1267) Nr. 3.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 521 Nr. 412ᵃ; Fabricius III Nr. 86.

800.

1266 Mai 18. (XV°. kal. Junii).

Die Rathmannen zu Colberg bekunden, daß Bavo, Abt zu Usedom, dem Heinrich Sohn der Jutta, Bürger zu Colberg, und seinen Erben für eine halbe Last Salz und dem Bürger Dietrich Plettemberg und seinen Erben für dieselbe Abgabe einen Salzkothen zu Colberg übertragen hat.

Omnibus presentem paginam inspecturis consules et commune ciuitatis Colbergensis salutem in vero salutari. Que geruntur a viris prudentibus, ne qua possint in posterum attemptari calumpnia, literarum solent memoria perhennari. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod dominus Bauo abbas Vznomensis et conuentus suus ordinis Premonstratensis ciuibus nostris Hinrico filio Ju[tt]e[1]) et suis heredibus pro dimidio last salis, Theoderico dicto Plettemberge et suis heredibus pro dimidio last salis tugurium in monto salis, que ad ipsos dinoscitur pertinere, siue fuerit igne concrematum, quod absit, siue ab ipsis venditum fuerit, dummodo prelibato abbati et conventui suo primo exhibeant ad emendum, perhenniter contulerunt et donauerunt. Et ne super eo in posterum aliqua possit discordia nouercari, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi anno millesimo CC°.LXVI°. XV°. kal. Junii. Testes huius rei sunt dominus Hinricus plebanus in Wsnom, dominus Kazimarus miles, consules ciuitatis Colbergensis Herderus, Dethmarus de Wolin, Hermannus Zegstaf, Johannes de Gnoyen, Arnoldus Welhawer, Herderus Juuenis.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matrikel S. 70.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 500 Nr. 393.

---

[1]) Die Matrikel hat Jucle.

801.

1266 Mai 19. (XIIII kal. Junii) Zwerin.

Hermann, Bischof zu Schwerin, bestätigt dem Kloster Neuencamp alle seine Rechte und Besitzungen.

Hermannus dei gracia Zwerinensis episcopus dilectis in Christo . . religiosis et discretis viris abbati et conuentui in Nouo Campo ordinis Cisterciensis Zwerinensis diocesis salutem in domino sempiternam. Libenter illis peticionibus et non inmerito benignum protestamur assensum uel auditum, que iusticie consonare noscuntur, eas potissime ad exaudicionis gratiam admittendo, per quas petentium vtilitati consulitur et illorum indempnitati multipliciter prouidetur. Cum igitur sicut accepimus bona mobilia et inmobilia et possessiones diuerse a diuersis, in mansis, pratis, pascuis et molendinis et aquis ac aquarum decursibus monasterio vestro pia et ex prouida deliberacione a Christi fidelibus sint donate, prout in litteris et priuilegiis monasterii vestri plenius dicitur contineri, nos vestris supplicacionibus inclinati predictas donaciones, collaciones seu concessiones, sicut prouide facte sunt, ratas et gratas habentes vobis auctoritate presencium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, sciat se omnipotentis dei ac nostram indignacionem modis omnibus incursurum. Datum Zwerin XIIII kal. Junii anno domini M.CC.LX sexto.

Siegel von der roth- und gelbseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 18.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 87; Meklenb. Urk.-Buch II S. 300 Nr. 1085.

802.

1266 Mai 23. (X. kal. Junii) apud Bucouiam.

Hermann, Bischof zu Camin, gründet die Stadt Cöslin mit 100 Hufen, von denen 30 Hufen den Verwaltern der Stadt Marquard und Hartmann zustehen. Ferner erhält die Stadt 10 Hufen im Buchwald und die Verwalter das Recht, innerhalb der Feldmark eine Mühle zu bauen. Der Bischof bewilligt der Stadt freie Fischerei mit kleinen Netzen und sechsjährige Freiheit, behält sich jedoch die Vogtei und Gerichtsbarkeit zu zwei Dritteln vor, endlich gewährt er freies Bauholz und Lübisches Recht.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus hanc litteram intuentibus salutem in eo, qui est omnium uera salus. Quum ea, que racionabiliter fiunt, obliuionis nubilo sepius obducuntur per momenta temporum successura, ideo necesse est, ut talia scriptis et dictis testium roborentur, ne factum precedentium ignoret posteritas futurorum. Nouerint igitur presentes et futuri, quod Marquardo et Hartmanno ciuitatem Cussalin vocatam ad possidendum contulimus sub hac forma: centum mansos adiecimus ipsi ciuitati, de quibus mansis contulimus triginta mansos cum omni libertate ipsis possessoribus ac eorum heredibus perpetuo possidendos. Insuper decem mansos in silua, que Bůcwald uocatur, dicte ciuitati duximus conferendos. Preterea infra agros prefate ciuitatis concessimus possessoribus ipsius

facultatem edificandi molandinum. Libertatem etiam dedimus ipsi ciuitati in lignis, pratis, piscationibus infra terminos agrorum, extra terminos uero cum slywad et magnis retibus prohibemus eosdem piscari, cum minoribus autem instrvmentis uidelicet stoknette et huiusmodi piscandi eisdem ciuibus liberam concedimus facultatem. Amplius autem prefate ciuitati donantes libertatem sex annorum, nobis aduocatiam et iudicium cum omni iuris plenitudine reseruamus preter terciam partem, quam ad usus ciuitatis uolumus pertinere. Si uero infra terminos agrorum esset carenna lignorum edificalium, potestatem eis dedimus, quousque durat libertas ipsius ciuitatis, secandi ligna ubicunque attingere possunt illa. Jus etiam Lubicense predictam habere volumus ciuitatem. Quicumque voluerit sequi hos duos possessores ad possidendum ciuitatem nostram, illum prout tenemur volumus libenter in omnibus promouere. Huius rei testes sunt dominus Henricus comes de Kirchberg, dominus Henricus custos Caminensis, dominus Gerardus custos Colbergensis, Wolterus, Gunterus, Hyldebrandus canonici Colbergenses, Thidericus aduocatus in Colberg, Theodericus quondam aduocatus ibidem et alii quam plures clerici et laici fide digni. Vt autem hec omnia firmitatem ac robur obtineant perpetuum, presentem paginam exinde confectam nostri sigilli munimine iussimus roborari. Datum apud Bucouiam anno domini M.CC.LX.VI. X. kal. Junii potificatus nostri anno XII.

(Das zerbrochene) Siegel an grün-, weiß- und rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Cöslin; Original-Transf. vom 25. Jan. 1291 desgl.; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1266) Nr. 1.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 499 Nr. 392; Haken, Gesch. der Stadt Cöslin S. 13; S. 11 (deutsche Uebersetzung).

803.

1266 Juni 5. (nonas Junii) Camin.

Hermann, Bischof zu Camin, und das ganze Domkapitel daselbst schenken im Austausch für den Zehnten des Dorfes Viree an das Colberger Domkapitel den Zehnten der Dörfer Wortchowe und Virbke.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus, A. decanus, H. custos, L. scolasticus totumque eiusdem ecclesie capitulum dilectis in Christo . . . preposito, . . custodi totique capitulo ecclesie Colbergensis salutem in domino. Nouerint tam presentes quam futuri quod decimas villarum Wortchowe et Virbke in recompensatione decime ville Viree de vestro fauore vnanimi et consensu vobis et ecclesie vestre in perpetuum confirmamus et donamus. Vt autem hec nostra commutatio rata sit et incommutabilis futuris temporibus perseueret, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine consignatum vobis in testimonium duximus conferendum. Datum Camin anno domini M.CC.LX.VI. nonas Junii.

Die beiden Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Original (sehr beschädigt) im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Colberger Domkap. Nr. 3.

804.

1266 Juli 7. (nonis Julii) in Demin.

Herzog Barnim I. giebt auf Wunsch des Ritters Arnold von Schönfeld sechs Hufen zu Zwiedorf, die derselbe bis dahin zu Lehen getragen, dem Kloster Dargun zum Eigenthum.

B. dei gracia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Nouerint uniuersi presentes quam

futuri, quod nos ad peticionem Arnoldi militis de Sconenuelde proprietatem in sex mansis sitis in Tuedorp, quos idem miles iure feodali a nobis hactenus possederat, ecclesie et uiris religiosis in Dargun cum omni iure contulimus libere et absolute. Ut autem hoc factum nostrum robur firmum obtineat, presentem litteram sigillo nostro duximus roborandam. Testes autem huius rei sunt dominus abbas de Vzenim, Andreas plebanus in Demin, Bernhardus Honich, Henricus de Vizen, Johannes Uulpes, Johannes Scolenthin milites et alii. Acta sunt hec anno domini M.CC.LX.VI. nonis Julii. Datum in Demin.

Siegel von der rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 303 Nr. 1090.

805.

1266 August 7. (VII idus Augusti) Belbok.

Herzog Barnim I. transsumirt die Urkunde Herzog Wartislaws III. d. d. 1263 (Bd. II S. 111 Nr. 744) betreffend die Schenkung von 15 Mark Rente aus der Münze zu Camin für das Kloster Belbuck.

In nomine sanctae et individvae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis in perpetuum. Quanto contra personas religiosos quibuslibet pronior est uia ad nocendum, tanto amplior[e][1]) cura et sollicitudine oportet ipsis subueniri, ut in suo iure et robore permanentes a se calumniantium uersutias submoueant et relegent. Sane supplicarunt nobis dilecti nobis in Christo abbas et conuentus castri sancti Petri in Belbock ordinis Praemonstratensis, Caminensis diocesis, quatinus donationem illustris principis domini Wartiszlai quondam ducis Diminensis piae ac faelicis recordationis fratris nostri patruelis de quindecim marcis denariorum in moneta Camin annuatim recipiendis factam curaremus confirmare, prout in priuilegio ipsius ducis continetur expressum, cuius tenor est talis: (folgt Bd. II S. 111 Nr. 744).

Quorum praecibus justis et rationabilibus inclinati praefatam donationem nostro haeredum ac successorum nostrorum nomine ratam et gratam habentes, ipsam praesenti scripto duximus confirmandam. Huius confirmationis testes sunt Conradus praepositus Stetinensis, Johannes Proyzco canonicus Caminensis, Borco, Brespraus, Teslaus de Kummerowe et Gnewomarus milites, et alii quam plures fidedigni. Actum Belbok et datum ibidem per manum Arnoldi curiae nostrae notarii anno domini M.CC.L.XVI. VII idus Augusti.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matrikel fol. 17ᵛ Nr. 18; fol. 69 Nr. 58 (Transf. vom 21. Jan. 1310).

806.

1266 August 10. (in die sancti Laurencii martiris) Colbergh.

Herzog Barnim I. verspricht dem Domkapitel zu Colberg, den Bau keiner anderen Kirche oder Klosters oder Ordenshauses ohne des Domkapitels Zustimmung in der Parochie Colberg gestatten zu wollen.

Barnym dei gracia dux Slauorum dilectis cappellanis suis, preposito, thezaurario totique capitulo Colbergensis ecclesie in perpetuum. Ad laudem bonorum vindictamque

[1]) Die Matrikel hat ampliora.

malorum gladio materiali accincti nostra interest non solum defensioni et commodo populi intendere, quem gubernamus, verum eciam deo dicatis ecclesiis et earum ministris taliter providere, ne cujuslibet temeritatis inpulsu pacientes temporalium detrimenta a sacro ministerio euellantur. Vestris igitur peticionibus pio ac fauorabili accurrentes assensu et rerum temporalium nec non et hiis que nobis inposterum possunt officere detrimento precauere volentes, de mera liberalitate et gracia speciali auctoritate presencium vobis concedimus et donamus, ne quis religiosus religiosaue persona regularis seu monastice professionis ordinis sancti Bernardi, Benedicti, Augustini, Dominici, seu Francisci, Hospitaliorum, Templariorum, Domus Teutonice seu cujuslibet alterius professionis invente siue inveniende in ciuitate Colbergh et in parochia vestra edificare vel domicilium habere presumat siue donacionis siue empcionis titulo ad ipsos fundus in quo edificare maluerint deuoluatur, nisi de vestro omnium speciali assensu pariter et fauore, decernentes ut quicquid post nunciacionem noui operis edificatum potestate nostra officialiumque nostrorum penitus destruatur. Preterea si ciues dicte ciuitatis domum sancti spiritus edificare proponunt, id aliter eis non concedimus nisi vester accedat assensus et sacerdos qui in diuinis dicte domui pro tempore ministrare debebit, a vobis instituatur. Testes hujus donacionis sunt Conradus prepositus Stetynensis, Hinricus canonicus Gustrowensis, Arnoldus notarius noster, Kazimarus, Borko, Domizlaus, Johannes Kulo, Slaumarus milites et alii quam plures. Ut autem hec nostra donacio rata sit et in futuris temporibus inconuulsa persistat, presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam vobis in testimonium duximus largiendam. Datum Colbergh anno domini M°.CC°.LXVI° in die sancti Laurencii martiris.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matrikel S. 32; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Auszug im Wolgast. Arch. Tit. 28 Nr. 5 fol. 17v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 504 Nr. 398; Valer. Jaschius, Andreae abbatis de vita s. Ottonis libri quatuor S. 475.

807.

1266 August 13. (idus Augusti) super nouam Recham.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Bukow die Dörfer Karnkewitz und Böbbelin.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Donationes principum viris et locis religiosis factas decet scripturae testimonio roborari, ne in eis posterum versutia locum inueniat malignandi. Igitur notum esse volumus tam praesentibus quam posteris, quod nos viris religiosis et in Christi nobis dilectissimis abbati et conuentui monasterii gloriosae virginis matris dei Mariae in Bucowe Cistertiensis ordinis Camminensis dioecesis et vniuersis successoribus eorum ac ipsi monasterio donauimus nostro haeredum ac successorum nostrorum nomine proprietatem villarum Carnesuitz et Bobolin cum siluis, pratis, pascuis, aquis, stagnis, riuis, piscariis, agris, nemoribus, vsuagiis, cultis pariter et incultis, prout haec omnia intra terminos dictarum continentur villarum possidenda perpetuis temporibus eo iure, quo monasterium Dargunense sua bona tenet a nobis. Testes huius nostrae donationis sunt Wiardus abbas Belbucensis, Conradus praepositus Stetinensis, Johannes Prusco canonicus Camminensis ecclesiae, clerici, item Casimarus, Borcho, Bispraus, Johannes Kule, Teslawius de Cumerowe, Gutzlaus Dobeszitz,

Gneomarus Dobeszitz et alii quam plures fidedigni, quorum hic nomina non subscripta sunt. Vt autem haec nostra donatio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, presentem paginam inde confectam eis dari iussimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum super nouam Recham anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, idus Augusti et per manum Arnoldi curiae nostrae notarii datum ibidem.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel fol. 80.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 501 Nr. 394.

808.

1266 September 24. (VIII. kalendas Octobris) Sleswic.

Der Cardinal-Legat Guido bestätigt dem Kloster Ivenack das demselben von Herzog Barnim I. verliehene Patronat der Kirche zu Sophienhof.

Frater Guido miseratione diuina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis sibi in Christo . . preposito et conuentui monasterii monialium de Iuenach, Cisterciensis ordinis, Caminensis dyocesis, salutem in domino. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per nostre sollicitudinis studium ad debitum perducatur effectum. Sane ex parte uestra nobis extitit intimatum, quod nobilis uir Barnin (!) dux Slauorum ius patronatus, quod habebat in ecclesia parrochiali de Cerbecin, Caminensis dyocesis, uobis et monasterio uestro imperpetuum contulit et concessit ob anime sue remedium et salutem. Quare supplicastis humiliter, per nos collationem et concessionem huiusmodi confirmari. Nos itaque uestris deuotis precibus fauorabiliter inclinati collationem et concessiones predictas, prout iuste et rationabiliter facte fuerunt, auctoritate qua fungimur confirmamus et tenore presentium communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Sleswic VIII. kalendas Octobris, pontificatus domini Clementis pape quarti anno secundo.

Siegel an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 305 Nr. 1094.

809.

1266[1]) September 24. (VIII. kal. Octobris) Slesuuic.

Der Cardinal-Legat Guido bestätigt dem Kloster Verchen das Patronat der Kirche zu Cartelow, welches Herzog Barnim I. demselben geschenkt hatte.

Frater Guido miseratione diuina tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis,

[1]) Quandt in den Baltischen Studien X. 1. 173 setzt die Urkunde zum Jahre 1266. Nach der Datirung Clementis pape IIII anno secundo (gewählt 5. Febr., geweiht 22. Febr. 1265) ist das Jahr 1266 anzunehmen. Dreger hat fälschlich 1267.

apostolice sedis legatus, dilectis sibi in Christo preposito et conuentui monialium de Virchen Cluniacensis ordinis Caminensis diocesis salutem in domino. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per nostre sollicitudinis studium ad debitum perducatur effectum. Sane ex parte uestra nobis extitit intimatum, quod nobilis uir Barnim dux Slauorum ius patronatus, quod habebat in ecclesia de Cartlowe Caminensis dyocesis uobis et monasterio uestro imperpetuum contulit et concessit. Quare nobis humiliter supplicastis, ut dictas collationem et concessionem faceremus robur equitatis debite obtinere. Nos itaque uestris supplicationibus fauorabiliter inclinati collationem et concessionem huiusmodi prout iuste et racionabiliter facte sunt, auctoritate qua fungimur confirmamus et tenore presentium communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Slesuuic VIII kal. Octobris pontificatus domini Clementis pape IIII anno secundo.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Berchener Original-Matrikel fol. 17; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Berchener Matrikel S. 21.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 522 Nr. 412[b]. (1267.)

810.

1266 September 27. (quinto kal. Octobris) in uilla quae appellatur Crin.

Herzog Barnim I. überweist der Marienkirche zu Stettin das Dorf Brüncken und das halbe Dorf Glambek.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Donationes principum, quae robur perpetuę firmitatis debent sortiri, oportet ut scripturae testimonio sic roborentur, ne processu temporis mutari valeant in posterum uel infringi. Sane tam praesentibus quam futuri temporis nationibus praesenti scripto uolumus esse notum, quod nos pro nostrorum remissione peccaminum ac ęterni gratia regis facilius impetranda donauimus dilectis nobis in Christo preposito decano totique capitulo ecclesiae sanctae Mariae in Stetin ac eorum successoribus vniuersis proprietatem tocius uillae Brunnek et medietatis uillę Glambek sitarum in territorio Stettin tytulo proprietatis cum omni jure perpetuis temporibus ab ipsis et eorum successoribus foeliciter(!) possidendarum, volentes ut ipsi et coloni ipsorum caeterique easdem inhabitantes fruantur libere siluis, pratis, pascuis, aquis, riuis, molendinis constructis et construendis, stangnis, agris, nemoribus, usuagiis, cultis pariter et incultis, prout haec omnia et singula intra terminos et limites praedictarum villae et dimidiae continentur distincta, nihil omnino nobis, aduocatis, pedellis seu aliis officiatis nostris debentes pensionis vel seruitii de predictis, eis duntaxat exceptis, quae ad nostram et terrae nostrae communem pertinent necessitatem, quae nobis et nostris haeredibus reseruamus. Testes huius donationis sunt Johannes de Leuenow, Heinricus de Morzin, Wernerus de Lypa, Gobelo dictus marscalk, Wilhelmus aduocatus in Stetin milites, item Wernerus de fago, Heinricus Baruot scultetus noster in Stetin, Theodericus de Soltwedele et alii quam plures. Vt autem haec donatio nostra firma et inconulsa perpetuis temporibus obseruetur, praesens scriptum inde confectum eis dari iussimus

nostri sigilli munimine roboratum. Actum et datum per manum magistri Arnoldi notari nostri in uilla quae appellatur Crin anno domini M.CC.LXVI. quinto kal. Octobris.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Matrikel des Marienstifts (Tit. I Sect. I Nr. 1) fol. 111; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Diplom. eccles. s. Mariae I Nr. 6.

811.

1266 Oktober 14. (in die sancti Calixti pape).

Johann, Probst zu Riga, bezeugt, daß er sich mit dem Kloster Neuencamp über die Grenzen ihrer Besitzungen und alle sonstigen Streitigkeiten verglichen habe und verspricht die Einwilligung seines Convents zu dem gemachten Vertrage.

Johannes dei gratia Rigensis ecclesie prepositus vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Vniuersis constare volumus, nos cum domino abbate et conuentu Noui Campi plene et perfecte de omnibus terminis nostris et aliis, que aliquam dissensionem redolere poterant, sub autentico litterarum et bonorum testimonio composuisse. In cuius rei evidentiam presentem litteram eisdem sub sigillo nostro duximus relinquendam promittentes conuentum nostrum ad hoc inducere, ut priuilegium quod de predictis inter nos confectum est, sigilli sui sicut et nostri appensione debeant roborare. Datum anno gracie M°.CC°.LX°.VI° in die sancti Calixti pape.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 16; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1266) Nr. 6.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 494 Nr. 387.

812.

1266 Oktober 14. (die beati Calixti pape).

Johann, Probst, und das Kapitel der Kirche zu Riga bestätigen einen durch Hermann, früheren Probst daselbst, mit dem Kloster Neuencamp geschlossenen Vergleich über die Grenzen der Dörfer Müggenhall, Gösdin und Wulffshagen.

Johannes dei gratia prepositus totumque capitulum in Riga sancte Marie virginis vniuersis hoc scriptum cernentibus in perpetuum. Rerum rite gestarum ordinem ne uel obliuionis negligentior nebula uel malitiosorum hominum peruicax calumpnia possit irritare, contra vtriusque hujus pestis morbidam insollentiam prvdentum industria commodum profecto adinuenit remedium, scripto videlicet easdem perhennare, quod sibi commissa et firmiter retineat et fideliter representet. Hujus igitur rationis intuitu notum esse volumus vniuersis et singulis presentibus et futuris, quod conuentionem que inter dominum Hermannum predecessorem nostrum et conuentum ecclesie nostre ex parte vna et inter dominum abbatem et conuentum Noui Campi ex altera facta est et prudentum consilio mediante concorditer ordinata, prout et eiusdem Hermanni et ipsius capituli priuilegium super eadem conuentione cum

sigillorum instrumentis plene et jntegraliter digestum evidentius protestatur, presenti confirmatione ratam omnino habere volumus et perhennem promittentes bona fide sub nomine nostro et totius capituli nostri, vniuersa et singula capitula dicti priuilegii irrefragabiliter obseruari, nec arte aliqua eisdem per nos uel per alios ex parte nostri quoquomodo contraire. Et vt omnis controuersie uel tergiuersationis, que super hoc in posterum aliquo modo fieri possit, de medio tollatur occasio, dictus dominus abbas cum communi sui conuentus consensu et consilio pro omni impeticione, quam uel super parte piscature noui molendini ipsorum uel de submersione paschuorum nostrorum in ipsam ecclesiam habuimus, agros quosdam certis terminorum distinctionibus inter Mugenhole et Gusdin duobus fossatis circumseptos et consignatos, ecclesie nostre libere et absque omnis contradictionis calumpnia perpetuo assignauit possidendos. Insuper et terminos infra Papenhagen et Wlueshagen per collicolos terre a nobis ibidem egestos et per lineam directe descendentem usque in Wluesbeken eadem condicione nobis duxit dimittendos. Silua autem que infra istos terminos continetur, cum ad culturam peruenerit, equaliter inter nos diuidetur. Protestamur etiam presentibus quod querimonia dicti abbatis et conuentus super confractione aggeris noui molendini et dispersione piscium eiusdem aggeris et diminutione prouentus molendini, in quibus dampnum se recepisse amplius quam ad octoginta marcas testabantur, sub istius condicionis formula sopita sit omnino et pacata. Et ut hec nostre conditionis conuencio ab omni dolositatis scrupulo in perpetuum libera maneat, presens scriptum sigilli nostri et capituli nostri munimine duximus roborandum. Testes autem qui huic facto presentes affuerunt sunt hii: Rodolphus prior de Hilda, Fridericus prior Noui Campi, Johannes de Kalendis et Eylardus monachi eiusdem domus, Martinus canonicus Rigensis, Evstachius sacerdos in Rikenbergh, milites autem Reynfridus et Ernestus frater eius de Peniz, Johannes Buddo et alii quam plures. Datum anno gratie M°.CC°.LX°VI°. die beati Calixti pape.

Siegel[1]) von der grün- und rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 15; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1266) Nr. 5.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 495 Nr. 388; Fabricius III Nr. 88.

813.

1266 Oktober 15. (idus Octobris).

Fürst Wizlaw II. bestätigt die Schenkung der blinden Trebel mit Weide, Bruch und der Fischerei durch seinen Großvater Wizlaw und seinen Vater Jaromar an das Kloster Neuencamp.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Wiszeslauus dei gratia Rujanorum prince[p]s[2]) omnibus hoc scriptum cernentibus in perpetuum. Multiplici humane infirmitatis in-

[1]) Das Original hat nur eine Siegelschnur, hat auch nie mehrere gehabt. Es ist also wohl anzunehmen, daß Probst Johann zugleich mit seiner eigenen, der vorigen Urkunde, eine Ausfertigung auch im Namen des Kapitels niederschreiben ließ, und zwar gleich an Ort und Stelle in Neuencamp, wie die Namen der Zeugen darthun. An diese Ausfertigung hing er dann sein Siegel und dachte die Besiegelung durch das Kapitel erst später nach seiner Rückkehr zu bewirken. Doch ist die Urkunde in Neuencamp verblieben. Zu Anständen geben beide Urkunden keinen Anlaß.

[2]) Das Original hat princes.

commodo benignius condescendens diuina dignacio inter innumera sue liberalitatis que eidem contulit beneficia efficax nichillominus contra stolide obliuionis negligentiam ac malitiosorum hominum peruicacem calumpniam ei prestitit remedium vt uidelicet ne ea, que geruntur in tempore simul et labantur cum tempore, lingua testium et scripti memoria possint perhennari. Hac igitur diuina edocti gratia notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod ex donacione progenitorum nostrorum aui scilicet nostri domini Wiszeslaui et patris nostri domini Jaromari simul et nostra fratrisque nostri Jaromari confirmatione recognosc[i]mus[1]) abbati et conuentui de Nouo Campo riuulum qui Campiniz dicitur ex vtraque parte cum paschuis et paludibus et omni piscatura de Ringebergh usque in nouum molendinum, sicut et patris nostri priuilegium super eadem donatione collatum euidentissime protestatur, et quod nullus aliquid jvrisdictionis in eisdem bonis preter abbatem et conuentum dicte ecclesie habeat, presenti confirmacione attestamur. Si quis autem contra dictorum donationem et nostram confirmationem quicquam sibi sev per iniustam surreptionem uel per ueritatis suppressionem aut falsitatis suggestionem uel etiam obtentu alicuius priuilegii hactenus usurpauit de predictis bonis uel deinceps usurpare attemptauerit, quasi contra ius presumptum et nullo stabilitatis firmamento subnixvm auctoritate presentium irritum esse omnino decernimus et inane. Et ut predicta donatio simul et presens nostra confirmatio prefate ecclesie libera perpetuo ab omni jniusta impeticione maneat et quieta, presens scriptum sigilli nostri munimine cum testium subscriptione fecimus roborari. Testes autem huius facti sunt dominus Borjanta nobilis miles et consilium domini terre, Rodolphus prior de Hilda, Fridericus prior de Nouo Campo, Vernerus plebanus in Gartscen et Stekeborh, Olricus notarius domini terre, Johannes de Osthen et alii quam plures. Datum anno domini M̊.C̊C.LX̊.VI̊. idus Octobris.

Siegel von der gelb- und rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 17; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1266) Nr. 8; Klempzens Extract fol. 42ᵛ.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 503 Nr. 396; Fabricius III Nr. 90.

814.

1266 November 1. (kalendas Nouembris) Lubeke.

Der Cardinal-Legat Guido erlaubt dem Kloster Bukow zum Bau der Klostergebäude bis zu 100 Mark Silber von geraubtem Gut anzunehmen, sobald der rechtmäßige Herr nicht zu ermitteln sei.

Frater Gvido miseratione diuina tituli sancti Laurentii in [Lucina][2]) presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, religiosis viris abbati et conuentui de Bucouia Cisterciensis ordinis Caminensis diocesis salutem in domino. Virtutum vncis rutilans et sanctitatis odore flagrans in ecclesie corpore membrum nobilissimum ordo vester sic a sui plantatione per semitam mandatorum domini ambulauit, quod fuit semper in lucem gentium, et cura est, que salutem animarum respiciunt multos salubriter informauit. Hinc est quod nos intelligentes, quod vos tamquam nouella plantatio ad habendum vite necessaria

---

[1]) Desgl. recognoscamus.

[2]) Die Matrikel hat Laterano.

et pro [consummatione][1]) operis ecclesie vestre sumptuosi Cristi fidelium suffragio quam plurimum indigetis, nos vestris precibus quantum cum deo possumus benignum impertientes assensum, ut de vsuris rapinis et aliis male acquisitis, si hi quibus debeat fieri restitutio, omnino inueniri aut sciri non possint, vsque ad summam centum marcarum puri et examinati argenti pro habendis vite necessariis et predicti consummatione operis recipere valeatis, vobis auctoritate qua fungimur tenore presencium concedimus facultatem, si pro simili receptione alias non sitis a sede apostolica vel a nobis huiusmodi gratiam consecuti, ita tamen quod si aliquid de dictis centum marcis dimiseritis aut restitueritis seu dederitis illis a quibus eas acceperitis, hujusmodi dimissum restitutum vel datum nichil ad liberationem eorum prosit nec quantum ad illud habeantur aliquantulum absoluti. Et si forsan aliquando comparuerint quibus restitutio predictorum fieri debet, eisdem super his satisfactionem congruam impendatis. Datum Lubeke kalendas Nouembris, pontificatus domini Clementis pape quarti anno secundo.

Bibliotb. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel (Loeper, Mscr. Nr. 222) S. 106.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 522 Nr. 413 (1267); vergl. Quandt, Balt. Stud. X 1 173.

815.

1266 November 22. (decimo kal. Decembris) in Colbergh.

Der Rath zu Colberg bezeugt, daß Günther, Domherr daselbst, dem Bürger Albert von Wollin einen Salzkothen gegen eine jährliche Abgabe von einer halben Last und einem punt Salz übergeben habe.

Omnibus presens scriptum cernentibus consules ciuitatis Colbergensis salutem in uero salutari. Noscat etas presencium et futurorum, quod necessitate compellente dominum Guntherum canonicum Colbergensem cum ad edificandum tugurium in monte salis deficeret laboribus et expensis, quod ad eius prebendam dinoscitur pertinere, illud Alberto dicto de Wolin ciui nostro ad edificandum contulit et donauit de canonicorum suorum consilio et consensu, ita tamen quod ipse et sui heredes ab eo legitime descendentes eidem domino Gunthero et suis successoribus dimidium last et vnum punt salis reddant annis singulis et exsoluant, quandocunque infra natiuitatem Johannis baptiste et diem beati Jacobi apostoli fuerit requisitum. Vt autem hec donacio rata ipsis permaneat et incommutabilis perseueret, presens scriptum sigilli nostri munimine consignatum dicto domino Gunthero et suis successoribus in testimonium ualidum erogauimus. Testes huius contractus sunt dominus Gherardus custos Colbergensis ecclesie, dominus Waltherus, dominus Hildebrandus, dominus Johannes, eiusdem ecclesie canonici et alii quam plures. Actum et datum in Colbergh anno gracie domini M̊.C̊C.LX̊VI decimo kal. Decembris.

Siegel nebst Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Colberger Domkap. Nr. 4; Original-Transf. vom 10. Jan. 1426 desgl. Nr. 58; Bibliotb. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matrikel S. 76.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 504 Nr. 397.

---

[1]) Desgl. confirmatione.

816.

1266 December 6. (VIII idus Decembris) Magdeburg.

Hermann, Bischof zu Camin, sichert denen, welche zum Bau der Margarethen-Kapelle zu Pforta mitwirken, 40 tägigen Ablaß zu.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Hermannus dei gratia Caminensis episcopus cum orationibus salutem in domino Jhesu Christo. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, siue bonum siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, ac eternorum intüitu seminare intra quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere ualeamus in celo, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur dilecti in Christo abbas et conuentus de Porta cappellam in honore sancte Margarete construant opere sumptuoso, ad cuius conseruacionem proprie non suppetunt facultates, vniuersitatem vestram rogamus et hortamur in domino Jhesu Christo, quatenus de bonis vobis a deo collatis grata inpendatis eisdem subsidia caritatis. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad opus tam pium manum porrexerint adiutricem, uel qui ad eiusdem capelle dedicacionem seu anniuersarios dedicacionis accesserint, XL. dies et I karenam de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum Magdeburg anno domini MCCLXVI VIII idus Decembris.

Diplom. Port. Fol. 136 b. Col. 2 in der Schulbiblioth. zu Pforta.

Gedruckt bei Corssen, Alterthümer und Kunstdenkmäler des Cist.-Kl. St. Marien und der Landesschule zu Pforta; Bertuch, Chron. Port. I 279 und Schamel, Chron. I 174 geben fälschlich Heinricus statt Hermannus.

817.

1266[1]) December 7. (septimo ydus Decembris) Magdeburgi.

Der Cardinal-Legat Guido bestätigt die durch den Bischof von Preußen getroffene Entscheidung über die Grenzen des Lebuser und Caminer Sprengels, so daß der Küstriner Distrikt zum Bisthum Lebus und Tütz sammt dem dazugehörigen Lande zur Caminer Jurisdiktion gehören soll.

Venerabili patri dei gracia episcopo Caminensi frater Guido miseracione diuina tituli sancti Laurencii in Lucina presbiter cardinalis apostolice sedis legatus salutem in domino sempiternam. Cum a longe retroactis temporibus super limitibus Lubucensis et Caminensis diocesis discordia haberetur et ipsa per uenerabilem patrem et archiepiscopum Liuonie, Estonie et Prutzie apostolice sedis legatum per modum pacis, amoto iuris strepitu, concordata fuerit et sedata ita, quod terram Costerin deinceps ecclesia Lubucensis possidere debeat et

---

[1]) Dreger bringt die Urkunde zum Jahre 1267, Quandt zu 1265. Da jedoch Pabst Clemens IV. am 5. Februar 1265 gewählt, am 22. Februar 1265 geweiht wurde, so ist gewiß mit Riedel das Jahr 1266 anzunehmen, in welchem sonach Bischof Hermann im December (vergl. die vorhergehende Urkunde) mit Cardinal Guido zu Magdeburg zusammengetroffen wäre.

terram Thuitz cum suis attinenciis integre Caminensis ecclesia possidebit, quibusdam in eadem terra Thuitz exceptis decimis vni duntaxat prebende pertinentibus capituli Lubucensis, supplicasti nobis humiliter ipsam concordiam ordinacionem seu sedacionem a nobis qua fungimur autoritate confirmari. Nos autem eandem prout juste facta est confirmamus et tenore presencium communimus. Datum Magdeburgi septimo ydus decembris pontificatus domini Clementis pape quarti anno secundo.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Caminer Matrikel S. 506.

Gedruckt bei Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 523 Nr. 414 (1267); Riedel, Cod. dipl. Brand. I 19 S. 6 Nr. 9 (1266); Kletke, Regesta Neom. S. 22; vergl. Quandt, Balt. Stud. X. 1. 173 (1265).

818.

1266 December 23. (X. kal. Januarii) in Damb.

Herzog Barnim I. bestätigt dem Jungfernkloster vor Stettin das Eigenthum des Dorfes Zabelsdorf bei Bredow mit allem Zubehör und befreit die Bewohner des Dorfes von jeglichen Lasten.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis in perpetuum. Quoniam vniuersa, quae in tempore geruntur et ordinantur, vna cum temporis fluxibilitate in obliuionem transeunt et defluunt, necessarium arbitramur et expediens, ut ea quae robur perpetuae firmitatis sortiri debent, scriptis autenticis sic muniantur, quatenus processu temporis per malignantium versutiam nec mutari valeant nec infringi. Sane tam praesentis quam futuri temporis nationibus volumus esse notum, quod nos pro nostris ac progenitorum nostrorum delendis peccaminibus et aeterni regis gratia facilius impetranda donauimus nostro haeredum ac successorum nostrorum nomine dilectis nobis in Christo abbatissae totique conuentui sanctimonialium Cysterciensis ordinis monasterii gloriosae virginis Mariae siti ante ciuitatem nostram Stetin et vniuersis sequacibus earum ac ipsi monasterio proprietatem villae olim dictae Nebuzcowe[1]) nunc vero Zabelestorp appellatae iuxta villam Drethowo sitae titulo proprietatis cum omni iure perpetuis temporibus feliciter possidendae. Donauimus etiam eisdem nostro haeredum ac successorum nostrorum nomine proprietatem omnium, quae ad eandem villam Zabelestorp pertinent scilicet siluarum, pratorum, pascuorum, aquarum, riuorum, agrorum, nemorum, vsuagiorum, cultorum pariter et incultorum, similiter cum omni iure prout haec omnia et singula intra praedictae villae terminos continentur, ita videlicet ut dicti monasterii coloni aliique ipsam villam inhabitantes sint liberi et exempti per omnia a nostra, aduocatorum, bedellorum aliorumque officiatorum nostrorum iurisdictione intra dictam villam et eius terminos existentes, nulli quicquam seruitii aut pensionis debentes, nisi conuentui et monasterio supradictis, eis duntaxat exceptis quae ad nostram et ad communem terrae nostrae utilitatem pertinent, quae nobis et nostris haeredibus duximus reseruanda. Testes huius nostrae donationis sunt hi: clerici Conradus praepositus, Rodolfus scolasticus, Wilhelmus custos ecclesiae Stetinensis; laici uero hi: Johannes de Leuenowe, Olricus de Moringe, Wernerus de Lypa, Otto de Rambin, Reinerus de Schadewachte, Willekinus aduocatus noster in Stettin, Gobelo quondam noster marscalcus, milites, item Hinricus

[1]) Die Matrikel hat fol. 26 die Variante Nembuszowe.

Baruot schultetus in Stettin, Theodericus de Saltwedele, Johannes de Brakele, Wescelus, ciues in Stettin, et alii quam plures fidedigni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem haec omnia firma et inconuulsa perpetuis temporibus obseruentur, praesens scriptum inde confectum praedictis abbatissae et conuentui ac earum monasterio dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum in Damb et datum ibidem per manum Arnoldi curiae nostrae notarii, anno domini M. ducentesimo LXVII. X. kal. Januarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 41) fol. XIIII Nr. 20; fol. 25ᵛ. Nr. 49 (1267).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 507 Nr. 400 (1267); vergl. Quandt in Balt. Stud. X. 1. 140 (1266).

819.

1266 December 31. (pridie kalendas Januarii) apud Dam.

Herzog Barnim I. bestimmt, daß, wenn das Kloster Michelsberg bei Bamberg sein Patronats-Recht über die Jakobikirche zu Stettin oder diese selbst aufgeben wolle, nur die Marienkirche daselbst zum Kaufe zugelassen werden dürfe.

In nomine sancte et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis praesens scriptum inspecturis in perpetuum. Quoniam generatio praeterit et generatio aduenit et cuncta, quae in tempore geruntur, una cum temporis fluxibilitate in obliuionem transeunt, expedit ut ea, quae firmitatis robur sortiri debent, scripturae testimonio sic firmentur, quatenus processu temporis nec mutari ualeant nec infringi. Sane tam praesentium quam posterorum noticiae transmittimus, quod nos dilectis nobis in Christo praeposito, decano totique capitulo ecclesiae sanctae Mariae in ciuitate nostra Stetyn et eorum successoribus uniuersis ac ipsi ecclesiae, quam speciali dilectione prosequimur et fauore, hanc fecimus gratiam et praerogatiuam donauimus specialem, ut si abbatem et conuentum monasterii montis sancti Michaelis in Bauenberch ius patronatus ecclesiae sancti Jacobi uel ipsam ecclesiam in ciuitate nostra Stetyn cum rebus vel sine rebus ad eandem ecclesiam pertinentibus vel eiusdem ecclesiae res commutare, permutare vel in aliam ecclesiam uel ecclesias, monasterium uel monasteria, personam uel personas pro restauro transferre uel quomodo libet ex causis quibuscunque contigerit alienare, in nullam ecclesiam vel monasterium uel personas eis idem ius patronatus vel ipsam ecclesiam uel res eius liceat transferre, quam in capitulum ecclesiae sanctae Mariae in ciuitate nostra Stetyn et in ipsam ecclesiam, ita tamen, quod ipsis competens secundum deum et iusticiam fiat proinde restaurum, nostram licentiam et consensum, sine quibus dicta commutatio, permutatio uel alienatio fieri non potest nec debet, in praedictum capitulum et ecclesiam integraliter transferentes. Testes huius rei sunt Theodericus prior in Lypan, Hinricus de Calowe canonicus Gustrowensis, Gobelo quondam noster marscalcus, Willikinus aduocatus noster in Stetyn, Conradus de Swechten, Rodolphus de Cedelin milites, item Pribizlaus noster marscalcus, Fredericus de Hyndenberch (!), Heinricus de Zwet, Heinricus de Wilsekendorp fideles nostri et alii quam plures fide digni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem haec omnia firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseuerent et ad maioris euidentiae testimonium praesens scriptum inde confectum eis dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum apud Dam et datum ibidem

per manum Arnoldi curiae nostrae notarii anno domini M.CC.LXVI. pridie kalendas Januarii.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Matrikel des Marienstifts (Tit. I Sect. I Nr. 1) fol. 267.

Gedruckt in Hering, Histor. Nachricht. ꝛc. Urk. Nr. 6; Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 490 Nr. 383.

820.

1266.

Hermann, Bischof zu Camin, verkauft Nerese (bei Colberg) an das Kloster Dargun. [1])

Gedruckt im Meklenb. Urk.-Buch II S. 279 Nr. 1057.

821.

1266.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster Reinfeld das Eigenthum von vier Hufen zu Zwiedorf, welche Arnold von Schönfeld unter dem Vorbehalt lebenslänglicher Nutznießung dem Kloster übertragen.

Barnym dei gracia dux de Stetin vniuersis hoc scriptum visuris salutem in domino. Ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scripto nec voce testium perhennantur. Hinc est quod ad notitiam vniuersorum volumus deuenire tam presentium quam futurorum, quod Arnoldus miles dictus de Sconenuelde quatuor mansos, in villa que dicitur Thwethorpe sitos, quorum duos ecclesia Reyneueldensis ab ipso comparauit, reliquos duos eidem ecclesie contulit sub hac forma, ut diebus vite sue vsufructum de eisdem quatuor mansis recipiat et post mortem suam ad ecclesiam iterato redeant, in manus nostros eosdem quatuor mansos idem Arnoldus libere et integraliter resignauit. Nos vero ob dilectionem dei et fauorem specialem, quem ad eandem ecclesiam et eundem Arnoldum habemus, eidem ecclesie contulimus proprietatem et libertatem perpetuam et possessionem super eisdem quatuor mansis. Testes sunt Johannes et Fredericus fratres dicti Vos, Johannes Grus et alij quam plures. Vt autem hoc factum ratum permaneat et inconuulsum presentem paginam sigillo nostro duximus roborandam. Acta sunt hec anno dominj millesimo ducentesimo sexagesimo sexto.

Siegel an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original zu Kopenhagen; Pomm. Rüg. Preuß. Brandenb. Urk. aus dem Kgl. Dän. Arch. (Kloster Reinfeld Nr. 4) im Kgl. Geh. Staats-Archiv zu Berlin (von Thorkelin 1823); Abschr. in der Univ.-Bibl. zu Greifswald, Kosegartensche Sammlung.

822.

1266.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, befreit die Lübecker von Zoll und Abgaben in seinen Landen.

Uvizcelaus dei gracia princeps Ruianorum omnibus hoc scriptum inspecturis imper-

[1]) Die Quelle der obigen Nachricht hat sich nicht auffinden lassen. Eine ähnliche zweite Nachricht siehe unter dem Jahre 1269.

petuum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos, ob dilectionem ciuitatis Lubycensis, qua ipsam specialiter diligimus, ipsam in nostram recipimus protectionem cum omnibus in ea habitantibus et in nostram iuriditionem venientibus dantes et confirmantes eis omnem graciam et libertatem per totum dominatum nostrum in theoloneis, in exactionibus et in omnibus, que a felice auo nostro domino Wizelao beate memorie hactenus habuerunt, que etiam in suis priuilegiis integris et perfectis vidimus eis data, rogantes et precipientes quoslibet nostros homines, ne quisquam eis ausu temerario ea audeat violare. Vnde ne nostris successoribus super hiis oriatur dubium, presentem litteram nostro sigillo sigillatam predictis ciuibus dedimus in testimonium et in signum. Datum anno domini M.CCLX sexto.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 91; Dreyer, Specimen jur. publ. Lub. Nr. 190; Cod. dipl. Lub. S. 278 Nr. 289.

823.

1266.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, bestätigt den Verzicht seines Vaters Jaromar auf die Beschränkung, daß die Marienkirche zu Riga im Dorfe Gösdin nur zwölf Hufen erwerben dürfe, sowie die Schenkung der Feldmark des Dorfes bis zur blinden Trebel.

Vissezlaus dei gratia Ruianorum princeps omnibus fidelibus in perpetuum. Ea que fidelium pia deuotione geruntur, robur efficatius optinent firmitatis, si cautione prouida litterarum testimonio fuerint roborata. Quapropter presentibus notum esse uolumus et futuris, quod Wiscezlaus auus noster bone memorie gratia annuente diuina pro remedio peccatorum suorum et vxoris sue Margarete cum consensu filiorum suorum contulit conuentui sancte dei genitricis et uirginis Marie in Ryga villam Gusdin cum omnibus attinentiis suis et terminis, ea nichilominus conditione apposita, quod quicquid ultra XII mansos infra terminos eiusdem ville inueniri posset, sibi ac suis heredibus remaneret. Felicis igitur recordationis pater noster Jeromarus sicut multis est cognitum tam ipsorum saluti quam suo et suorum profectui cauere in omnibus cupiens, ne tanti ac tales viri plus XII mansis tenere in sui preiudicium uiderentur, campum predicti loci metiri mandauit et ueritate de sepedictis mansis in omnibus conperta cum ipsis concordauit per omnia sub hac forma, ut quicquid terre nemoris vel paludis inueniatur predicte villule terminis conprehendi usque ad riuulum Campeniz wlgariter appellatum, qui riuulus in parte illa diuidit bona monasterii Noui Campi et dicte ville, sine lesione aliqua seu mensura conuentus possideret in perpetuum sepedictus. Nos itaque bona parentum nostrorum opera, sicut decet, fauorabiliter approbantes, donationem etiam ipsam seu ordinationem ratam et gratam habentes, villam ipsam Gusdin cum omnibus attinentiis suis et terminis hactenus obseruatis cum ea libertatis forma, quam in priuilegiis progenitorum nostrorum manifestius est expressa, sepedicto conuentui presentis scripti et sigilli nostri munimine confirmamus. Datum anno domini M.CC.LX.VI.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Allg. geistl. Urk. Nr. 12.

Gedruckt in Dreyer, Specimen jur. publ. Lub. S. 190; Fabricius III Nr. 92; Codex. dipl. Lub. I S. 278 Nr. 289.

824.

1266.

Der Cardinal-Legat Guido erläßt die Statuten für die Magdeburger und die Caminer Diöcese.

Frater Gwido miseratione diuina tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, ad perpetuam rei notitiam. Sacro sancta Romana ecclesia, sicut in beato Petro apostolorum principe a domino promissionem obtinuit, quod universalis ecclesiae fundamentum existeret, et praeceptum accepit, ut christianae fidei professores in fide religione omnique sanctimonia confirmaret, ita pro universarum ecclesiarum profectibus sollicitam se semper exhibuit, et de instituendo, conservando et provehendo in omnibus ecclesiis cultum fidei fuit omni tempore studiosa, ut ab ea, sicut a fonte, ad universos ecclesie filios sit christiana religio derivata, et quod ab aliis, qui spiritus primitias acceperunt, religiose ac salubriter institutum est, ut per eandem immutabilem acciperent firmitatem. Hinc est, quod cum sanctissimus pater noster dominus Clemens papa quartus ad Magdeburgensem provinciam ac episcopatum Kamminensem cum plenae legationis officio nos duxerit destinandos, officii nostri debitum libenter exsequimur, evellendo scilicet evellenda, plantando plantanda, recta gerendo et dirigendo salubriter indirecta.

Verum quum expedit ad profectum et robur fidei christiane, ut sacramenta ecclesiae, in quibus, tamquam in vasis medicinalibus, populus devotus et humilis antidotum gratiae recipere consuevit, in honore et reverentia ab omnibus habeantur, cum ea plerumque contingat effici vilia propter vilem et abhominabilem ministrorum ecclesie conversationem, universis personis ecclesiasticis prouinciae et diocesis praedictarum districte praecipimus, ut in victu, vestitu, gestu et aliis operibus ac circumstantiis status sui sic honeste se habeant et decenter, ne propter ipsos nomen ecclesiasticum inter laycos blasphemetur, iisdem districtius inhibentes, ne de patrimonio crucifixi inimicos se faciant crucis Christi, sicut illi, quorum deus venter est, qui terrena sapiunt, non divina. In conviviis suis modestiam et mediocritatem observent, superfluitatem indebitam resecantes. Ebrietatem, omnium vitiorum fomitem et nutricem, evitent. Praelati vero a gravaminibus abstineant subditorum, et maxime cum ecclesias visitant, moderentur expensas, coherceant evectionum numerum, prout in generali concilio exstitit diffinitum. Electiones libere fieri permittant in subditis ecclesiis, nec pro suis amicis carnalibus vel aliis preces ärmatas porrigant ante factum vel post factum, ita ut non exauditis precibus indignationem exhibeant vel vindictam sumant, sibi et gregi [suo taliter intendentes, quod zelatores justitiae, modestiae amatores, et generaliter omnium bonorum sectatores operum ostendant.

Presentis igitur concilii approbatione praecipimus, ut clerici continenter et caste vivere studeant, quod puro corde et mundo corpore deo possint in officio ecclesiastico ministrare. Si qui vero de cetero deprehensi fuerint detinere publice concubinas, nisi intra mensem se ab eis et ab earum consortio separaverint, ita quod in domibus earum aut propriis aut aliis quibuscunque non cohabitent, nec ad illas accedant, ex tunc ab omni beneficio ecclesiastico sint privati, et per eos, ad quos eorundem beneficiorum spectat collatio, personis ydoneis conferantur.

Item cum in plerisque locis quorundam iniquitas in tantum invaluerit, quod in rebus ecclesiae furtum reputetur sagacitas, rapina probitas et violentia fortitudo, synodali judicio diffinimus, ut qui bona ecclesiarum scienter detinent occupata, nisi intra instantem quatragesimam de damp[nis] et injuriis satisfecerint competenter, ex tunc introitum ecclesiae sibi

noverint interdictum, nec ab episcopis aut aliis ecclesiarum praelatis ad communionem dominici corporis admittantur. Qui vero obstinata mente, dum vixerint, satisfacere non curarunt, nullus clericus secularis vel regularis sepulturae ipsorum interesse praesumat, adicientes porro singulis annis in synodo, ut illi, qui clericos capiunt, verberant vel occidunt aut alias in ipsos manus injiciunt violentas, excommunicati publicentur et nominatim illi, de quibus constiterit manifeste. Quicumque vero personam ecclesiasticam enormiter vulneraverit vel occiderit aut captivaverit, non nisi per sedem apostolicam absolvatur, et ipso facto, si quid tenebat ab ecclesia, illud perdat et in utilitatem ecclesie convertatur, adicientes quod in illa dyocesi, in qua aliquem canonicum kathedralis ecclesie vel in dignitate ecclesiastica constitutum capi contingerit vel captum detineri, usque ad liberationem ipsius ac exhibitionem debitae satisfactionis cessetur generaliter a divinis.

Similiter et in illa parochia, in qua res clericis violenter ablatas capi vel detineri contigerit, usque ad restaurationem et satisfactionem congruam a divinis cessetur. Item cum matrimonii sacramentum non sit incontinentiae praecipitium, sed potius remedium contra illud, non absque dolore cordis audivimus, in hac provincia et dyoecesi Kaminensi quosdam sic a suae carnis voluptate et terrena cupiditate deceptos, quod in gradu prohibito de facto temere contrahentes, quod non matrimonium sed contubernium dici debet, se incestuose luxuriose vitae taliter immergere, et sacramentum matrimonii, quantum in ipsis est, polluere non verentur. Nos itaque tantum excessum conniventibus oculis pertransire nolentes sub poena excommunicationis districtius prohibemus, ne absque dispensatione sedis apostolicae de cetero tale matrimonium seu contubernium contrahatur. Alioquin sacerdotes, qui tales conjunxerint, a sacerdotali officio noverint se suspensos. Illi vero, qui sic scienter permiserint se conjungi, ipso facto ab ingressu ecclesiae suspendantur. Sub eadem quoque poena illis, qui jam absque dispensatione tale matrimonium contraxerunt, districte praecipimus, ut a cohabitatione invicem abstinentes dyocesano suo vel alii praelato, ad quem de jure vel consuetudine pertinere dinoscitur talium causarum cognicio, rei veritatem insinuare non tardent. Qui vocatis, qui fuerint evocandi, et causa diligenter examinata, quod canonicum fuerit statuat, faciens quod decreverit per censuram ecclesiasticam firmiter observari.

Episcopi vero siue alii praelati de causis matrimonialibus cognoscentes omnino caveant, ne cupiditate devicti non solum dirimenta non dirimere, verum etiam separanda redintegrare praetextu pecuniae vel alterius remedii non praesumant. Si quis autem contra hoc venire praesumpserit interdictum, eo ipso se noverit officio beneficioque priuatum. Layci vero, qui de poenis inferendis personis conjunctis in causa matrimoniali seu accusatoribus in probacione deficientibus se intromiserint, cum ad ipsos non pertineat, sed ad judicem ecclesiasticum, coram quo negotium ventilatur, per censuram ecclesiasticam conpescantur, cum ex hoc multi ab accusatione matrimonii retrahantur.

Item cum detentores plurium personatuum vel dignitatum seu beneficiorum ecclesiasticorum cum cura sine dispensatione sint sacrorum canonum transgressores et fructus talium beneficiorum percipiendo furtum committere dinoscantur, praesenti decreto statuimus, ut omnes, qui hujus modi dignitatum personatuum seu beneficiorum cum cura pluritatem retinent aut super hoc secum dispensatum fuisse coram nobis infra proximam quatragesimam doceant manifeste, aut, si cum eis non fuerit dispensatum, eligant sibi unum de praedictis beneficiis retinendum et alia infra terminum memoratum libere in manibus illorum resignent, ad quos illorum collatio dinoscitur pertinere, alioquin ex tunc ab omnibus beneficiis ecclesiasticis dignitatibus seu personatibus se noverint esse privatos. Praecipimus autem illis, ad quos praedictorum beneficiorum personatuum seu dignitatum collatio pertinet, ut aliis per-

sonis ydoneis conferant et assignent, quod si intra terminum a jure determinatum hoc adimplere non curaverint, ad proximum superiorem eorum collatio devolvatur.

Item ad aures nostras quorundam laycorum grauis excessus pervenit, qui contra ecclesiasticam libertatem quaedam statuta, quae leges iniquae possunt verius appellari, introducere non verentur, quod licet contra hujusmodi praesumptores per summos pontifices olim processum extiterit, nos tamen propter transgressorum audaciam, non tam nova cudentes quam etiam vetera renovantes, omnes illos qui in Madeburgensi prouincia et diocesi Caminensi de cetero servari fecerint statuta edita aut consuetudines introductas contra ecclesiasticam libertatem, excommunicamus in his scriptis, nisi ea de capitularibus suis intra instantem quatragesimam fecerint amoveri. Excommunicamus etiam statutarios et scriptores statutorum ipsos, nec non consules et rectores et consiliarios locorum, in quibus de cetero hujusmodi statuta et consuetudines editae fuerint et seruatae, nec non et eos, qui secundum ea judicare praesumpserint vel in formam publicam scribere judicata.

Item dolentes audivimus, quod quidam nobiles progenitorum suorum, felicium videlicet principum, qui ecclesias et ecclesiasticas personas honoraverint multipliciter propter deum, ingenuae libertatis exemplum derelinquentes ac viam superbiae et avaritiae in suarum periculum animarum sequentes ab episcopis et aliis ecclesiarum praelatis bona quaedam, quae ab eorum ecclesiis consueverunt recipi et teneri, recipere ac eisdem debitum omagium facere dedignantur et cum super hoc requiruntur rationabiliter a praelatis, quandam frivolam exceptionem obponunt, videlicet quod id facere minime teneantur, pro eo quod ipsi praelati nondum ab imperatore sua bona temporalia receperunt. Nos itaque hujusmodi perizoma, quo tales suae superbiae et avaritiae turpitudinem occultare nituntur, tamquam vanum et frivolum exsufflantes praedictos nobiles monemus et hortamur attente, ut episcopis et aliis ecclesiarum praelatis debitum omagium faciant ac bona temporalia, quae a praedecessoribus recipi consueverunt, in foedum recipiant ab eisdem, ad quod faciendum nos instantem sollempnitatem resurectionis dominicae pro termino peremtorio duximus praefigendam praesenti hac fidelium multitudine, significantes eisdem, quod nisi intra praedictum terminum hoc facere curauerint, ex tunc contra ipsos spiritualiter et temporaliter auctore domino procedetur, prout iusticia et ratio suadebit. Item, sicut intelleximus fama crebrescente, beneficia quaedam ecclesiastica plerisque per symoniae vitium conferuntur. Nos igitur huic morbo pestifero congruum remedium adhibere volentes districte praecipimus, ne id de utero fiat, et quicunque remorsum conscientiae habens super beneficio per symoniam dato vel recepto, illud infra instans pascha resignet, qui symoniace recepit, et qui optulit penitentiam agat, et si quid pro eo recepit, restituat, alioquin utrumque, dantem scilicet et recipientem, ex tunc excommunicationis vinculo innodamus. Item, sicut ex relatione multorum et fide dignorum intelleximus, quaedam consuetudo detestabilis, quae magis corruptela quam consuetudo est censenda, per Magdeburgensem prouinciam inolevit, videlicet quod defunctis sacerdotibus ecclesiarum parochialium nec cura animarum porrigitur nec divinorum administratio conceditur personis, per veros patronos ecclesiarum praelatis vel archydiaconis loci, ad quos de jure pertinet praesentatio, legitime praesentatis, nisi primo archydiacono vel praelato melior vestis et equus sacerdotis defuncti tradantur eidem vel quaedam summa pecuniae pro aestimatione praedictorum. Nos itaque tam horribilem venalitatem ab ecclesia dei excludere cupientes perpetuo decreto prohibemus, ne pro inducendo presbyterum in ecclesiam vel cura animarum porrigenda vel diuinorum administratione concedenda aliquid promittatur vel detur. Quod si contra factum fuerit, uterque scilicet dans et recipiens vel promittens per censuram ecclesiasticam percellatur.

Si vero ex post facto aliquid ex mera liberalitate utro offertur, illud aequanimiter tolleramus.

Haec autem statuta per totam provinciam Magdeburgensem et ad [civitatem et] dyocesin Caminensem duximus extendenda, mandantes ea legi in singulis synodis episcopalibus, ne qui praetextu ignorantiae se excusent.

Acta sunt haec in concilio Magdeburgensi anno domini M.CC.LXVI. pontificatus domini Calixti papae quarti anno secundo.

Gedruckt in Schöttgen und Kreyssig, Diplom. III S. 3 Nr. 4.

825.

1267 im Januar (mense Januario).

Die Aebte Wiard von Belbuk und Bavo von Usedom zeigen dem Bischof Wolimir von Cujavien an, daß sie wegen der fortgesetzten Feindseligkeiten Herzog Sambors gegen Oliva das Land desselben mit dem Interdict belegt haben.

Venerabili patri domino W[olimiro] ecclesie Wladizlaviensi episcopo W[iardus] in Belboc et B[avo] in Uznam abbates Premonstratensis ordinis Caminensis diocesis iudices a sede apostolica delegati salutem et cum orationibus paratam ad beneplacita voluntatem. Quia nobilis vir dominus Samborius ad instantiam abbatis et conventus monasterii de Oliva Cisterciensis ordinis vestre diocesis pro eo, quod inductos in possessionem quorundam prediorum, super quibus coram nobis questio vertitur, in sue salutis dispendium contumaciter non admisit, iam dudum excommunicationis sententia extitit innodatus, qui tanquam fame sue prodigus et proprii persecutor honoris calcata clavium ecclesie reverentia per annum et amplius in excommunicatione sorduit se divinis damnabiliter ingerendo et malum accumulans malo predictos abbatem et conventum in ipsorum grangia, bobus et pecoribus per suos satellites temere spoliavit. Cum ergo humilibus nil prodesset obedientia, si contemptus contumacibus non obesset, ad interdictum terre ipsius pertinacia exigente duximus procedendum, ecclesiastica sacramenta, preterquam babtisma parvulorum et penitentie morientium, authoritate sedis apostolice suspendentes ibidem. Hinc est, quod paternitati vestre sub virtute obedientie, qua tenemini sedi apostolice, omni qua decet reverentia iniungimus, quatenus divina in terra dicti nobilis authoritate nostra immo sedis apostolice suspendatis, predicta taliter exequentes, ne contra reverentiam vestram, quod deo teste inviti facimus, procedere compellamur. Datum anno domini M.CC.LX°.VII mense Januario. Reddite litteras cum vestri sigilli appensione in signum executionis facte.

Abschrift im Folianten A 100 (Cod. Oliv.) S. 243 Nr. 149 im Königl. Staats-Archiv zu Königsberg.

826.

1267 Januar 8. (6. idus[1]) Januarii) in Damb.

Herzog Barnim I. schenkt dem Jungfernkloster vor Stettin das Dorf Pyarch bei Barnimslow und befreit die Bewohner desselben von allen Lasten.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum

[1]) Dreger hat hier unrichtig kalendas Januarii.

vniversis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis in perpetuum. Quoniam vniuersa, que in tempore geruntur et ordinantur, vna cum temporis fluxibilitate in obliuionem transeunt et defluunt, necessarium arbitramur et expediens, ut ea quae robur perpetuae firmitatis sortiri debent, scriptis autenticis sic muniantur, quatinus processu temporis per malignancium versutiam nec mutari ualeant nec infringi. Sane tam praesentis quam futuri temporis nationibus uolumus esse notum, quod nos pro nostris ac progenitorum nostrorum delendis peccaminibus et eterni regis gratia facilius impetranda donauimus nostro haeredum ac successorum nostrorum nomine dilectis nobis in Christo abbatissae totique conuentui sanctimonialium Cistersiensis ordinis monasterii gloriosae virginis Mariae siti ante ciuitatem nostram Stettin et vniuersis sequacibus earum ac ipsi monasterio proprietatem villae Pyarch sitae apud uillam Barnimslaue titulo proprietatis cum omni iure perpetuis temporibus feliciter possidendae. Donauimus etiam nostro haeredum ac successorum nostrorum nomine proprietatem omnium, quae ad eandem villam pertinent, scilicet siluarum, pratorum, pascuorum, aquarum, stagnorum, riuorum, agrorum, nemorum, vsuagiorum, cultorum pariter et incultorum similiter cum omni iure, prout haec omnia et singula intra praedictae villae terminos continentur, ita videlicet ut dicti monasterii coloni aliique ipsam inhabitantes sint liberi et exempti per omnia nostra aduocatorum bedellorum aliorumque officiatorum nostrorum iurisdictione intra dictam villam et eius terminos existentes, nulli quicquam seruicii aut pensionis debentes nisi conuentui et monasterio supra dictis, eis duntaxat exceptis, quae ad nostram et communem terrae nostrae necessitatem pertinent, quae nobis et nostris haeredibus duximus reseruanda. Testes huius nostrae donationis sunt hi clerici: Conradus praepositus, Rodolfus scholasticus, Wilhelmus custos ecclesiae Stetinensis, laici vero hi: Johannes de Leuenouue, Olricus de Moringe, Wernerus de Lypa, Otto de Rambin, Reimerus de Schadeuuachte, Willekinus aduocatus noster in Stettin, Gobelo quondam noster marschalcus milites, item Henricus Baruot scultetus in Stettin, Theodoricus de Saltuuedele, Johannes de Brakele, Wescelus, ciues in Stettin, et alii quam plures fidedigni, quorum hic nor sunt nomina subnotata. Vt autem haec firma et inconuulsa omnia perpetuis temporibus perseuerentur (!), praesens scriptum inde confectum praedictis abbatissae et conuentui ac earum monasterio dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum in Damb et datum ibidem per manum Arnoldi curiae nostrae notarii, anno domini M°.CC°.LXVII°. 6. idus Januarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 44) fol. 27ᵛ Nr. 50.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 505 Nr. 399 (kalendas Januarii).

827.

1267 Januar 8. (VI. idus Januarii) in Damb.

Herzog Barnim I. schenkt dem Nonnenkloster vor Stettin das Dorf Güstow, bei dem Dorfe Pritzlow belegen, und befreit die Bewohner desselben von allen Lasten.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis in perpetuum. Quoniam vniuersa, quae in tempore geruntur et ordinantur, vna cum temporis fluxibilitate in obliuionem transeunt et defluunt, necessarium arbitramur et expediens, ut ea, quae, robur perpetuae firmi-

tatis sortiri debent, scriptis autenticis sic muniantur, quatenus processu temporis per malignantium versutiam nec mutari valeant nec infringi. Sane tam praesentis quam futuri temporis nationibus volumus esse notum, quod nos pro nostris ac progenitorum nostrorum delendis peccaminibus et aeterni regis gratia facilius impetranda donauimus nostro haeredum ac successorum nostrorum nomine dilectis nobis in Christo abbatissae totique conuentui sanctimonialium Cysterciensis ordinis monasterij gloriosae virginis Mariae siti ante ciuitatem nostram Stetin et vniuersis sequacibus earum ac ipsi monasterio proprietatem villae Gustow sitae apud villam Prissizlaue titulo proprietatis cum omni iure perpetuis temporibus feliciter possidendae. Donauimus etiam eisdem nostro haeredum ac successorum nostrorum nomine proprietatem omnium, quae ad eandem villam pertinent, scilicet siluarum, pratorum, pascuorum, aquarum, stagnorum, riuorum, agrorum, nemorum, vsuagiorum, cultorum pariter et incultorum similiter cum omni iure, prout haec omnia et singula intra praedictae villae terminos continentur, ita uidelicet, ut dicti monasterii coloni aliique ipsam villam inhabitantes sint liberi et exempti per omnia a nostra, aduocatorum, bedellorum aliorumque officiatorum nostrorum iuriditione intra dictam villam et eius terminos existentes, nulli quicquam seruitii aut pensionis debentes nisi conuentui et monasterio supradictis, eis duntaxat exceptis quae ad nostram et ad communem terrae nostrae necessitatem pertinent, quae nobis et nostris haeredibus duximus reseruanda. Testes huius nostrae donationis sunt hii clerici: Conradus praepositus, Rodolfus scolasticus, Wilhelmus custos ecclesiae Stetinensis; laici [quoque][1]) hii: Johannes de Leuenowe, Olricus de Moringe, Wernerus de Lypa, Otto de Rambin, Reinerus de Schadewachte, Willekinus aduocatus noster in Stetin, Gobelo quondam noster marscalcus, milites, item Heinricus Baruot schultetus in Stettin, Theodericus de Saltwedele, Johannes de Brakele, Wescelus, ciues in Stettin, et alii quamplures fide digni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem haec omnia firma et inconuulsa perpetuis temporibus obseruentur, praesens scriptum inde confectum praedictis abbatissae et conuentui ac earum monasterio dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum in Damb et datum ibidem per manum Arnoldi curiae nostrae notarii anno domini M.CC.LXVII. VI. idus Januarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenklosters fol. XIII Nr. 19.

828.

1267 Januar 30. (tertio calendas Februarii) Stettin.

Hermann, Bischof zu Camin, verleiht dem Nonnenkloster vor Stettin den Zehnten des Dorfes Zabelsdorf in den Grenzen, wie es der Ritter Ruderus besessen.

Hermannus dei gratia Caminensis episcopus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam ea quae rationabiliter fiunt, obliuionis nubilo sepius obducuntur per momenta temporum sucessura, ideo necesse est, ut talia scriptis et dictis testium roborentur, ne factum praecedentium ignoret posteritas futurorum. Cupientes igitur his, qui laudibus Jesu Christi matrisque eius gloriose virginis Mariae incessanter noctu dieque inuigilant, aliquantulum subuenire, vniuersitati praesentium ac futurorum innotescat, quod dilectis nobis in Christo abbatissae et conuentui sanctimonialium monasterii ordinis Cistersiensis siti iuxta oppidum Stettin donauimus de communi consensu capituli nostri proprietatem decimae villae Nubuztouue olim nominatae, nunc autem Zabelsdorp nuncupate, secundum limites in quibus eandem uillam Ruderus miles temporibus praeteritis habuit et possedit cum integritate iuris

[1]) Die Matrikel hat quinque.

pacifice et quiete futuris temporibus perpetuo possidendam. Huius rei seu donationis sunt testes dominus Conradus praepositus, magister Rodolfus scholasticus, dominus Wilhelmus thesaurarius, canonici sanctae Mariae in Stettin, comes Henricus de Kirchberge, Olricus de Moringe, Gneuemarus de Kummerouue, Petrus Zmogerouue, milites, Hinricus Baruott, Theodericus de Saltuuedel, Wesselow, ciues in Stettin, et alii quam plures clerici et laici fidedigni. Vt autem haec nostra voluntaria donatio firmitatem et robur perpetuum obtineat, praesentem paginam nostri sigilli munimine in testimonium perpetuum duximus roborandam. Datum Stettin anno domini 1267 tertio calendas Februarii pontificatus nostri anno decimo tercio.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenklosters (p. 13) fol. 5v Nr. 28.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 525 Nr. 416.

829.

1267 Februar 9. (quinto ydus Februarii) Stetin.

Hermann, Bischof zu Camin, überweist der Marienkirche zu Stettin den Zehnten des Dorfes Wamlitz mit 53 Hufen, des Dorfes Brüncken mit 53 Hufen, des Dorfes Glambeke mit 40 Hufen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Pastoralis cura officii, qua gregem domini nobis commissum auctoritate tradita gubernamus et regimus, sollicite nos ammonet et inducit, ut ecclesias dei per illustrem principem dominum Barnim ducem Slauorum in Caminensi diocesi de nostro consensu fundatas et dotatas non solum brachiis protectionis spiritualis amplectamur, verum etiam eisdem per subsidiorum amministrationem subueniamus, quatinus persone in eis institute et instistuende absque rerum defectu temporalium diuinis laudibus liberius valeant inherere et pro nobis et grege domini nobis commisso implorare clementiam saluatoris. Sane tam presentium quam futurorum notitie transmittimus nationum, quod dilectis nobis in Christo . . preposito, decano totique capitulo ecclesie sancte Marie in Stetin et vniuersis successoribus eorum et ipsi ecclesie donauimus de nostri consensu et uoluntate capituli proprietatem decimarum ville Wameliz cum quinquaginta tribus mansis, ville Brunneke cum quinquaginta tribus mensis et ville Glambeke cum quadraginta mansis sitarum in territorio Stetinensi perpetuis temporibus feliciter possidendam transferentes in predictos prepositum decanum capitulum et ecclesiam omne ius, quod habuimus nos, capitulum nostrum et ecclesia Caminensis in villarum decimis predictarum. Huius donationis testes sunt hii clerici: Heinricus decanus de Noua Ecclesia, Theino prior sancti Jacobi in Stetin, frater Hildebrandus gardianus fratrum minorum in Stetin; laici vero hii: dominus Heinricus comes de Kerkberge, Otto comes de Euerstein nepos noster, Borco, Cazimarus, Johannes Kule, Gobelo dictus marscalk, Willekinus aduocatus Stetinensis, milites, Hermannus aduocatus noster in Lokniz et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subnotata. In cuius donationis firmum testimonium et irrefragabile et perpetuum munimentum presens scriptum inde confectum eisdem dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum Stetin et

datum ibidem per manum magistri Heinrici curie nostre notarii anno domini M.CC.LXVII. quinto ydus Februarii.

Das Siegel von der grün- und rothseidenen Schnur beider Ausfertigungen abgefallen.

Original in zwei Ausfertigungen im Marienstifts-Archiv zu Stettin s. r. Tit. I Sect. I Nr. 5; Abschrift Tit. I Sect. I Nr. 53; Matrikel des Marienstifts (Tit. I Sect. I Nr. 1) f. 111ᵛ, f. 115, f. 117; Diplom. des Marienstifts (Tit. I Sect. I Nr. 107) f. 7.

830.

1267 Februar 22. (cathedra sancti Petri apostoli) in Stetin.[1])

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Reinfeld das Dorf Letzin mit 40 Hufen, befreit die Bewohner von allen Lasten und bezeugt, daß Berthold Düring alle seine Rechte auf das Dorf gegen Entschädigung an das Kloster abgetreten habe.

Ego Barnym dei gratia Stetinensis Pomeranorumque dux vniuersis sancte matris ecclesie filiis salutem. Uniuersa rerum negotia, que geruntur in tempore, ne sequantur naturam temporis, eternari debent sollicius (!) munimine litterarum. Notum ergo facimus tam presentibus quam futuris, quod nos de pleno coheredum nostrorum consensu et beneplacito donacionem dilecti cognati nostri domini Wartizlai ducis Dyminensis pie memorie factam in proprietatis iure quadraginta mansorum in villa que Lethsin dicitur, cenobio Reyneuelde cum omni iure, quo reliqua bona sua quiete possident, capitalis nec non et manualis omnino curauimus innouare nostris litteris confirmando. Nos vero diem messionis extreme misericordie operibus et sancte benedictionis misericorditer preuenire volentes cum omni iure et iurisdictione eorundem mansorum proprietatem terris videlicet cultis et incultis infra terminos quadraginta mansorum, areis, campis, pratis, pascuis, siluis, molendino et eiusdem molendini aquis et omnibus eorum attinentiis, deo et perpetue virgini genitricis(!) dei et monasterio Reyneuelde contulimus ad eorum vtilitatem quiete iure perpetuo possidere, ut eidem ecclesie et fratribus ibidem deo iugiter famulantibus de eisdem bonis libera sit ordinandi facultas, prout utile sibi iudicauerint expedire. Preterea volumus, ut predicte ville homines nulli quicquam debeant nisi tantum predictis fratribus, quoniam ipsos ab onere aduocacie, prout omnia sua quiete possident, vel eciam quocunque grauamine saluos et liberos in suo iure perpetuo permanere. Insuper necessarium et dignum memoria iudicauimus presenti scedule subponendum, quod dominus Bertoldus Thuringus miles noster predicte uille redditus quos habere videbatur, sepedicto cenobio cum omni iurisdictione eorum et attinentiis pro quadam summa pecunie in manus domini abbatis libere resignauit et absolute, iuri suo in eis renunciando. Testes igitur huius rei sunt dominus Hermannus camerarius in Reyneuelde, dominus Walderus monachus ibidem, frater Johannes de Draghe, Gozwinus conuersus magister in Monekehusen ceterique conuersi ibidem, milites dominus Bertoldus Thuringus, Hinricus et dominus Johannes filii sui, dominus Johannes Wlpis et dominus Friedericus, dominus Arnoldus de Sconeuelde. Actum anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo. Datum in Stetin cathedra sancti Petri apostoli. Ne autem super eo, quod a nobis tam rationabiliter factum est, in posterum a

[1]) Die Urkunde in vorliegender Form ist nicht das ursprüngliche Original. Auch hier gilt das zu Bd. II S. 142 Nr. 793 Gesagte vollständig.

successoribus nostris questio oriatur, damus presentem scedulam sigilli nostri munimine roboratam.

Siegel mit Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Allg. geistl. Urk. Nr. 13; ebendas. Diplomat. Reinfeld Nr. 7, Transs. vom 17. April 1540; Orig.-Transs. vom 17. April 1540 im Kopenhagener Archiv; Thorkelinsche Abschr. im Königl. Geh. Staats-Archiv zu Berlin; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1267) Nr. 5.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 511 Nr. 404.

831.

1267 Februar 24. (VI. kal. Marcii) in villa Sarnowe.

Herzog Barnim I. befreit das Dorf Wegezin, dessen Nutzungen zum Bau und zur Ausbesserung des Klosters Stolp bestimmt sind, von allen Lasten.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Libertates, quas principes ecclesiis in rebus et bonis earum conferunt et donant, oportet scripture testimonio sic roborari, quod processu temporis nec mutari valeant nec infringi. Igitur notum esse volumus tam presentibus quam posteris, quod nos dilectis nobis in Christo abbati et conuentui monasterii beati Johannis baptiste in Stolp super Penam fluuium siti et vniuersis successoribus eorum ac ipsi monasterio hanc graciam fecimus et prerogatiuam donauimus specialem, videlicet quod villa Weigosin, que ad structuram et ad reparationem ejusdem monasterii est deputata, libera sit et exempta ab omnibus exactionibus, talliis et seruiciis quibuslibet, vrbanis scilicet et rusticis, que nobis, aduocatis, bedellis, seu quibuslibet aliis officialibus nostris competere possent, ita ut coloni dicti monasterii aliique homines quilibet predictam villam inhabitantes sint a predictis omnibus liberi et exempti, nulli quicquam seruicii aut pensionis debentes nisi monasterio supradicto. Testes hujus rei sunt Conradus prepositus ecclesie Stetinensis, Hardolfus miles, item Godeco de Bugouiz, Reineco Hogeminne, Johannes de Parchem, ciues Tanklemenses, et alii quam plures fide digni, quorum hic non sunt subscripta nomina. In cujus rei testimonium et facti euidenciam pleniorem presens scriptum predictis abbati et conuentui dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum in villa Sarnowe et datum ibidem per manum Arnoldi curie nostre notarii anno domini M̊.CC̊.LXVII.[1]) VI. kal. Marcii.

Siegel mit Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Kloster Stolp Nr. 14ª.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 509 Nr. 402.

832.

1267 Februar 25. (in crastino beati Mathie apostoli).

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Dargun eine streitige Insel bei Caseburg.

Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in

---

[1]) Im Original verschrieben M̊.CCC̊.LXVII.

domino. Noueritis, quod, cum olim ante multa tempora donassemus dilectis nobis abbati et conuentui monasterii sancte Marie in Dargun villam Karsibor cum omnibus suis pertinentiis et terminis, pleno domini W. quondam ducis Diminensis bone memorie, consanguinei nostri, ad hoc accedente consensu et voluntate, postmodum dicto duce viam vniuerse carnis ingresso venit ad nos Bertoldus quondam schulthetus in Straceburch suggerens nobis, quod quedam insula iaceret aput villam Karsibor, que nobis vacaret et ad nostram pertineret liberam collacionem, non exprimens quod in terminis predicte ville Karsibor illa insula esset sita. Quam insulam ex sua suggestione nobis vacare c[r]edentes eidem iure porreximus feodali. Predicti vero abbas et conuentus dictum Bertoldum in possessione eiusdem insule fore percipientes ad nos cum priuilegio, quod ipsis super sepedicta villa et terminis eius dederamus, accesserunt ostendentes nobis manifeste ex tenore eiusdem priuilegii, ad suum monasterium illam insulam pertinere. Qvare percepta ueritate ad instanciam predicti abbatis et conuentus predictum Bertoldum fecimus mitti extra possessionem eiusdem insule, utpote cum ius porrigendi eam ad nos non pertineret. Nunc vero, ut dicitur, sepedictus Bertoldus predictis abbati et conuentui violenciam et iniuriam i(n)rrogare nititur racione insule memorate. Qvocirca signamus vniuersis presens scriptum inspecturis, quod idem Bertoldus in omnibus et per omnia iniuriatur abbati et conuentui premissis repetendo ab ipsis insulam memoratam; ipsi enim penitus inculpabiles sunt in hac parte erga ipsum. Et ideo quicunque ipsos aut bona eorum racione predicte insule leserit uel grauauerit, nos pro ipsis lesum reputabimus et grauatum. Datum anno domini M°.CC°.LXVII°. in crastino beati Mathie apostoli.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Großherz. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 320 Nr. 1111.

833.

1267 Februar 27. (III. kal. Marcii) in Nouo Claustro.

Herzog Barnim I. verleiht dem Kloster Neukloster sechs Mark jährlicher Hebung aus der Münze zu Demmin.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. Donationes principum, que robur perpetue firmitatis sortiri debent, sic expedit ut scripture testimonio muniantur, quatinus processu temporis per malignancium uersutiam nec mutari valeant nec infringi. Sane tam presentis quam futuri temporis nacionibus volumus esse notum, quod nos dilectis nobis in Christo preposito, priorisse totique conuentui monasterii sancte Marie virginis in Nouo Claustro, Cysterciensis ordinis, Zwerinensis dyocesis, et omnibus sequacibus eorum ac ipsi monasterio donauimus pro nostrorum remissione peccaminum ac eterni regis gracia facilius impetranda sex marcas denariorum annis in moneta ciuitatis nostre Demin percipiendas singulis et titulo proprietatis perpetuis temporibus feliciter possidendas. Huius nostre donacionis testes sunt Conradus prepositus ecclesie Stetinensis, Heinricus dictus de Calowe canonicus Gustrowensis, Johannes dictus de Parchem canonicus Stetinensis, clerici; item Johannes de Penz, Gobelo quondam noster marscalcus, Albertus, milites; item Johannes

Pridole, Thomas camerarius, Euerardus de Coldembeke, famuli nostri, et alii quam plures fide digni, quorum hic nomina non sunt subscripta. In cuius rei testimonium et facti euidenciam pleniorem presens scriptum eisdem preposito, priorisse et conuentui dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum in Nouo Claustro et datum ibidem per manum Arnoldi curie nostre notarii anno domini M°C°CLXVII, III°. kal. Marcii.

Siegel an weißleinener und rothseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Mekl. Urkunden II S. 37 Nr. 20; Mekl. Urk.-Buch II S. 321 Nr. 1112.

834.

1267 März 10. (VI°. ydus Marcii) Dymin.

Herzog Barnims I. General-Confirmation für das Kloster Verchen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis inperpetuum. Quanto malignorum insultibus contra uitam religiosam tenentes uia est promptior ad nocendum, tanto maiori cura et sollicitudine eis oportet preuideri, quatinus paci (!) et tranquillitate debita gaudentes diuinis laudibus ualeant liberius insistere et pro se suisque benefactoribus nec non uniuersitate fidelium inplorare clementiam saluatoris. Sane notum esse volumus tam presentis quam futuri temporis nationibus, quod nos dilectorum nobis in Christo prepositi, priorisse tociusque conuentus monasterii gloriose virginis Marie sanctique Johannis apostoli et ewangeliste insule sancte Marie apud Virchen paci et tranquillitati perpetue consulere cupientes donauimus eis et eorum sequacibus vniuersis pro remissione nostrorum peccaminum ac eterni regis gratia facilius impetranda uniuersa bona a dilecto consanguineo nostro domino Wartizlao quondam duce Dyminensi pie memorie eis cum omni iure donata, et ea ipsis iuxta tenorem priuilegiorum suorum presentis scripti serie duximus confirmanda ad hoc ut robur firmitatis perpetue sorciantur. Donauimus insuper predictis preposito priorisse et conuentui, sicut et idem consanguineus noster eis donauerat, integritatem aduocatie in omnibus villis et bonis eorum tam a dicto consanguineo nostro quam a nobis eis perpetuo donatis, ita uidelicet ut ipsi per aduocatum suum, quem adhuc statuerint uel elegerint, iudicent et iudicari faciant omnes causas, que in bonis eorum orte fuerint et acciderint siue sint minores siue maiores, utpote que in manum uel in collum se extendunt et generaliter omnes causas, quo[modo]cunque[1]) eciam nominentur, et rixas et contentiones in bonis suis predictis per aduocatum suum integraliter iudicabunt, et quicquit de predicti aduocatia et iudicio prouenerit, hoc integraliter cedet monasterio et conuentui supradictis; nichil enim iuris nobis, aduocatis aut officialibus nostris quibuslibet in predicta aduocatia penitus reseruamus. Aduocati insuper et alii officiales nostri nullam habebunt auctoritatem penitus in bonis predictis monasterii, ita ut nec per inuadiationem nec per molestationem aliam quamlibet homines in bonis predictis manentes grauare presumant uel in aliquo molestare. Et hec omnia eis donauimus titulo proprietatis perpetuis temporibus feliciter possidenda. Testes huius rei sunt Conradus

[1]) Die Original-Matrikel hat quocunque.

prepositus ecclesie Stetinensis, Berhardus Mel, Hinricus de Wodenswegen, Johannes de Penz, Gobolo quondam noster marscalcus, Widikindus de Walsleue, Reybernus de Wa[c]holte[1]), Johannes de Gramesowe, Johannes de Erteneborg, Bur[c]hardus de Kalant, Johannes et Fredericus dicti Uulpes et alii fidedigni, quorum hic non sunt nomina subarrata. Ut autem hec omnia firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseuerent, presens scriptum inde confectum eis dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Dymin per manum Arnoldi curie nostre notarii anno domini M̊.CC̊.LXV̊II. V̊I. ydus Marcii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Berchener Original-Matrikel fol. 9; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Berchener Matrikel S. 10.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 510 Nr. 403.

835.

1267 März 12. (die Gregorii) in Dimin.

Burchard von Kahlden und seine Gemahlin Gisela bezeugen, daß sie ihren Besitz im Dorfe Janow vom Kloster Stolp zu Lehen haben und derselbe nach ihrem Tode an das Kloster zurückfallen soll.

Borchardus miles dictus de Kalent et Ghisla vxor ejus omnibus hoc scriptum uisuris in perpetuum. Quoniam bona, que simul habemus in villa Janowe jure feodali a Stolpensi ecclesia et non ab alio possidemus, nec ea uolumus eidem ecclesie per nos uel per nostros heredes in posterum aliquatinus alienari, ideo libera et communi uoluntate concedimus et uolumus, ut cum unus e nostris per mortem ab altero fuerit separatus, alter superuiuens de predictis bonis se nullatenus intromittat, sed sine intermissione ad prefatam ecclesiam Stolpensem integraliter reuertantur. Nos autem fraternitatis et orationum dominorum et fratrum ibidem deo seruientium perpetualiter participes erimus et communes. Vt autem hec rata maneant et inconuulsa, presens scriptum super eo dedimus sigillo domini Lippoldi militis patris mei B. pariter presentibus fratribus nostris fideliter roboratum. Hujus rei testes sunt hii: dominus Bauo abbas Vznamensis, dominus Kristianus plebanus Tanchlimensis, dominus Heinricus plebanus in Cytin, Scoweuotus, Tammo, Rodolfus de Nienkerke, milites, et alii uiri multi. Datum in Dimin die Gregorii anno domini M̊.CC̊.LX̊V̊II̊.

Das Siegel des Ritters Lippold von Kahlden, Vaters des Ausstellers, ist abgefallen, die Siegelschnur aus leinenen Fäden noch vorhanden.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Kloster Stolp Nr. 15.

Auf der Rückseite steht von einer Hand des 15. Jahrhunderts: Littera feodalis super Janow cum reuersione und daneben von einer späteren Hand: Villa Janow data est pro dimidia villa Kryn. Wohl in Folge dieser Weggabe ist die Urkunde durch einen Einschnitt cassirt.

836.

1267 März 14. (pridie idus Marcii) in villa Tvtin.

Herzog Barnim I. vermittelt einen Vergleich zwischen Werner und Heinrich von Loitz und der Stadt Greifswald über die Zollfreiheit der Greifswalder zu Loitz.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in

[1]) Die Original-Matrikel schreibt Washolte.

domino. Ea que inter homines in tempore ordinantur et fiunt, de facili obliuionis et erroris notam incurrerent, nisi uoce testium uel scripture memoria firmarentur. Igitur notum esse volumus tam presentis quam futuri temporis nationibus, quod cum inter strennuos milites dilectos ac nobis fideles Wernerum et Heinricum dominos de Losiz ex vna et dilectos burgenses nostros de Gripeswalde ex parte alia super theloneo, quod dicti milites a predictis burgensibus recipiebant in opido Losiz, quedam esset mota discordia et exorta, et ipsi super eodem theloneo inter se non possent medium uel concordiam ordinare, tandem prouidencia et ordinacione nostra mediante inter ipsos concordatum exstitit in hunc modum, videlicet quod predicti milites Wernerus et Heinricus, domini de Losiz, coram nobis et militibus nostris predictos burgenses nostros de Gripeswalde a solucione tocius thelonei, quod ab ipsis recipere solebant in opido Losiz et ante ipsum opidum, dimiserunt ad instanciam nostram perpetuis temporibus liberos et solutos, ita siquidem ut omnes burgenses in dicta ciuitate Gripeswalde manentes aut ipsam ciuitatem recepto conciuio infra annum et diem ad manendum intrare volentes, in opido Losiz et ante ipsum opidum per aquam et per terram transitum facientes a solucione cuiuslibet thelonei sint liberi perpetuis temporibus et soluti. Sed et sepedicti burgenses de Gripeswalde predictos duos milites Wernerum scilicet et Heinricum in presencia nostra et militum nostrorum a pecunia et rebus aliis, quas ab eisdem burgensibus nomine thelonei in opido Losiz usque ad presens tempus receperant, dimiserunt liberos penitus et solutos, ita ut nec ipsi burgenses nec eorum successores predictos milites aut heredes eorum super pecunia et rebus predictis molestare debeant in aliquo uel grauare. Testes huius rei sunt Conradus prepositus de Stetin, Heinricus Vrsus, Johannes de Scolentin, Willekinus Stolteuot, Arnoldus de Vizen, Johannes Romelo, Johannes de Gramezowe, Gobelo quondam marscalcus, Adam de Chozcowe, milites nostri. In cuius rei validum testimonium et facti euidenciam pleniorem presens scriptum de utriusque partis consensu conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum in villa Tvtin et datum ibidem per manum Arnoldi, curie nostre notarii, anno domini M°.CC°.LXVII°. pridie idus Marcii.

Siegel an gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 16.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibliothek III S. 410; Dähnert, Sammlung Suppl. IV S. 106; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 88 Nr. 58; Fabricius III S. 93.

837.

1267 März 17. (XVI. kal. Aprilis) Colberge.

Hermann, Bischof zu Camin, befreit je ein Schiff des Convents zu Oliva und des zu Sarnowitz vom Zolle zu Colberg.

Her. dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus hanc litteram uisuris salutem in eo, qui est omnium uera salus. Religiosam uitam eligentibus nostrum adesse conuenit subsidium, ne propter defectum temporalium a sancte sue religionis preposito deuient et recedant. Sane cum dilecti in Christo dominus . . abbas et conuentus in Oliua nauim unam et conuentus sanctimonialium in Sarnowitz una nauim pro necessitate monasteriorum suorum

ad opidum nostrum Colberge singulis mittant annis, decreuimus ipsis graciam impendere specialem, ita quod predicte naves eundo et redeundo a solucione telonii maneant libere et solute, super quo facto presentem litteram nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum Colberge anno domini M°.CC°.LX°VII. XVI. kal. Aprilis.

Siegel an dem aus der Urkunde geschnittenen Pergamentstreifen anhängend.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Königsberg s. r. Schiebl. LV. Nr. 33.

Gedruckt in v. Ledebur, Neues allgem. Archiv II S. 217.

838.

1267 März 21. (Benedicti abbatis) Griphesvolde.

Werner und Heinrich von Loitz befreien die Greifswalder von jeglichem Zoll zu Loitz, wogegen diese auf Rückgabe der widerrechtlich gezahlten Zölle verzichten.

Wernerus dei gratia necnon et frater suus Heinricus, milites strennui, domini terre Lozis, omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Qvoniam generis humani memoria labilis est cursusque temporis variabilis ac etiam ea, que per mortales fiunt, obliuioni sepius traduntur, necesse est ea aliqua solliditate scripturarum perhennari, ne inmemorie tradantur. Hinc est igitur, quod vniuersitatem tam presentium quam futurorum scire volumus, quod ob instinctu venerabilis ducis Dyminensis et tocius Sclauie domini nostri Barnim et amicorum nostrorum suggestione omnis controuersia et discordia, que habebatur inter nos et burgenses Gripheswold super thelonio nobis exsoluendo bono fine et debito est determinata, ita videlicet vt omnes burgenses ipsius ciuitatis Gripheswold tam in aquis, quam in terris per totum dominium nostrum liberos ab omni thelonio nos et successores nostri in perpetuum judicamus et esse liberos protestamur et solutos, verum etiam hoc scire debetis, quod si aliqui receperint conciuium ipsorundem burgensium et ciuitatem intrare infra annum et diem ad manendum voluerint, liberi sunt a thelonio et soluti. Hoc quoque maxime sciendum est, quod pro pecunia et aliis rebus, quas nomine thelonii ab sepedictis burgensibus indebite, sicuti asserebant, receperamus, ipsi burgenses et successores eorum liberos reddiderunt in perpetuum nos et heredes nostros et solutos, ita sane, ut nec ipsi burgenses et eorum successores pro tali pecunia nos et nostros amplius grauare debeant aut molestare. Ne igitur in posterum dubitatio super scriptum presens possit oriri, nomina testium discretorum virorum fecimus inscribi, qvorum nomina sunt Conradus, prepositus Stetinensis, Heinricus Vrsus, Johannes Scolentin, Willekinus Stolteuůt, Gobele marscalcus, Hermannus de Wisen et Arnoldus frater suus, Johannes Romele et Adam de Guzcove, consilium vero integrum predicte ciuitatis. In cuius rei factum confirmandum presens scriptum sygilly nostri munimine fecimus roborari. Datum Griphesvolde anno M̊.C̊C̊.LX̊VI̊I. Benedicti abatis. Omnes subditi nostri liberi sunt a thelonio in perpetuum. [1])

Siegel von der gelb- und rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Biblioth. III S. 409; Dähnert, Sammlung Suppl. IV S. 105; Stavenhagen, Beschreibung der Stadt Anklam S. 363 Nr. 48 Auszug; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 90 Nr. 59; Fabricius III Nr. 94.

[1]) Der letzte Satz von „omnes" ab ist später hinzugefügt.

839.

1267 März 27. (in dominica Letare Jherusalem) in paruo Sztolp.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Usedom das Dorf Sellin mit allem Zubehör und der Fischerei bis zum Strummin.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus presens scriptum intuentibus in perpetuum. Quoniam tempus labitur et rerum gestarum memoria per vetustatem labitur et transit in obliuionem, consonum est rationi, quatenus gesta principum ac virorum discretorum litteris ac sigillis nec non testibus perhennentur. Hinc est quod scire uolumus uniuersos tam presentes quam futuros, quod nos de mera liberalitate, diuina volente potentia, de consensu heredum nostrorum ecclesie sancte Marie sanctique Godehardi in Usnam contulimus liberaliter villam Zelenin sitam in territorio Vsznomensi cum omni iure, sicut cetera eorum a nobis tenent bona, cum agris cultis et incultis, siluis, nemoribus, pratis, pascuis, vsuagiis, piscationibus et aquis, que extendunt limites suos uersus occidentem usque ad riuulum Strumin, qui fluit de mari recenti usque ad mare salsum, nichil nobis in ea uilla proprietatis per omnia reseruantes. Testes huius facti sunt dominus Wiardus abbas de Belboch, dominus Conradus prepositus Stetinensis, Heinricus de Calow capellanus curie nostre, milites Johannes de Mekelingheborch, Johannes de Chrisztowe, Biszprauus, Gneumarus, Willekinus Stolteuoth, Johannes Scolentin et alii quam plures. Ne igitur alicui dubium super eo uideatur oriri, presens scriptum sigilli nostri munimine dignum duximus roborari. Datum in paruo Sztolp per manum Heinrici de Calowe anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo sexagesimo septimo in dominica Letare Jherusalem.

An einer Hanfschnur das Siegel Herzog Barnims anhängend.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 28; Pudaglaer Matr. (p. 77) fol. 21 (XVII. B); Transs. vom 13. Juni 1317 fol. 33^{v} (XXIX. E); Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempßens Extract fol. 110.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 508 Nr. 401; Fabricius IV Regeste 137^{b}; Meklenb. Urk.-Buch II S. 324 Nr. 1117.

840.

1267 Mai 15. (in dominica Cantate) in Vkermund.

Herzog Barnims I. General-Confirmation für das Kloster Usedom.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux Slauorum, omnibus in perpetuum. Veneranda antiquorum predecessorum nostrorum reuerentia, que altisanguinis linea et non modica pietatis largitate sublimis, ecclesiarum sublimitatibus ac earum facultatibus nec non proprietatibus audacter et efficaciter elargiri ad tante pietatis augmentum nos inuitat et de prosapia nobilitatis inducit, ut eorum vestigiis inherentes tantis beneficiorum sequamur obsequiis, ut transeamus de uirtute in uirtutem, et uideatur deus deorum in Syon. Hinc inde propter defectum humane conditionis secus decursus aquarum facta principum et uirorum magnorum transeunt in obliuionem et rediguntur in defectum memorie propter ineuitabilem corporis et anime

decisionem et ueluti umbra rapitur et tanquam folium quod a uento dissipatur euanescit, dignum duximus, ut memores paternarum traditionum in usibus ecclesiarum et earum profectibus merito operam pietatis debeamus exercere. Quare notum esse volumus universis ac singulis, quod cum speciali reuerencia et dilectione monasterium Grob ordinis sancti Augustini situm in terra et in opido Vsznam fabricatum et constructum in honore gloriose uirginis et matris Marie sanctique Godehardi confessoris ampliori forma dilectionis et uirtutis uertimus in salutem promotionem et rerum tranquillitatem, sperantes ipsius incrementum per nos et successores nostros feliciter adaugeri. Visis igitur et diligenter perspectis et uirorum discretorum consilio examinatis priuilegiis eiusdem monasterii, dignum duximus, ut tam sollempni monasterio ac canonicis ibi domino famulantibus per remedium subuentionis discrete subueniatur et pie, quatenus propter metum timoris incendii furti discordie siue alicuius destrvctionis iacturam incurrere possit uel fallax fallacie detrimentum. Tenore ergo presentium litterarum recognoscimus, quod uisis instrumentis ac priuilegiis predecessorum nostrorum sepedicto monasterio collata taliter scripta inuenimus atque efficaci memorie commendata, non abolita non cancellata nec aliqua parte sui uiciata, in quibus nomina uillarum ac bonorum et prouentuum iam dicti monasterii que in presenti littera conscribimus et confirmamus, adicientes preterea, quod sicut predecessores nostri nichil iuris sibi retinentes in agris cultis et incultis, siluis, pascuis et usuagiis, pratis, riuulis, stagnis, piscationibus et aliis attinentibus feliciter obtulerunt. Dedit enim primus patrum nostrorum receptor fidei christiane Ratiborus ipsum locum claustri et uillam Grob cum agris et appendiciis suis et uillam Sikerin. Item Bugoszlauus auus noster contulit eidem Zelechoa et Teplina, in Colberg duas domos ad sex sartagines salis et duas villas Poblote et Szuelube, et theloneum de ponte et ante ipsum pontem tabernam, et uillam Bresiz cum suis appendiciis et clausuras piscium. Super riuum Ribenitz uillam et locum molendini, uillam Watekowe cum suis appendiciis et clausuram piscium in hostio lacus quo intratur uersus castrum Vsznam et libertatem trahendi retia in quocunque loco uoluerint uidelicet in Warpna et in Liutenza. Item Anastasia cum filio suo Bugoszlauo dedit partem prouincie Wanszlowe que Lipa dicitur integraliter totam, uillas et agros prata et arbusta, loca plana et aspera et uniuersa que in eis iuris eorum fuerint. Bugoszlauus et Kazimarus uillam Chyzin cum fluuio et toto stagno Clestnitza. In Gardis ducissa Diminensis uillam Jarognew cum fluuio in territorio Gotzcowensi. Nos igitur Barnim dei gratia dux Slauorum dedimus eidem ecclesie partem, que nos contingit de duobus stagnis in Liutenza, item uillam Jalendin, Nepermin, Stzobno, Salentin, Poretze de consensu Wartizlaui consanguinei nostri ducis Diminensis. Contulimus preterea dicte ecclesie ius patronatus ecclesiarum sancti Pauli in Vsznam et sancti Petri in Benz, cum uilla Paulzin ecclesie sancti Pauli adherente, ius patronatus uille Benz cum campo adiacente Cerezowe, cum pratis pascuis aquis et omni iure, uillam Bussino cum decima, uillam Stzruga, uillam Banzino cum omni iure, in uilla Camic sex mansos, uillam Catzecow et campum adiacentem Nieratecowe cum decimis et omni iure, uillam Roscentin sine decima, uillam Liubums cum decima dimidia, uillam Redessow cum decima, uillam Redomi cum decima, uillam Liutebug, uillam Zelenin, uillam Louitz, tabernam in Lipa, fluuium Reziza cum stagno Vilemniza, integram piscationem uille Grob, ecclesiam in Vkermunde, uillam Sosniza cum ecclesia in Warpna, quam Mirozlaua mater nostra contulit ecclesie pretaxate. Hec et omnia a gloriosis principibus attauis et auis ac nostris progenitoribus collata in uillis, in agris cultis et incultis, siluis, pratis, usuagiis, aquis, piscationibus et terminis ecclesie cum omni iure collata confirmamus et conferimus perpetuo possidenda, mandantes sub obtentu gratie nostre et rogantes sub examine districti iudicii, ne quis huic confirmationi et

collationi ausu temerario audeat contraire. Testes sunt Wiardus abbas Belbocensis, Rodolfus abbas Stolpensis, Conradus prepositus Stetinensis, milites Bork, Kazimarus, Hinricus Ursus, Hinricus Munt, Hinricus Lukere, Tammo, Gobelo, Dobromarus et Michael Coniquitz et alii quam plures. Data in Vkermund per manum Hinrici de Calow anno gratie M.CC.LXVII. in dominica Cantate, ministrante domino Bauone abbate in Grob et Magno priore procurante prioratum ibidem. In nomine domini amen.

Siegel nebst Schnur nicht mehr vorhanden.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 30; Pudaglaer Matrikel (p. 80) fol. 21ʳ (XVII. C); Transf. vom 13. Juni 1317 fol. 34 (XXX. D).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 513 Nr. 406; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 85 Nr. 56.

841.

1267 Mai 20. (XIII. kalendas Junii) in Vkeremunde.

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Usedom das Dorf Lowitz auf Usedom, welches Vitoslaus de Byaldedamb demselben für 50 Mark verkauft hat, frei von allen Lasten.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux Stettinensis omnibus hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam antiquitas mater est obliuionis, obliuio uero lumen ueritatis penitus eneruare consueuit, necesse est ut facta mortalium, que pietatis studio aguntur scriptis commendentur et bonorum testimoniis roborentur. Nouerint igitur tam presentes quam postere nationes, quod nos dilecto nobis domino Bauoni abbati et conuentui in Grobe ac omnibus successoribus eorum uillam que uocatur Louitsz sitam in territorio Vzsnomensi cum agris cultis et incultis, nemoribus, siluis, pratis, pascuis, piscationibus, vsuagiis et suis limitibus, secundum quod ijdem limites se antiquitus extenderunt, titulo proprietatis donauimus perpetuo possidendam, quam Bauo abbas et canonici dicti monasterii a Vitoszlauo dicto de Byaldedamb et suis heredibus, qui eam a nobis in feodum tenebant, pro quinquaginta marcis denariorum emptionis titulo compararunt. Huius autem emptionis et donationis factum nos approbantes et ratum habentes, quicquid iuris in eadem uilla uidebamur habere, pro remedio animarum nostrarum et progenitorum nostrorum dictis fratribus domino famulantibus liberam ex omni exactione iniusta cum omni iure contulimus possidendam. Acta sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo sexagesimo septimo. Vt autem hec emptio et donatio firma et inconuulsa iugiter permaneat, dicto monasterio conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Testes huius facti sunt dominus Wiardus abbas Belbochcensis, Conradus prepositus de Creuese capellanus domine, Hinricus Munt, Gobelo marschalcus, Johannes Romele, camerarius de Hildensem, Hinricus Lukere, milites, Dobromarus Coniquitz et Michael frater eius et alii quam plures fidedigni[1]). Datum in Vkeremunde XIII. kalendas Junii per manum Henrici de Calowe capellani nostri.

Siegel nebst Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 29; Original-Transf. vom 13. Juni 1317 desgl. Nr. 80; Pudaglaer Matrikel (p. 149) fol. 35ʳ (XXXI. B); Transf. vom 13. Juni 1317 fol. 34ʳ (XXX. G) Klempzens Extract fol. 114.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 515 Nr. 407.

[1]) Die Zeugen sind mit anderer Tinte hinzugefügt.

842.

1267 Mai 31. (pridie kalendas Junii).

Die Rathmannen zu Triebsees bezeugen, daß sie mit den Rathmannen zu Stralsund über die gegenseitige Gültigkeit von Zeugnissen der Bürger in beiden Städten einen Vertrag geschlossen haben.

Honestis viris et discretis vniuersis presens scriptum audituris consules ciuitatis Tribeizes perhennem cum omni instancia seruitutem. Quum diffinitum est a sapientibus et decretum firmiter, quod videlicet vtile sit et bonum, quod communes ciuitates adinuicem possint iugiter protestari, noverit igitur vestra discrecio, quod nos ex deliberato discretorum nostrorum consilio ad commune bonum intendentes taliter sumus concordes facti cum honorandis viris dominis consulibus in Stralessund, quod ipsi et ipsorum conciues poterunt testari in nostra ciuitate super qualibet causa secundum ciuitatum nostrarum iura hucusque habita et probata. Si uero postmodum, casu aliquo contingente, necessarium duxerimus testimonium deferre, uel nos uel nostri conciues, ad ipsos iam prefatos consules in Stralessunt possumus nostro testimonio simili modo in qualibet causarum specie de protestatis singulis procedere nec non effectum nostre protestacionis inviolabiliter adipisci. Cum ergo ex consensu vtriusque consilii, eorum scilicet et nostri, memoratum arbitrium testimonii sit conpertum, decreuimus ad huius facti perpetuitatem singula que dicta sunt et a sapiencioribus excogitata vtroque sigillo, ipsorum et nostro, diligencius roborare. Acta sunt hec anno domini MCCLXVII pridie kalendas Junii.

Zwei Siegel an Pergamentstreifen anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 95.

843.

1267 Juni 13. (feria secunda ante festum Viti et Modesti proxima) Stetin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Bukow das Dorf Görke.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Cristi fidelibus in perpetuum. Cum propter humane labilitatem memorie res vna cum suo statu et ordine plerumque transeant in obliuionem, oportunum judicamus, vt ea, que robur perpetue firmitatis sortiri debent, scripture testimonio sic roborentur, vt in eis in posterum versutia locum non inueniat malignandi. Igitur notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos pro nostris nostrorumque progenitorum delendis peccaminibus ac pro impetranda facilius gratia regis eterni donauimus nobis dilectis in Cristo abbati et conuentui monasterii gloriose virginis Marie in Bucowe Cisterciensis ordinis et omnibus successoribus eorum ac ipsi monasterio villam Guriza cum siluis, pratis, pascuis, stagnis, riuis, piscariis, agris, nemoribus, vsuagiis, cultis pariter et incultis, prout hec omnia intra terminos ejusdem ville continentur cum omni jure proprietatis titulo perpetuis temporibus cum ipsius ville proprietate feliciter possidendam. Hujus nostre donationis testes sunt Conradus prepositus Stetinensis, Borcho, Bispraus, Johannes Kule, Pribeslaus et Dobislaus filii Prisnibori,

milites, item Swantus, Meleboritz, Nicolaus Mortkule, Tubemarus, Buzeraceus et alii quam plures fidedigni, quorum hic non [sunt] nomina subnotata. Vt autem omnia firma et inconuulsa perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruentur, presens scriptum eisdem abbati et conuentui dari jussimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Stetin per manum Arnoldi curie nostre notarii anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo feria secunda ante festum Viti et Modesti proxima.

Bibliothe. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel (Loeper Msc. 222) S. 67.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 512 Nr. 405.

844.

1267 Juni 24. (octauo kal. Junii (!) in die Johannis baptiste) in Rozstoch.

Das Kloster Dargun verkauft an Arnold Kopmann, Bürger zu Rostock, ein Salzhaus zu Sülz, unter Vorbehalt der Lieferung von 1/8 Last Salz monatlich an das Kloster Dargun und einer Last jährlich an das Kloster Bergen auf Rügen.

Uniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis H. miseratione diuina abbas in Dargun cum deuotis orationibus eternam in domino salutem. Ne gestarum rerum memoria processu temporis euanescat aut pereat, discretorum virorum solet etas per testes uel per litteras eternare. Ad cautelam ergo futuri temporis notum fieri volumus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod Arnoldus dictus cognomento Copman, ciuis in Rozstoch, sibi suisque successoribus vnam domum salinariam in salina iuxta Marlov sitam a nobis pro decem marcis comparauit, hereditario iure possidendam perpetuo, tali nichillominus interposita caucione, vt idem Copman in perpetuum singulis mensibus quatuor punt salis ecclesie nostre Dargun de predicta domo et ecclesie monialium in Ruya, que Mons dicitur, vnum last salis singulis annis soluere teneatur. Quicquid vero in predicta salina processu temporis in sartaginibus vel in puteis vel in domo vel quocunque modo fuerit instaurandum, sine diminutione nostri census, tam in exactionibus quam in aliis causis, si extorse fuerint idem supradictus Copman sine aliquo nostro grauamine propriis expensis et laboribus instaurabit. Ne autem in hoc facto nostro memorabili quemquam dubietatis scrupulus circumuoluat, presentem paginam super eo conscribi fecimus cum sigilli nostri apensione ac venerabilium consulum in Sulta sigilli munimine fecimus conmuniri. Testes huius actionis sunt hii, videlicet dominus Wernerus abbas in Doberan, Segebodo eiusdem loci cellerarius, Bernardus de Cropelin, ciuis in Rozstoch, Heinricus de Ceruo, Reynwardus de Molendino, Heinricus Sapiens, ciues ibidem. Datum in Rozstoch, anno domini M̊.CC̊.LX̊.VII̊, octauo kal. Junii (!) in die Johannis baptiste.

Das Dargunsche Siegel an weißleinenen Fäden anhängend, das Siegel der Stadt Sülz abgefallen.

Original im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Mekl. Urkunden I S. 141 Nr. 33; Mekl. Jahrb. XI S. 275 Nr. 33; Fabricius III Regeste 139; Mekl. Urk.-Buch II S. 332 Nr. 1124.

845.

1267 Juli 17. (XVI. kal. Augusti) Rozstokii.

Waldemar, Herr zu Rostock, befreit die Lübecker in allen seinen Landen von Zöllen und Abgaben, sowie vom Strandrechte.

— Huius rei testes sunt nobilis dominus Wrzlauus princeps Ruianorum; milites dominus Gutanus —. Datum Rozstokii anno domini M.CC.LX.VII XVI. kal. Augusti.

Original auf der Trese zu Lübeck.

Gedruckt bei Ungenaden, Amoenit. S. 752; Dreyer, Jus naufr. S. 202; Rostocker Etwas, 1741, S. 518; Landesfürst in Rostock Urk. Nr. 6; Lübecker Urk.-Buch I S. 285 Nr. 299; Fabricius III Regeste 140; Mekl. Urk.-Buch II S. 333 Nr. 1125.

846.

1267 Juli 21. (die beate Praxedis uirginis) aput oppidum Dammae Gorae.

Fürst Wizlaw II. schenkt dem Kloster Eldena eine Salzstelle am Flusse Ryck sowie das Dorf Henneckenhagen, welches Johannes Kabold unrechtmäßig eine Zeit lang besessen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Wiscezlauus dei gratia Ruianorum princeps tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis in domino salutem. Virorum illustrium veneranda consuetudine laudabilibusque instructi exemplis queque digna memorie litterarum monimentis annotare ad omnipotentis dei laudem et honorem, qui auctor est pacis et amator veritatis et ad iniquorum hominum versutias refellendas et fraudes prauitatis dyabolice propellendas in huius carte sinu recondere dignum duximus et cunctos eam inspecturos scire volumus, quod fratribus nostris in Hyldensi ecclesia ordinis Cysterciensis, diuino obsequio mancipatis, eterne remuneracionis intuitu et pro remedio anime nostre parentumque nostrorum perpetua salute a flumine Hylde locum salis cum omnibus attinentiis, villas etiam iam edificatas siue in futurum edificandas, terras insuper ac siluas, prata, pascua, aquas, piscaturas et res alias ad claustri possessionem pertinentes, que in nostro dominio continentur, ab omni iure, exactione et aduocatia nostre iurisdictionis liberas Hyldensi ecclesie perpetuo deputamus et presentis scripti testimonio confirmamus, hoc tamen interposito, quod in memorata salina medietas salis nobis et heredibus nostris et preterea iudicium aduocatie in ipso loco tantum integrum remaneat reseruatum. Specialiter autem uillam que Hennichenhaghen dicitur infra terminos abbatie positam, quam Johannes dictus Cabold miles et heredes sui per uiolentiam aliquandiu contra monasterium detinuerunt, nos autem audita super hoc querimonia abbatis et fratrum et cognito, quod iustam fouerent causam, restituimus ipsam monasterio, quoad totum ius integrale possessionis uidelicet et proprietatis cum terminis adiacentibus, a riuulo scilicet Lestniz, ubi in mare influit, et per ascensum ipsius riuuli usque in Dambroch, assignamus possidendam perpetua libertate. Testes autem huius facti sunt hii: Jaromarus frater noster, dominus Alexander abbas Noui Campi, dominus Wernerus de Losiz, dominus Johannes de Crizstow, dominus Borante et frater suus dominus Zstoizlauus, dominus Cottanus, dominus Eggardus de Decow, milites, dominus Arnoldus capellanus noster, dominus Heinricus plebanus de Tribuses et alii quam plures clerici ac laici.

Actum aput oppidum Dammae Gorae per manum supradicti domini Arnoldi capellani nostre curie anno domini M.CC.LX.VII. die beate Praxedis virginis.

Siegel von der Hanfschnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 29; Bibliotb. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1267) Nr. 6; Klempzens Extract fol. 88v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 520 Nr. 411; Fabricius III Nr. 96.

847.

1267 August 15. (XVIII. kalendas Septembris) Vznam.[1])

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Usedom die Hälfte des Fischwehrs in der Mündung des Usedomer Sees, Kele genannt.

Barnim dei gratia dux Slauorum et Cassubie omnibus in perpetuum. Donationes principum que robur perpetue firmitatis sortiri debent, consueuerunt scriptis autenticis sic muniri, ut in eis posterorum versutia locum non inueniat malignandi. Igitur notum esse uolumus tam presentibus quam posteris, quod nos honorabilibus viris et in Christo nobis dilectis abbati et conuentui monasterii sancte Marie sanctique Godehardi in Vznam ac successoribus eorum vniuersis et ipsi monasterio contulimus et donauimus pro nostris delendis peccaminibus ac eterni regis gratia impetranda medietatem clausure site in hostio lacus, per quem itur de recenti mari uersus Vznam, quod ostium in wlgari Zrield appellatur, titulo proprietatis perpetuis temporibus feliciter possidendam, reliqua medietate nostris usibus specialiter reseruata, ita tamen quod ad structuram eiusdem clausure et ad reedificationem dicti abbas et conuentus medietatem expensarum et nos medietatem aliam faciemus. Testes huius nostre donationis sunt hii: clerici dominus Conradus quondam prepositus in Creuese, Hinricus dictus de Calow capellanus noster, Hinricus plebanus de Rosendal; layci uero isti: Gherardus dictus Lepel, Hinricus dictus Lukere, Richardus, Liudeco de Lassan, Johannes Romele, Gherardus Bunnink et alii quam plures fidedigni, quorum hic nomina non sunt subscripta. Vt autem prefata donatio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseuerent (!), presens scriptum inde confectum sepedictis abbati et conuentui dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum Vznam et datum ibidem per manum Arnoldi curie nostre notarii anno domini M.CC.L.XVII. XVIII. kalendas Septembris.

Original-Transf. vom 13. Juni 1317 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 79; Pudaglaer Matrikel (p. 111) fol. 28 (XXIIII. A).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 516 Nr. 408.

848.

1267 August 16. (in crastino assumptionis beate Marie virginis) in viridario curie nostre Stetin.

Ulrich, Abt zu Michelsberg bei Bamberg, belehnt Gobelo, Bürger zu Stettin, und dessen rechte Erben mit fünf Hufen zu Mandelkow.

In nomine domini amen. Quoniam obliuio inimica memorie sua rubigine res gestas

[1]) Ueber diese Urkunde vergl. Bd. I S. 338. 339.

sub tempore delet pariter et obfuscat, ideo ea que digna sunt memoria debent litterarum studio perhennari. Nos igitur Vlricus dei gratia abbas monasterii sancti Michaelis in Babenberc ordinis beati Benedicti constare volumus vniversis presentium inspectoribus et auditoribus eorumdem, quod nos Wezelo civi Stetinensi et eius heredibus fidelibus nostris vtriusque sexus iure pheodali contulimus quinque mansos sitos in villa Mandelchowe cum omni iure perceptionis inde provenientis. Et ne aliqua exinde sinistra questio oriri valeat a nobis aut nostris successoribus aut alio quolibet inimico homine, presentem collationem rite factam sigilli nostri duximus munimine roborandam. Acta sunt hec anno domini MCCLXVII in crastino assumptionis beate Marie virginis in viridario curie nostre Stetin presentibus et ad hoc vocatis testibus Degenone priore loci eiusdem, Herbordo et Gotfrido sacerdotibus, Hermanno et Eberhardo diaconibus(!) confratribus nostris, Heinrico prefecto, Theoderico monetario, Friderico Albo, Richberto dicto Forti et aliis quam pluribus.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatarium familiae Wussow. Nr. 2.

849.

1267 August 16. (in crastino assumptionis Marie virginis) in viridario curie nostre Stetin.

Ulrich, Abt zu Michelsberg bei Bamberg, giebt Wessel, Bürger zu Stettin, seinen Kindern, mündigen und unmündigen, und allen seinen Erben sieben Hufen im Dorfe Mandelkow zu Lehen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Quoniam perfectorum humane fragilitatis subitanea ac caduca existens [natura] omnium habere memoriam negauit, congruit vt ea, que in tempore ordinantur, ne simul cum fluxu temporis a memoria elabendo obfuscentur, litterarum studio ac vocibus testium perhennentur. Nos igitur Ulricus dei gratia abbas monasterii sancti Michaelis in Babenberc ordinis beati Benedicti vniuersis hanc paginam inspecturis nec non audituris notum esse cupimus tam presentibus quam futuri temporis nationibus, quod nos cum consensu totius capituli nostri dilectis nobis in Christo Wezelo ciui Stetinensi suisque pueris fantibus et non fantibus, quod volgariter mundig et unmundig dicitur, ac omnibus communiter suis veris et legitimis heredibus vtriusque sexus ad ipsum pertinentibus contulimus et donauimus septem mansos sitos in Mandelchowe in verum pheodum et legale cum omni iure perceptionis inde prouenientis. Vt autem hec nostra collatio ac donatio rite ordinata firma et inconcussa perhenniter perseueret nec a nobis vel nostris successoribus vel alio quolibet infringi valeat, nos presens scriptum inde confectum eisdem dari fecimus nostri sigilli munimine roboratum. Testes huius rei sunt et ad hoc vocati Degeno prior loci Stetinensis, Herbordus et Godefridus sacerdotes, Hermannus et Eberhardus diaconi, confratres nostri, Johannes dictus de Levenowe, Gobelo marscalcus nec non Willekinus advocatus, Reineko de Scadewachte milites, Heinricus prefectus, Theodericus monetarius, Fredericus Albus, Richertus Fortis, burgenses ciuitatis prefate, et alii quam plures fide digni, quorum hic non sunt nomina annotata. Acta sunt hec anno incarnationis domini MCCLXVII in crastino assumptionis Marie virginis in viridario curie nostre Stetin.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatarium familiae Wussow. Nr. 1.

850.

1267 September 3. (tercio nonas Septembris) Grimme.

Hermann, Bischof zu Camin, schenkt dem Kloster zu Ueckermünde das Patronat der Kirche zu Sassenburg mit zwölf Hufen.

Viris religiosis et dilectis domino abbati totique conuentui sancti Victoris Parisiensis Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus salutem in domino cum sincera karitate. Cum pium sit et summe misericordie, viris religiosis in bonis temporibus prouidere nec non contra omnes molestatores eos tueri, vt quiecius et deuocius spiritualibus valeant intendere, ea propter dilectis in Christo fratribus de Vkermunde ordinis vestri nostreque dyocesis, qui vitam et conuersationem ducunt laudabilem utique et honestam amore dei et ob reuerenciam ordinis prouidimus in beneficio parochiali cum ecclesia et duodecim mansis in opido nostro dicto Sassenborch. Affectantes igitur, vt aput predictos fratres rigor domus vestre permaneat in perpetuum, karitatem vestram deprecamur quam plurimum, vt ipsos vestro regimini ad corrigendum, que sunt corrigenda, et ad informandum rigorem ordinis assumatis et ad id vobis nostram concedimus iurisdictionem nichilominus habitis vestris perpetuacionibus, vt est consuetum. Datum Grimme tercio nonas Septembris anno domini M°.CC°. sexagesimo septimo.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jaseniger Matrikel (p. 64) P. I Nr. 43; P. II Nr. 30.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 526 Nr. 417.

851. Unecht.[1])

1267 September 26. (VI kalendas Octobris) Uzsenam.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Usedom die Fischerei im Usedomer See und im frischen Haff, die Oder hinauf bis nach Stettin, und fügt noch weitere Bestimmungen über die Fischerei hinzu.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Donationes principum, que robur perpetue firmitatis sortiri debent, consueuerunt dictis auctenticis sic muniri, ut in eis posterorum versucia locum non inueniat malignandi. Ea propter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos de maturo baronorum(!) nostrorum consilio donauimus et per presentes donamus pro nostris et progenitorum nostrorum delendis peccaminibus ac eterni regis gratia inpetranda honorabilibus viris et in Christo nobis dilectis abbati et conuentui monasterii sancte Marie sanctique Godehardi in Vzsenam ac eorum successoribus vniuersis nec non ipsi monasterio stagnum ante idem monasterium incipiens a fossato episcopi et linealiter se tendens ad oppositum secundi montis, qui dicitur Vosberg, et vltra linealiter procedendo ad ultimum fossatum curie Clvne versus Weltzyn, ita quod morantes in Clvne dimidietatem vnius tractus piscium cum trahitur ad claustrum obtineant. Item et totam aquam, que dicitur Kele, iterum linealiter procedendo ad recens mare vsque Smerleke et ius patronatus .VI. mansorum in Weltzyn et dimidiam decimam in Clvne. Item donamus

[1]) Die Urkunde ist eine Fälschung aus dem Ende des 14. Jahrhunderts, worauf das ganze Aeußere derselben, die Schrift, Striche über dem i, Kommata u. s. w. hindeuten. Vergl. hierzu noch Bd. I. S. 341.

et concedimus predictis abbati et conuentui et monasterio plenam et liberam potestatem piscandi cum sex magnis sagenis dictis wlgariter grote garne et exercendi per se uel per alios omnem aliam piscacionem ipsis competentem in recenti aqua meatum habentem a dicta aqua scilicet Kele vsque Stetyn, de Stetyn vsque Vkermundis et ab Vkermundis vsque ad aquam, que wlgariter dicitur Pene, dantes et concedentes subditis predictorum abbatis, conuentus et monasterii, quod possint similiter piscari in dicta aqua preterquam cum magnis sagenis. Preterea damus et concedimus memoratis abbati conuentui et monasterio et subditis eorum liberam potestatem secandi nunc et semper in hiis siluis scilicet Satym et Monekebude tot ligna quodquot ipsis ad eorum edificia et ad comburendum secundum eorum indigenciam competere videbuntur. Item licet donauerimus eisdem abbati conuentui et monasterio predictam aquam scilicet Kele cum aliis aquis et stagnis, nec non et alia bona; de diuersis tamen discordiis inter dominos abbatem et conuentum dicti monasterii et milites ipsis in vicino commorantes super metis bonorum sepius ortis dolentes et cauere volentes de in futurum oriendis, ea sic distinguimus et pro distinctis ea absque vlla contradictione haberi volumus, primo incipiendo ab antedicta aqua Kele linealiter procedendo usque ad riuulum Smerleke et a Smerleke vsque ad antiquam viam se tendentem ad recens mare, sequendo eandem viam a recenti mari ad antiquam viam Rosenhaghen cum villa Monchow et aqua que dicitur Pene, cum suis metis, et ad metas ville Carnyn cum lignis, pratis, pascuis, cespitibus, piscationibus, ac omnibus aliis infra dictas aquas scilicet Pene et Smerleke et metas contentis. Item a medio metarum ville Rochesow et Zecheryn se attingencium linealiter procedendo vsque ad mediamnem siue traductum, qui dicitur wlgariter en vere, situm versus Brascow et Gnewenzyn, et a medio gurgitis, quod dicitur wlgariter strom, aque sepedicte scilicet Pene cum tribus clausuris piscium inclusiue vsque ad aquam Rychtegraue, de Rychtegrave vsque ad aquam Rybbenitze. Item damus eis duo stagna vocata Lutensa, nunc ex eo quod dicta stagna diu possederunt in wlgo Moneketoch vocata, que stagna circumfluunt villam Zecheryn et tendunt a metis Rochessow vsque ad traductum et Rychtegrave ac Rybbenitze, et a Rybbenitze circa prata vsque ad metas ville Clotsow et Zecheryn cum omni piscatura facienda cum magnis sagenis, et omni alia piscatione que fieri possit in stagnis et aquis supradictis, nec alicui hominum licebit piscari in ipsis, nisi de eorum fuerit voluntate et licencia speciali, nec non alium traductum in opposito Clotsow situm cum villa Zecheryn, Gnewentyn, Gellendyn; medietas vero aque inter dictas villas ad Clotsow et alia medietas aque ad abbatem et conuentum monasterii predicti pertinebit. Hec autem omnia premissa et singula, prout premittuntur et sita sunt in suis metis, omni et pleno iure quo ea habuimus et etiam nostri proge nitores habuerunt abbati conuentui et monasterio sepedictis donamus perpetuis temporibus possidenda. Et ut prefata donacio firma et inconwlsa perseueret, presens scriptum inde confectum ipsis dedimus sigilli nostri munim[in]e [1]) roboratum. Testes huius donacionis nostre sunt hii: clerici Rodolphus abbas Stolpensis, Hinricus dictus de Calow noster capellanus, Hinricus plebanus in Rosendal; layci vero hii: Gherardus dictus Lepel, Hinricus dictus Lukere Rygardus, Lyndeco de Lassan, Johannes Romele, Gherardus dictus Bv̊nnynch et alii quam plures fidedigni, quorum nomina hic non sunt scripta. Actum Vzsenam et datum ibidem anno domini M°CC°LXV̊II. V̊I kalendas Octobris.

Siegel an der Hanfschnur nicht vorhanden (gewesen).

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 31; Pudaglaer Matrikel (p. 83) fol. 22 (XVIII. A); Klempzen Extract fol. 122 (1277).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 517 Nr. 409.

852.

1267 Dezember 6. (in die beati Nicolai episcopi) in Sirawen.

Hermann, Bischof zu Camin, weiht von Neuem die Kirche zu Nemitz, schenkt ihr den Zehnten der Dörfer Nemitz und Bartlin, weist die Einwohner von Nemitz, Bartlin, Soltikow, Leikow, Borkow, Zirchow, Lusitz und Panknin mit ihren geistlichen Bedürfnissen an dieselbe und bestimmt ihr von jeder Hufe jährlich zwei mensurae Korn, welche Slawisch porhowe genannt werden.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus presentem literam inspecturis salutem in domino sempiternam. Notum vobis facimus, quod ad petitionem domini abbatis de Bucowe ecclesiam in Nemitz reconciliauimus, qui pro eo, quod possessio dicte ecclesie memorato claustro Bucowe pertinere dinoscitur, magis pro dicta reconciliatione nos suis precibus sollicitauit. Preterea dicte ecclesie decimam ville Nemitz et Bartholin, que quondam vna villa fuisse refertur, eidem confirmamus cum quatuor mansis pertinentibus ad eandem. Insuper assignauimus predicte ecclesie villas subnotatas videlicet ipsam villam Nemitz et Bartholin, Solchowe, Lechowe, Borchowe, Suracowe, Lusitz et Pankonin, vt sacramenta ecclesiastica consequantur ad ipsa. Et quia ipsi a quo spiritualia recipiunt in temporalibus aliquatenus subministrare tenentur, precipimus hominibus omnium villarum predictarum, ut de quolibet vnco duas mensuras, que porhowe dicuntur Slauice, vnam siliginis et alteram auene sacerdoti, qui dicte ecclesie prefuerit, annis singulis persoluere non obmittant. Quod si noluerint, per censuram ecclesiasticam compellantur. Datum in Sirawen anno gratie millesimo ducentesimo sexagesimo septimo in die beati Nicolai episcopi.

Bibliotg. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 119.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 527 Nr. 418.

853.

1267 December 14. (sequenti die beate Lucie virginis XIX. kal. Januarii) in Colbergh.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt die von den Pfarrern der Lande Colberg und Cöslin gestiftete Brüderschaft, bestimmt, daß nach dem Tode eines Bruders dessen Einkünfte zur Lösung seiner Verbindlichkeiten verwandt werden sollen und ordnet eine Gedächtnißfeier für seine Verwandten an.

Hermannus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus hanc literam audientibus siue cernentibus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum ea, que ad laudem dei et animarum salutem fieri dinoscuntur, debeamus qvantum possimus pio desiderio promovere, volumus ut sciat etas presentium et discat veneranda posteritas futurorum, quod dilecti nobis in Christo filii, plebani terrarum Colbergh et Cussalin, bonam et honestam consuetudinem inducere cupientes fraternitatis convivium inter se obseruare communiter elegerunt, ita ut singulis annis die ab ipsis fratribus deputato in unum conueniant bis ad domum sancti spiritus in Colbergh, non in gloria sed in humilitate, sine strepitu et

[1]) Das Original hat munime.

insolenciis ibidem fidelium animarum commemoracionem faciendo, deum omnipotentem missarum sollempniis aliisque operibus sanctis videlicet elemosinarum largicionibus ac oracionum suffragiis glorificant, qui est benedictus in secula seculorum. Ne autem piarum mentium affectus frustretur, sed pocius in presenti apud homines et in futuro apud deum commoda perpetua conseqvatur, dictis fratribus graciam et consolationem specialem duximus indulgere, (dum) hanc scilicet, quod post decessum cujuslibet confratris prouentus beneficii sui ad soluendum debita ipsius sine omni impedimento de consilio et ordinacione eorundem confratrum, qui ipsius exequiis tenentur communiter interesse, fideliter distribuantur. Hanc utique ordinacionem a prefatis fratribus rationabiliter inchoatam ratam et gratam habentes, eam confirmamus autoritate presencium literarum, mandantes sub pena excommunicationis, ne clericus sive laycus presumat sepedictos confratres in suo tam pio proposito facto vel consilio impedire. Quicunque vero in contrarium fecerit, sciat se dicte sententie subjacere. Hujus ordinacionis et nostre permissionis testes sunt dominus Gherardus thezaurarius et dominus Wolterus, dominus Guntherus, dominus Hildebrandus, canonici Colbergenses, dominus Andreas Diminensis et dominus Nicolaus Cusselinensis plebani, nobilis vir comes de Kirchberghe, dominus Kazimarus, Johannes Culo milites et plures clerici et layci fidedigni. Predicti confratres agent in Colbergh sequenti die invencionis sancte crucis anniversarium comitis Hinrici de Glichen et commemoracionem filii sui Hinrici comitis et dominarum Adele et Sophie sororum domini episcopi, Lamberti comitis de Glichen et commemoracionem matris domine Sophie. Datum per manum Hinrici notarii nostri anno domini M°.CC°.LXVII°. sequenti die beate Lucie virginis XIX. kal. Januarii pontificatus nostri anno XXX°. Actum in Colberg et datum anno mense et die predictis.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matrikel S. 70.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 524 Nr. 415.

854.[1]

1267.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß die Brüder Johannes und Friedrich Voß auf ihr Dorf Sülten resignirt haben, und schenkt dasselbe dem Kloster Reinfeld.

Barnvm dei gratia dux Slauorum vniuersis presens scriptum visuris in perpetuum. Quoniam ab humane cicius elabuntur memoria, que nec scripto nec voce testium perhennantur, ad noticiam vniuersorum volumus deuenire, quod Johannes et Fredericus Vossinge dicti villam Sultam in terra Tucen sitam, quam a nobis in feodo tenuerunt, cum terminis suis sicut actenus iacuit et sicut adhuc iacere dinoscitur, [in manus nostras omni jure suo renuntiantes libere et integraliter resignauerunt. Nos vero pro fauore speciali, quem ad fratres de Reyneuelde Cysterciensis ordinis Lubicensis diocesis semper habemus, eisdem fratribus libertatem et proprietatem eiusdem ville Sulten dicte libere et absolute donamus cum omni jure superiori et inferiori capitis et manus, vt quiete et proprie possideant, sicut reliqua bona sua in nostro dominio dinoscuntur possidere. Huius rei testes sunt Arnoldus de Sconeuelde, Otto de Versen, Johannes Crane, Johannes de Boke, Johannes de Seltes et alij

[1]) S. oben S. 142 Anm. 1.

quam plures. Vt autem hec nostra donacio rata permaneat et inconuulsa presentem paginam sigillo nostro duximus roborandam. Acta sunt anno domini M°.CC°.LXVII°.

Siegel an roth- und grünseidenen Fäden anhängend.

Original im Königl. Dänischen Archiv zu Kopenhagen; Original-Transſ. im Großherz. Mekl. Archiv zu Schwerin; Thorkelinsche Abschrift im Königl. Geh. Staats-Archiv zu Berlin; Langebecksche Abschrift in der Königl. Bibliothek zu Hannover.

Gedruckt in der Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. Bd. II (Abth. 3) S. 572 Nr. III; Mekl. Urk.-Buch II S. 314 Nr. 1101.

855.

1267 Stralesundis.

Fürst Wizlaw II. schenkt mit Zustimmung seines Bruders Jaromar dem Kloster Neuencamp zwei Hufen zu Vogelsang.

Wisslaus dei gratia princeps Ruianorum vniuersis Christi fidelibus in dei filio salutem. Quoniam deo dicatis locis in elemosinarum largitione tenemur et uolumus ex dignitate nobis diuinitus collata manum porrigere pietatis, notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos cum consensu dilecti fratris nostri Jaromeri duos mansos, qui Vogelsang nuncupantur, ob reuerenciam beate virginis Marie claustro Noui Campi ac dominis relligiose inibi dei filio famulantibus, ordinis Cisterciensis, contulimus et dedimus proprietatis titulo perpetuo possidendos; et vt in posterum super hoc nulla dubietas oriatur nec detur litis occasio successori, presentem paginam sigillo nostro mandauimus communiri. Sub eodem autem iure, quod in reliquis bonis habere dinoscuntur, mansos supranotatos fratres ac domini possidebunt. Acta sunt hec Stralesundis, anno incarnationis dominice M̊.C̊C.L̊X.V̊II. Testes autem qui astiterunt sunt hii: dominus Borantus, Chotanus, Johannes Vrsus, dominus Henricus plebanus Tribuses et alii. Datum per manum Johannis notarii.

Das Siegel mit einem Stück des Pergaments abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 19; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1267) Nr. 4; Klempzens Extrakt fol. 46ᵛ.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 519 Nr. 410; Fabricius III Nr. 97; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 88 Nr. 57.

856.

1267.

Das Capitel der Marienkirche zu Stettin belehnt Wessel, Bürger daselbst, mit sechs Hufen im Dorfe Wamlitz, als Entschädigung für eine jährliche Rente von fünf Pfund und drei Schillingen, welche er nach Erbrecht als Recognition für den Platz, auf welchem die Kirche erbaut war, erhalten hatte.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Conradus dei gratia

prepositus, Wrowinus decanus totumque capitulum ecclesie Stetinensis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum ea, que in tempore ordinantur et aguntur, cum temporis fluxibilitate transeunt in obliuionem, que mater est erroris, nisi recipiant voce testium aut scripture memoria firmamentum, quapropter notum esse cupimus tam presentibus quam posteri temporis nationibus, quod nos dilectis nobis in Christo Weszelo ciui Stetinensi suisque pueris fantibus et non fantibus, quod wlgariter dicitur mundich et vnmundich, et communiter omnibus suis veris et legitimus heredibus ad ipsum pertinentibus contulimus et donauimus sex mansos cum omni iure in villa Wammeliz ecclesie nostre in verum pheodum et legale pro restauro et reconpensatione quinque talentorum et trium solidorum Stetynensium denariorum, que eidem Weszelo singulis annis soluebantur iure hereditario et cedebant de loco siue spacio, in quo ecclesia nostra in honorem dei omnipotentis et gloriose matris eius semperque virginis Marie consistit edificata constructa honorifice et fundata. Vt autem hec nostra collacio et donacio pro restauro rite facta firma et inconuulsa perhenniter perseueret, presentem paginam inde confectam eisdem dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius rei sunt Heynricus dictus Baruot scultetus, Theodericus de Saltwedele, Fredericus Albus, Johannes de Brakele, Godeco de Saltwedele et alii quamplures, quorum nomina hic non sunt scripta. Actum et datum per manus Rodolphi scolastici ecclesie nostre anno domini M̊.C̊C̊.LXVI̊I.

Fragmente eines Copiars des Marienstifts zu Stettin im Königl. Staats-Archiv s. r. Mscr. des St.-A. I 51 Nr. 17.

857.

1267 Geerin.

Hermann, Bischof zu Camin, transsumirt die Bulle des Pabstes Clemens IV. d. d. 1265 nonas Maij Perusii (Bd. II S. 130 Nr. 776), durch welche derselbe dem Kloster zu Ueckermünde den Besitz aller ihm verliehenen Güter bestätigt.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino sempiternam. Noueritis nos priuilegium fratrum vallis sancte Marie iuxta Vkermunde ordinis sancti Victoris et regule sancti Augustini non abolitum non concellatum neque in aliqua sui parte viciatum super confirmacione ordinis et loci vidisse in hunc modum: (folgt Bd. II S. 130 Nr. 776.)

Hoc igitur priuilegium de verbo ad verbum transscriptum sigilli nostri munimine roboratum ad vniuersorum noticiam volumus peruenire. Datum Geerin anno domini M°CC°LXVII°.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jaseniтzer Matrikel P. I Nr. 42; P. II Nr. 29 (p. 63).

858.

1268[1]) Februar 6. (8. idus Februarii).

Pabst Clemens IV. bestätigt die über die Grenzen der Diöcesen Schwerin und Camin getroffene Entscheidung.

Clementis (IV.) papae confirmatio sententiae pro Zwerinensi episcopo (in causa contra Camin), pontificatus anno 4, 8. idus Februarii.

Clandrianische Regesten der Urkunden des Bisthums Schwerin (Protoc. fol. 98b).

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden III S. 108 Nr. 54 (Regest); Meklenb. Urk.-Buch II S. 353 Nr. 1157. (1269.)

859.

1268 Februar 23. (octauo calendas Martii) Lockenitz.

Hermann, Bischof zu Camin, verleiht dem Nonnenkloster vor Stettin den Zehnten des Dorfes Piateke.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Hermannus dei gratia Camminensis ecclesiae episcopus omnibus in perpetuum. Pastoralis cura officii, qua gregem domini nobis commissum autoritate tradita regimus et gubernamus, sollicite nos admonet et inducit, ut ecclesias et claustra dei per illustrem principem dominum Barnimum ducem Slauorum fundatas et dotatas non solum specialis protectionis brachiis amplectamur, verum eciam per subditorum administrationem subueniamus, quatinus personae in eis institutae et instituendae absque rerum defectu temporalium diuinis laudibus liberius valeant inherere et pro nobis et grege domini nobis commisso implorare clementiam saluatoris. Sane tam praesentium quam futurarum notitie transmittimus nationum, quod dilectis nobis in Christo deo dicatis uirginibus abbatissae priorisse totique conuentui et ipsi claustro sanctimonialium in Stettin ordinis Cistersiensis ac vniuersis successoribus earum nos donauimus de nostro consensu et voluntate capituli proprietatem decimae villae Piateke nuncupatae cum viginti mansis in territorio Stetinensi perpetuis temporibus feliciter possidendam, transferentes in praedictas abbatissam et priorissam et conuentum et ipsum claustrum omne ius, quod nos habuimus, capitulum nostrum et ecclesia Camminensis in uillae decima antedictae. Huius donationis testes sunt comes Henricus de Kerchberge, magister Henricus notarius curiae nostrae et alii quam plures fidedigni, quorum hic non sunt nomina subnotata. In cuius donationis firmum testimonium et perpetuum monumentum presens scriptum inde confectum eis dari iussimus sigilli nostri munimine roboratum. Actum et datum Lockenitz per manum magistri Henrici curiae nostrae notarii anno domini 1268 octauo calendas Martii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 14) fol. 6v Nr. 29.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 540 Nr. 429.

860.

1268 März 4. (in die dominica qua cantatur Reminiscere) Colbergh.

Der Rath der Stadt Colberg überläßt an das Kloster Bukow vierzig Scheffel Getreide aus der Mühle Ludberts, bei Colberg belegen.

Omnibus presentem paginam visuris consules ciuitatis Colberghe salutem in eo, qui

[1]) Die Urkunde gehört zum Jahre 1268, da Pabst Clemens IV. bereits am 29. November 1268 verstarb.

est omnium vera salus. Nouerint vniuersi presentes et futuri hanc paginam inspecturi, quod nos domino abbati de Bucouia et conuentui suo quinque pondera siliginis in molendino Ludberti prope ciuitatem sito, super quibus inter nos questio ventilabatur, libere dimisimus in proximo censu persoluendo, ab omni impedimento integraliter recipienda. Ne autem super premissis dubium oriatur, presentem literam sigilli nostri munimine signatam prelibato domino abbati et conuentui suo in testimonium contulimus firmitatis. Datum Colbergh anno incarnationis domini millesimo ducentesimo sexagesimo octauo in die dominica qua cantatur Reminiscere.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 115.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 542 Nr. 431.

861.

1268 März 5. (proxima secunda feria post Reminiscere) in claustro Noui Campi.

Die Fürsten Wizlaw II. und Jaromar III. von Rügen bestätigen dem Kloster Neuencamp zwei Hufen zu Tribohm, welche Eggard Dechow demselben übertragen, gestatten die Hälfte des Dorfes Cordshagen, sowie eine Hufe zu Krönnewitz zu kaufen, und geben dem Kloster in diesen Gütern die Gerichtsbarkeit bis zur Höhe von 60 Schillingen.

Wislaus et Jaromarus, dei gracia principes Ruianorum, omnibus hoc scriptum visuris salutem in salutis auctore. Evanescunt simul cum tempore, que geruntur in tempore, nisi recipiant uoce testium aut scripture memoria firmamentum. Qua propter notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod intuitu remunerationis diuine monasterio beate virginis Marie Noui Campi nec non domino abbati totique conuentui domino inibi famulantibus Cisterciensis ordinis proprietatem duorum mansorum Tribom, quos dominus Eggardus Dechow cum consensu sue vxoris nec non suorum heredum ipsis legauit, eidem cenobio perpetuo duximus conferendos. Preterea medietatem villule Conradeshagen et vnum mansum Cranouis emendos ob remissionem nostrorum peccaminum indulgemus. In hac itaque medietate villule et vno manso judicium LX̊ solidorum dictis dominis et infra eciam duximus indulgendum. Vt igitur hec, que ob spem peregimus meliorem, perpetuo maneant inconuulsa, presentem paginam sigilli nostri appensione mandauimus communiri. Acta sunt hec in claustro Noui Campi anno gracie M̊CC̊LX̊.VIII proxima secunda feria post Reminiscere.

Siegel von der rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 21; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1268) Nr. 3; Klempzens Extract fol. 48.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 539 Nr. 428; Fabricius III Nr. 98.

862.

1268 Mai 18. (in crastino ascensionis domini) in Vkermund.

Herzog Barnim I. überträgt dem Kloster zu Usedom das Dorf Dame̊row bei Naugard und das dem Bischof zu Camin gehörige Dorf, welche früher Vitoslaus zu Lehen gehabt.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus

presentem litteram inspecturis salutem. Veterum ac predecessorum nostrorum industria, que multis honorum ac glorie principalis fulgebat uirtutibus, nos allicit et inducit, ut ea que per nos fiunt rite ac iusto modo, scriptis ac dictis testium firmiter perhennentur. Cum igitur per lapsum temporis humana ratio sortiatur locum obliuionis et cum labe temporis omnia euanescant et in nichilum redigantur, uolentes ipsorum predecessorum nostrorum uestigiis inherere, vniversis presentem paginam uisuris innotescimus, quod nos ex motu pietatis et uirtutis spiritualis affectu ad subsidium ecclesie monasterii et claustri sancte Marie sanctique Godehardi in Grob in terra Vznam de consensu heredum nostrorum proprietatem uille Dambůe site iuxta Nogard castrum et villam siue oppidum domini episcopi Caminensis cum omni iure contulimus, in agris, pratis, pascuis, siluis, vsuagiis, stagnis, piscationibus, terris, mansis cultis et incultis, ad illam uillam pertinentibus, et[1]) mansis cum integra decima, quam tenemus cum heredibus nostris in feudo a domino episcopo Caminensi, quos aliquando a nobis tenuit Vitozlawus ac sui heredes, nichil nobis in predictis bonis iuris uel iudicii reseruantes. Distinguimus autem terminos predicte uille, secundum quod antea fuerunt distincti, et adicimus a uilla Dambůe cum molendino super Wolniza et dimidium fluuium Wolsiza qui protenditur ad uillam domini episcopi Caminensis contra occidentem et sic dimidium fluuium ipsius diuisionis ascendendo contra orientem cum antiquis et prioribus terminis inferioribus et superioribus, ingressv et egressu, et centum mansis supra nominatis. Vt autem hec nostra donatio robur obtineat firmitatis et in posterum a nostris successoribus maneat inconuulsa, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Huius nostre donationis testes sunt Wiardus abbas Belbocensis, Johannes decanus Caminensis, Hinricus custos, Wizslauus canonicus, Bork, Kazimarus, Teszlauus de Cumerow, Teslauus Albus, Dubizlauus frater suus, Dubizlauus filius Prisznibori, Gneumarus milites, et alii quam plures fidedigni. Datum in Vkermund per manum Hinrici de Calowe capellani et notarii nostri, anno gratie millesimo ducentesimo sexagesimo octauo, in crastino ascensionis domini.

Siegel mit Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 32; Pudaglaer Matrikel (p. 85) fol. 22r (XVIII. B).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 529 Nr. 420.

863.

1268 Mai 30. (quarta feria in diebus Pentecosten) Gripenhagen.

Herzog Barnim I. überträgt dem Kloster Bukow das Dorf Preetz mit den Fischwehren im neuen Wasser.

In nomine sancte atque indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux Slauorum [omnibus presentem paginam] inspecturis inperpetuum. Eternitatis memoria, que virorum iustorum principum ac nobilium nec non grauium personarum [testimoniis scriptis ac] instrumentis privilegiorum perhennatur, uiam obstrate obliuionis et uenturum dubium auffert. Vniuerse posteritati [nichil enim in nostra natura] uel motu facti cotidiani cercius ueritate reperitur, que si certissime (?) atque voluntarie fuerit per in[dustriam et] summam [discretionem] effi-

[1]) Dreger hat nach et ein centum gemäß den unten folgenden willkürlich eingeschoben.

caciter prouisa nec non procurata. Hinc est quod scire uolumus uniuersos presentes et futurus, quod nos accedente assensu heredum [nostrorum] ob honorem gloriose uirginis et matris Marie nouello cenobio Buchouie ordinis Cisterciensis, Caminensis dyocesis, integraliter [et cum omni iure] perpetuo possidendam contulimus et donauimus villam videlicet Porez sitam apud claustrum antedictum cum [omnibus] clausuris in noua aqua existentibus, cum agris cultis et incultis, siluis, pratis, pascuis, piscationibus, vsuagiis, riuulis et [aliis] terminis predicte ville, volentes ut in predictis clausuris et hiis bonis omnibus iam nominatis abbatem claustri et suos fratres de cetero nemo presumat molestare. Et ne dubium super tali facto collationis inposterum possit oriri, presentem paginam hinc inde conscriptam sigillo nostro fecimus sigillari. Acta sunt hec hiis presentibus: domino Nicolao abbate Colbacensi, Conrado preposito de Stetin, Casemaro, Burcone, Gneumaro, militibus, et aliis quam pluribus. Datum Gripenhagen anno gratie millesimo ducentesimo sexagesimo octauo, quarta feria in diebus Pentecosten per manum Henrici de Calowe capellani atque notarii nostri.

Siegel an der Hanfschnur anhängend.

(Sehr beschädigtes) Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bukow Nr. 2; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matr. S. 67.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 530 Nr. 421.

864.

1268 Juli 1. (kalendas Julii) in Damme.

Herzog Barnim I. schenkt der neugegründeten Stadt Golnow 120 Hufen Acker, von welchen jährlich je 1/2 Vierchen Abgabe zu entrichten ist, desgleichen 30 Morgen im Eichwald (Ekfir) und eine Wiese gegen Lübzin hin, die Ihna unterhalb der Stadt mit den angrenzenden Wiesen und oberhalb eine Meile weit. Er giebt ihr ferner die Freiheit von Abgaben am Ausfluß der Ihna, Innungsrecht wie in Stettin, Freiheit von Zoll und Ungeld, Magdeburgisches Recht mit der Bestimmung, daß in zweifelhaften Fällen die Schöppen zu Stettin entscheiden sollen, endlich fünfjährige Freiheit.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que in tempore geruntur et ordinantur, in obliuionem vna cum fluxu temporis transeunt et defluunt, necessarium arbitramur et expediens, ut ea que robur firmitatis sortiri debent, scriptis auctenticis[1]) sic firmentur, quatenus posterorum uersutia locum in eis non inueniat malignandi. Igitur notum esse uolumus tam presentibus quam posteris, quod nos nouelle ciuitati nostre Gollenog, que nunc Vredeheide appellatur, mediante consilio vassallorum nostrorum discretorum apposuimus atque dedimus centum et viginti mansos melioris agri ultra Inam fluuium uersus Visnestrugam et Podansk in meliori situ jacentes ad agriculturam ciuitatis eiusdem ciuium deputatos, de quibus mansis singulis nobis soluetur annuatim dimidius ferto argenti. Ex ista uero parte Ine fluuii uersus ciuitatem Damme in silua querna, que Teutunice Ekfir dicitur, triginta mansos sitos et pratum iuxta eandem siluam uersus Lubecinam sit ampredicte ciuitati apposuimus et dedimus pascuorum vsibus libere deputatos. Dedimus insuper predicte ciuitati et eius habitatoribus Inam fluuium ab ipsa ciuitate descendentem usque in recens mare cum omnibus pratis ex utraque parte jacentibus, a ciuitate usque ad predictum mare liberum et absolutum eorum usibus tantumodo (!) deputatum. Sed et ipsum Inam fluuium a parte superiori ipsius ciuitatis ad longitudinem unius miliaris sursum eisdem ciuibus dedimus similiter liberum et absolutum

[1]) Das Original hat auctenticiis.

cum lignis in uicino crescentibus eorum usibus et nullius alterius deputatum. Habebunt autem predicte ciuitatis ciues et eorum successores libertatem et prerogatiuam hanc in mari recenti, ubi Ina fluuius alueum suum exiens in ipsum mare cadit, quod naues eorum et hospitum que ibidem jacebunt causa utilitatis sue faciende, sint libere nulli quicquam seruitii et emolimenti inde debentes. Sepedicte etiam ciuitatis ciues habebunt in ipsa ciuitate ius, quod Teutunice inninge appellatur, et seruabunt et tenebunt illud ius, sicut in ciuitate Stetinensi seruatur. Et insuper erunt liberi et soluti a solutione thelonii et vngeldi in omnibus ciuitatibus et locis in nostro dominio constitutis. Insuper predicte ciuitatis ciues habebunt in omnibus predictis ipsi et eorum successores ius Magdeburgense, quod seruabunt in judiciis et negotiis peragendis, et idem ius Magdeburgense querent et afferent in Stetin in articulis suis dubiis et incertis. Libertatem autem, que nouis ciuitatibus dari consueuit, habebunt predicti ciues ad quinque annos, quorum duo precesserunt, in quibus erunt ab omni seruitio et pensione cuiuslibet liberi et exempti. Testes huius rei sunt Conradus primus prepositus ecclesie Stetinensis, Henricus comes de Kirchberch, Gobelo, Willekinus aduocatus in Stetin, Friedericus de Hinnenburch, Johannes de Klint, Bolto, Ebulus milites, Thomas camerarius, Henricus Braxator et alii quam plures fide digni. Actum et datum in Damme anno gratie M°CC°LXVIII° kalendas Julii per manum Henrici de Kalouue cappellani atque notarii nostri in domo et curia et cammara Hermanni plebani.

Siegel mit Schnur abgerissen.

Original im Stadt-Archiv zu Gollnow s. r. Nr. 2.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 530 Nr. 422.

865.

1268 Juli 23. (X° kal. Augusti) Stetin.

Hermann, Bischof zu Camin, entscheidet einen Streit zwischen der Jacobikirche und der Petrikirche zu Stettin über ihre Parochial-Grenzen.

Her. dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quia generacio advenit et generacio preterit, expedit et necesse est, vt acta presencium scripture testimonio ad noticiam perueniant futurorum. Hinc est quod notum esse cupimus vniuersis tam presentis quam futuri temporis, quod cum inter rectores ecclesiarum sancti Jacobi et sancti Petri ciuitatis Stetin nostre dyocesis super limitibus parrochiarum earundem coram judicibus a sede apostolica delegatis questione dudum suborta diutius litigatum fuisset et hinc inde succrescerent partibus inmensi labores et expense, nos volentes non solum indempnitatibus ecclesiarum verum etiam personarum providere quieti, maxime cum nostra intersit vnire diuidere et distingwere ecclesias nostre iurisdictioni subiectas, consilio prelatorum nostrorum adhibito litem eandem decreuimus dirimendam, statuentes inuiolabiliter obseruari, volentes vt hii, qui habitant ad dexteram manum vie, que est inter domum Conradi dicti Coufman directe vsque ad domum angularem Hinrici dicti de Schonenwerder et sic descendendo vsque ad valuam, que vocatur molendor, quidquid ad dexteram est vsque ad fossatum castri ad sanctum Petrum volumus pertinere, quidquid vero ad sinistram ad sanctum Jacobum pertineat ibidem ecclesiastica sacramenta requirendo. Volumus eciam ut omnis controuersia

inter dictas ecclesias per hanc nostram distinctionem amodo penitus quiescat et vtraque suis terminis sit contenta. Testes huius ordinacionis sunt honorabiles viri magister W. de Misna videcominus, Jo. decanus, Hinricus custos, dominus Hinricus canonicus nostre ecclesie, gardianus et fratres ordinis minorum Stetin, Gobel marschalcus, Roder, milites, Henricus schultetus, vniuersitas consulum Stetin et alii plures fide digni. In cuius rei euidens testimonium presentes litteras nostri sigilli impressione fecimus communiri. Datum Stetin anno domini M°CC°LXVIII° X° kal. Augusti.

Jakobikirchen-Bibliothek zu Stettin: Liber s. Jacobi fol. 55.

866.

1268 August 18. (in die Agapiti martiris) Stetin.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß das Nonnenkloster vor Stettin an die Marienkirche daselbst das Patronat der Kirche S. Petri mit den Capellen S. Mariä und S. Nikolai unter Vorbehalt der Einkünfte derselben abgetreten hat.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est hominum memoria et nihil certum permanet iam sub sole, ne in dubium veniant quae geruntur, necesse est ea scripturae memoria perhennari. Hinc est quod fore notum cupimus vniuersis, quibus nosse fuerit oportunum, quod domina abbatissa, priorissa totusque conuentus sanctimonialium monasterii sanctae Mariae in Stettin ordinis Cistercii de libera voluntate pariter et consensu venerabilis patris domini Hermanni Caminensis ecclesiae episcopi nec non capituli eiusdem ecclesiae nudum ius patronatus ecclesiae sancti Petri in Stetin et capellarum gloriosae virginis beatae Mariae et sancti Nicolai eiusdem loci nobis absolute donauerunt, sponte tradiderunt et liberaliter resignauerunt, retentis sibi nichilominus vniuersis redditibus atque prouentibus cum omni iure et consuetudinibus, quae ad dictam ecclesiam et capellas praedictas ratione dotis seu quoquomodo alio dinoscebantur tunc temporis pertinere, siue essent predicti redditus et prouentus, iura et consuetudines in Dretowe, siue in decima villae Colbazcowe, siue in decima villae Pomelle, siue in decima ville Bernezlaw, siue in dimidia decima villae Lodentin, siue in villa Guzstowe, siue alias vbicunque, praeterea[1]) tamen ea, quae vel inter viuos vel etiam in vltima voluntate praedictae ecclesiae sancti Petri et capellis praenominatis pia deuotione fidelium in posterum conferuntur, vel etiam in eisdem de ipsorum manibus offeruntur. Nos vero similiter de voluntate et consensu praefati domini episcopi et capituli ecclesiae Caminensis idem ius patronatus dictae ecclesiae et capellarum praedictarum donauimus, tradidimus et etiam resignauimus praeposito, decano et canonicis, quos in honore beatae Mariae virginis in ciuitate nostra instituimus memorata. Ne vero saepedictis abbatissae et conuentui super praedictis redditibus, prouentibus, iuribus, consuetudinibus, quos sibi ad vsus suos retinuerunt de ecclesia et capellis praenominatis, aliquod inposterum praeiudicium aut grauamen a praenominatis praeposito, decano et canonicis valeat generari, renunciant vniuersi canonici et singuli vna cum praeposito omni actioni, quae eisdem nunc competere posset vel capitulo suo competeret in futurum super memoratis villis, decimis, iuribus et consuetudinibus ratione iuris patronatus praedicti in ipsos translati, quemadmodum superius est expressum. Item

---

[1]) Die Nummer 52 fol. 30 der Matrikel des Stettiner Nonnenklosters hat dagegen praeter.

saepius dicti praepositus decanus et canonici renunciant omnibus litteris et priuilegiis impetratis et in hac parte impetrandis, omni consuetudini et terrarum statutis, omni beneficio iuris canonici et ciuilis, omni priuilegio fori, et generaliter omni exceptioni, quae saepedictis sanctimonialibus et deo dicatis virginibus obesse posset et prodesse praeposito, decano et canonicis memoratis. In cuius rei testimonium praesentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt haec his praesentibus: domino Alberto quondam episcopo Ratisponense, Johanne decano Camminense, Heinrico custode Camminense, magistro Lamberto scolastico Camminense, comite Heinrico de Kerbergh, Theoderico de Leyna, Heinrico de Muzesin, Gobelone quondam marscalco, Frederico de Hindenborgh, Wilhelmo aduocato. Datum Stetin in die Agapiti martiris anno gratiae M. ducentesimo LXVIII°.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 47) fol. XV Nr. 21; fol. 30 Nr. 52.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 533 Nr. 424.

867.

1268 [August 18.] Stettin.

Conrad, Probst, Browin, Dekan, und das ganze Capitel der Marienkirche zu Stettin bezeugen, daß derselben von dem Jungfernkloster daselbst das Patronat der Kirche S. Petri sammt den Capellen S. Mariä und S. Nikolai übertragen ist, und verzichten auf die Güter und Einkünfte derselben.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Conradus praepositus, Wrouinus decanus, totumque capitulum sanctae Mariae in Stettin, omnibus in perpetuum. Quoniam breuis est vita hominum et nichil est, quod perpetuo stare posset, nisi scripti testimonio siue memoria perennetur, ideo siquidem nos fatemur publice et recognoscimus per presentes, quod cum abbatissa priorissa totusque conuentus sanctimonialium monasterii sanctae Mariae in Stettin ordinis Cistersiensis nudum ius patronatus ecclesiae sancti Petri et capellarum gloriosae virginis beatae Mariae et sancti Nicolai eiusdem loci de libera voluntate et consensu venerabilis patris nostri Hermanni Caminensis episcopi et eiusdem ecclesiae capituli illustri principi domino Barnim duci Slauorum absolute donassent et sponte tradidissent eisdem libere resignassent, retentis sibi vniuersis reditibus prouentibus cum omni iure et consuetudinibus, quae ad dictam ecclesiam et capellas praedictas ratione dotis seu quoquo modo alio dinoscebantur tunc temporis pertinere, siue essent praedicti reditus et prouentus, iura et consuetudines in villa Dretow, siue in decima villae Colbascouue, siue in decima villae Pomellae, siue in decima villae Borenslauu, siue in dimidia decima villae Lodentin, siue in villa Gustow, siue alias vbicumque praeter tamen ea quae uel inter uiuos uel etiam in vltima voluntate praedictae ecclesiae sancti Petri et capellis praenominatis pia deuotione fidelium in posterum conferuntur vel etiam in eisdem de ipsorum manibus offeruntur. Idem vero dux similiter de libera voluntate et consensu domini Hermanni Caminensis episcopi nec non capituli ecclesiae eiusdem idem ius patronatus dictae ecclesiae et praedictarum capellarum nobis et ecclesiae nostrae donauit tradidit et etiam resignauit. Ne vero saepedictis abbatissae et conuentui super praedictis redditibus, prouentibus, iuribus et consuetudinibus, quos sibi ad vsus suos retinuerunt, de ecclesia et capellis praenominatis aliquod in posterum praeiuditium aut grauamen a nobis aut a nostris successoribus valeat generari, renunciamus nos vniuersi et singuli canonici vna cum praeposito et decano omni actioni quae nobis nunc

competetere posset uel capitulo nostro competeret in futurum super memoratis villis decimis iuribus et consuetudinibus ratione iuris patronatus praedicti in nos translati, quemadmodum superius est expressum. Item renunciamus omnibus literis et priuilegiis impetratis et in hac parte impetrandis, omni consuetudini et terrarum statutis, omni beneficio iuris canonici et ciuilis, omni priuilegio fori et generaliter omni exceptioni, quae saepedictis sanctimonialibus et deo dicatis virginibus obesse posset et nobis ac nostris successoribus esse vtilis ac prodesse. In cuius rei testimonium praesentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri capituli munimine roborari. Acta sunt his praesentibus: domino Alberto quondam episcopo Ratisponensi, Johanne decano Camminensi, comite Hinrico de Kerberge, Theoderico de Leina, Heinrico de Muszesin, Gobelone quondam marschalco, Frederico de Hindenborch, Wilhelmo aduocato. Data Stettin per manum Henrici domini de Kalouue anno domini 1268.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (S. 103) Nr. 86; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Diplomat. eccles. s. Mariae I Nr. 2.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 543 Nr. 423.

868.

1268 September 15. (in crastino exaltationis sancte crucis) aput Slauuen.

Herzog Barnim I. schenkt dem Ritter Heinrich Voß 11 Hufen zu Hassendorf im Lande Stavenhagen zu freiem Eigenthum und gestattet ihm, dieselben dem Kloster Ivenack zu übertragen.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit, salutem et bonam in omnibus uoluntatem. Virorum prudentum atque nobilium industria exigit et requirit, ut eorum facta uoluntaria et cum ratione liberaliter patrata taliter memorie commendentur, ne tempporum uetustate consumpta iacturam sentiant obliuionis et labente tempore a rerum memoria labantur et ueanescant et sic fortasse deficientibus factorum talium personis et heredibus in nichilum transseant et obliuionis perpetuo calumpniam sortiantur; nichil quidem in rerum natura certius uera firmitate ac stabilitate cognoscitur, nam facti ueritas et certitudo omnia tempperat, vniuersa disponit et metitur. Hinc est quod scire uolumus uniuersos, quod nos de consensu heredum nostrorum honesto militi et dilecto vassallo nostro Henrico Wulpi contulimus in villa Hassendorp in terra Stouenhagen XI mansos proprietatis nostre proprie, non iure feodali, sed sicuti in proprietate nos possedimus ab antecessoribus nostris in omni pace proprietatis, in agris, siluis, vsuagiis, pratis, cultis et incultis, piscationibus et iuribus deputatis, nichil nobis in eisdem mansis seruitii reseruantes, eo excepto, quod ad usum rei publice necessitate exigente cogitur deuenire. Insuper de bona uoluntate et libertate prefato militi Henrico Vulpi damus licentiam ipsam proprietatem predictorum XI mansorum conferendi monasterio et claustro sanctimonialium in Iuenach, ut exinde in possessione largiori moniales ibidem domino famulentur. Nos uero ipsius collationem ratam et gratam habemus et confirmamus perpetuo permanendam. Et ne dubium super eo uideatur oriri, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus communiri. Acta sunt hec his presentibus: Gobelino marscalko, Hermanno de Hakenbeke, Burchardo de Aluenzleue, Remperto de Wacholz, Friderico Uulpe, Friderico de Broch, Johanne de Erteneburch, Johanne de Penz, Henrico Urso, Thiderico de Camppo, militibus, et aliis multis

fide dignis. Datum aput Slauuen anno gratie M°.CC°.LXVIII°. per manum capellani atque notarii nostri Henrici de Calouue, in crastino exaltationis sancte crucis.

Siegelbruchstück an grünseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 91 Nr. 60; Mekl. Urk.-Buch II S. 347 Nr. 1148.

869.

1268 September 21. (in die beati ac venerabilis Matthei apostoli) in Stetin.

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Bukow den Bukow-See nebst dem zwischen diesem und dem Meere gelegenen Lande und beschreibt die Grenzen des geschenkten Gebiets.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Cum literis ac testibus predecessorum nostrorum facta vel nostra munimus, multis ac variis incommodis obuiamus. Qua propter nouerint vniuersi, quod nos claustro Bucowe et fratribus deo et beate Marie famulantibus jugiter ad honorem omnipotentis dei et ejusdem gloriose virginis, in cujus veneratione idem claustrum noscitur esse fundatum, ad petitionem dilecti nostri domini Frederici abbatis loci illius stagnum Bucowe, quod ipsis integraliter contulit dilectissimus auunculus noster dominus Swantopolcus beate memorie dux Pomeranorum, fideliter confirmamus et nichilominus damus eisdem vna cum bonis inter ipsum stagnum et salsum mare jacentibus, ita sane vt ab illo Pristan, qui Brunne dicitur et est in fine stagni predicti, procedant ipsorum termini directo tramite vsque in salsum mare indeque tendant vsque ad nouam Recham et abinde procedant in locum, qui Lychowe dicitur, justo tramite ac directo, hoc plane volentes, vt omnia que infra terminos fuerint, proueniant vtilitatibus eorundem. Actum anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo octauo. Testes huius facti sunt dominus Conradus prepositus canonicorum in Stetin, dominus Hinricus de Calowe, dominus Kasimirus, Borcho, Bispraus, Gobelo et Hermannus Hakenbeke et quam plures alii fidedigni. Vt autem hec nostra confirmatio simul et donatio firma semper et inconuulsa maneat, presentem super ipsam paginam cum sigilli nostri appensione porrigimus communitam. Datum in Stetin per manus notarii nostri domini Hinrici de Kalowe in die beati ac venerabilis Matthei apostoli.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 69.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 532 Nr. 423.

870.

1268 Oktober 9. (in die beati Dionisii martiris gloriosi) in Gedanzk.

Wartislaw II., Herzog der Pommern zu Danzig, bestätigt dem Kloster Bukow auf Bitten des Abtes Friedrich sämmtliche Güter und Gerechtigkeiten.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Wartislaus dei gratia dux Pomeranorum omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Cum sepe contingit, ut processu

temporum status hominum permutetur et res geste consequenter ab eorum memoria euanescant, necessario permissum est industria discretorum, donationes claustris factas a principibus litteris et testibus accuratius roborari. Hinc est quod ad notitiam omnium tam presentium quam futurorum volumus pervenire patenter, quod nos diuina inspirante gratia ad honorem dei et beate Marie gloriose virginis nec non ad petitionem dilecti nostri domini Frederici abbatis de Bucowe eidem claustro, quod dilectissimus pater noster dominus Swantopolcus beate memorie dux Pomeranorum pro salute anime sue ac nostra ceterorumque liberorum simul et progenitorum suorum animarum salute promerenda et feliciter obtinenda fundauit, damus liberaliter bona possessiones et villas subnotatas, videlicet villam Bobolin, Pomelowe, Poretz, Bonsowe, Peristowe, Guritz, Damerowe et Carneswitz simul et loca villarum scilicet Wich, Putzmethowe, Glesenowe et Belcowe et alia loca villarum, que sunt infra terminos dicti claustri Bukowe cum omnibus attinentiis dictarum villarum et locorum videlicet cum siluis Grabowe et Lissina nemoribus et cum ceteris siluis, nemoribus, paludibus, pascuis, pratis, agris cultis pariter et incultis, aquis, riuis, stagnis et molendinis et cum vniuersis vtilitatibus, que in terra fodiendo vel in aqua vel super terram siue aquam laborando arte qualibet fratres premissi claustri et eorum homines poterint adipisci. Damus etiam ipsi claustro stagnum Bucowe integraliter et nouam aquam cum omnibus clausuris ejus totaliter cum hac libertate videlicet tam fratribus quam hominibus ipsius claustri largiter conferendo, vt in captura alleciorum et aliorum piscium ad predictam nouam aquam solito manendo nulli nisi soli abbati de aliqua portione reddenda vel danda siue de jure aliquo respondere cogantur. Aliis hominibus nichilominus, qui de predicti abbatis licentia circa premissam nouam aquam simili de causa demorati fuerint, eadem que et claustri hominibus indulgemus. Concedimus insuper claustro predicto, vt omnes qui infra terminos bonorum ejus ad predictam capturam alleciorum seu piscium ad littus maris manserint, libertate predicta fruantur nec cuiquam nisi abbati premisso super aliqua portione respondeant siue jure. Preterea domino abbati et fratribus ejus confirmamus, vt in aqua Thra et in aliis aquis ipsorum molendina et clausuras pro captura piscium edificandi liberam habeant facultatem. Hanc libertatem et ipsis damus, vt eorum homines quos in bonis suis locauerint, sint liberi ab omni exactione, vrbium edificatione pontiumque positione ac vtrorumque reparatione et ab omni theloneo et ab omni expeditione, ita vt nulli quicquam teneantur ex debito nisi soli deo et claustro predicto. Insuper libertatem aduocatie omnes scilicet sententias capitales siue manuales damus abbati et conuentui dicti claustri, sed et jus quod de naufragio sibi solent terrarum principes usurpare, si in terminis dictorum fratrum naufragium fieri contigerit, ipsorum discretioni et judicio remanebit. Conferimus nichilominus abbati claustri predicti patronatum ecclesie in Nemitz cum quatuor mansis et decima ville Nemitz et decima ville Bartholin et cum omni iure, quod pertinet ad eandem. Hujus itaque nostre donationis testes sunt dilectissimus frater noster dominus Mestuinus dux Pomeranorum, Venzlaus capellanus castri Danzik, Hermannus sacerdos ibidem et Luderus sacerdos de sancta Catharina in ciuitate Gdanzk, Dulignowe, Wortboda, Andreas, Sanda, Venzlaus Putkumer de Gdanzk, Racislaus de Glouezic et Michael prepositus de Saulin et quam plures alii fidedigni. Acta sunt hec anno incarnationis domini millesimo ducentesimo sexagesimo octauo. Vt autem hec nostra donatio inconuulsa permaneat, hanc paginam super ipsam confectam cum sigilli nostri appensione porrigimus in munimen. Datum in Gedanzk per manus notarii nostri Godefridi in die beati Dionisii martiris gloriosi.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel (Loeper Mscr. 222) S. 75.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 537 Nr. 427.

871.

1268[1]) November 1. (kalendas Nouembris) Stetin.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß die Bede, welche er von dem Domkapitel zu Camin genommen, ihm von letzterem freiwillig gewährt worden ist und daß dasselbe auch ferner die Abgabenfreiheit behalten solle.

Barnym dei gracia dux Sclauorum omnibus inperpetuum. Scire volumus vniuersos heredes ac successores nostros, quod licet venerabiles in Christo domini decanus et capitulum ecclesie Caminensis in articulo nostre necessitatis in precaria de bonis ecclesie sue nobis subuenerint, sicut precibus nostris ab ipsis poteramus optinere. Nichil in hiis nobis iuris asscribimus siue vendicamus sed de eorum benignitate ista vice concessum de gracia reputamus eisdem nos ad similia obligantes, cum ab ipsis fuerimus in eorum necessitatibus requisiti. Asserimus preterea et presenti pagina protestamur, quod nos uel successores siue heredes nostri de precariis siue exactionibus siue seruiciis de cetero prefatam ecclesiam et homines ipsius inquietare siue quoquomodo perturbare nolumus nec debemus, protestacionem facientes quod ipsa ecclesia a predecessoribus necnon a nobis a dictis precariis, talliis et exactionibus libera sit et exempta, et eam in eo statu volumus perpetuo permanere, sicuti volumus vlcionem diuinam perhenniter euitare. Vt autem hec scripta nostra maneant inconuulsa, presentem paginam sigillo nostro fecimus roborari. Acta sunt hiis presentibus: Johanne decano, Hinrico custode Caminensi, Conrado primo preposito Stetinensi, dominis Ghobelino, Johanne de Berlin,[2]) Hermanno de Hakenbeke, Wilhelmo aduocato, militibus. Datum Stetin anno gratie M.CC.LX.VIII. kalendas Nouembris.

Original-Transf. vom 8. März 1321 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 33; Original-Transf. des Transf. vom 8. März 1321 d. d. 19. Juli 1356 s. r. Bisth. Camin Nr. 110*; Bibliothek der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Caminer Matrikel S. 422 (408); Dreger, Registratur II (1260) Nr. 3.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 442 Nr. 331 (1260 25. Oktober).

872.

1268 November 4. (pridie nonas Nouembris, sequenti dominica post festum omnium sanctorum) Stetin.

Herzog Barnim I. verkauft dem Kloster Colbatz das Dorf Seelow an der Madue.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus imperpetuum. Ceca rerum facies quam cum lapsu temporis casus ueteris obliuionis ducit in errorem adeo obstruit memoriam, ut res rite peracte et a uiris magnis ac nobilibus principibus ac baronibus rationabiliter ordinate memoria labente cum tempore labantur et euanescant et perpetuum sorciantur obliuionis argumentum. Decreuit ergo ueterum industria virorum nobilium atque iustorum, ut ea que iuste fiunt et rationabiliter ducuntur ad factum, ne sic eorum memoria sopiatur et uergat in defectum, quatenus gesta talium dictis testium ac scriptis priuilegiorum firmiter perhennentur, quibus examinatis ac diligenter perfectis

[1]) Wegen der Datirung vergl. Quandt, Balt. Stud. X, 1 S. 172.
[2]) Das Transsumt von 1321 hat Serlin.

preterita reuiuiscant et felicis eternitatis vigorem obtineant et iugiter maneant inconcussa. Hinc est quod [scire] volumus vniuersos presentis temporis et futuri, quod nos de consilio nostrorum ac vasallorum nostrorum, accedente nichilominus assensu heredum nostrorum, villam nostram Selowe que sita est in terra Stargard super stagnum siue lacum Meduwe pro condigna pecunia vendidimus et contulimus cenobio gloriose uirginis et matris Marie ac venerabili patri domino Nicolao et conuentui in Colbas ac eorum successoribus conferentes proprietatem prefato cenobio et assignato omni iure quo eam possedimus ab antiquo agris cultis et incultis, mansis integraliter ville assignatis, pascuis, siluis, piscationibus, nemoribus, vsuagiis, aquis, riuulis, nichil nobis in illa villa iuris reseruantes. Vt igitur post decessum huius carnis in eodem cenobio nostri memoria perpetuo solempnior habeatur, adicimus et statuimus, ut in predicta uilla et eius attinenciis communi et tranquilla pace fruantur et sub nostra proteccione hec villa cum ceteris eorum bonis assidue sit protecta. Acta sunt hec hiis presentibus: domino Conrado primo preposito ecclesie Stetinensis, Johanne marscalco dicto de Berlin, Godekino et Frederico de Hyndenborch, Hermanno marscalco nostro, Burchardo de Aluensleue, militibus, et aliis multis dignis fide. Et ne dubium in posterum super ea videatur oriri, presentem paginam sigilli nostri munimine roborauimus. Datum Stetin anno gratie millesimo ducentesimo sexagesimo octauo, pridie nonas Nouembris sequenti dominica post festum omnium sanctorum per manum capellani et notarii nostri Henrici de Calowe.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 32ᵛ Nr. 136; Transf. vom 1. März 1309 fol. 33 Nr. 137.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 535 Nr. 425.

873.

1268 November 13. (ydibus Novembris) Viterbii.

Auf die Klage Teynos, Priors der Jacobikirche zu Stettin, entscheidet Pabst Clemens IV. einen Streit zwischen ersterer und der Petrikirche über die Parochial-Grenzen.

[A]nno[1]) domini M°CC°LXVIII° sub Clemente quarto presedit huic ecclesie s. Jacobi prior nomine Teyno, vt est in conquestu quod idem prior Teyno contra Johannem plebanum sancti Petri et canonicum beate virginis super grauamine et preiudicio sibi in parrochia sua facto ab eodem Clemente papa IIII^{to} impetrauit. Datum autem fuit Viterbii ydibus Novembris pontificatus eiusdem anno III°, hoc est anno predicto.

Liber s. Jacobi (in der Jacobikirchen-Bibliothek zu Stettin) fol. 55.

874.

1268 November 26. (in crastino beate Katerine virginis) apud Dymin.

Friedrich, Bischof von Carelien, postulirter Bischof zu Dorpat, gewährt denen, welche zum Bau des Klosters Berchen hülfreiche Hand leisten, vierzigtägigen Ablaß.

Fredericus, dei gratia Kar[el]iensis[2]) episcopus, Tharbernensis postulatus, crucis Cristi

---

[1]) Der Raum für A ist zu einer Initiale freigelassen.

[2]) In der Matrikel Kardiensis, vergl. von Bunge: Livland, die Wiege der deutsch. Weihbischöfe S. 78 Anm. 335.

minister, omnibus in Cristo credentibus in domino salutem. Tam futurorum quam presentium discretionem volumus agnovisse, quod nos omnium sanctorum meritis infirmitati nostre cooperantibus omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam beate virginis in Virchin, in qua sanctimoniales die noctuque deuote deo famulantur, manum porrexerint adiutricem, si tamen ratihabitio domini dyocesani accesserit, vnam carenam et quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum apud Dymin anno domini M°.CC.°LXVIII°. pontificatus nostri primo in crastino beate Katerine virginis.

Bibliotḥ. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 37.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 542 Nr. 432; Livländ. Urk.-Buch Nr. 2746.

875.

1268 Dezember 13. (idus Decembris) Stetin.

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Bukow 100 Hufen bei Persanzig, welche der Ritter Johannes Kule demselben übertragen, sowie den See Ceresseke.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Atra rerum disseries irata atropos, que per defluxum temporis vniuersa dejicit in defectum, humane rationis memoriam in tantum destruit et conturbat, vt sic labente tempore labatur memoria et factum penitus sortiatur obliuionis augmentum, ad quod cauendum summe restat, vt facta nobilium principum ac virorum magnorum dictis testium ac scriptis et instrumentis priuilegiorum perhennentur, ne imposterum siue posteritatibus successorum in factis premissis inuidia siue calumpnia possit nouercari. Hinc est quod scire volumus vniuersos presentes et futuros, quod nos accedente consilio heredum nostrorum cenobio Bucowe, quod constructum est in honorem virginis et matris Marie ordinis Cisterciensis Caminensis diocesis proprietatem contulimus centum mansorum, quos eidem cenobio legauit et contilit miles noster Johannes Kule distingventes terminos predictorum mansorum a villa et terminis ville que vulgariter Persantika nuncupatur usque ad fines Polonie sursum ascendendo longitudinem et latitudinem assignantes perfecte, ne quidem centum mansi in suis terminis defectum pati videantur. Adjecimus insuper eidem loco, vt fratres inibi domino famulantes liberius deseruiant, totum stagnum quod Ceresseke dicitur cum suis piscationibus integraliter et perfecte. Predictos vero mansos totaliter confirmamus in agris cultis et incultis, siluis, nemoribus, pascuis, pratis et omnibus attinentiis, fructibus presentibus siue percipiendis. Et ne dubium super tali facto oriatur, presens scriptum sigilli nostri robore fecimus roborari. Acta sunt hec his presentibus: Conrado primo preposito ecclesie nostre Stetinensis, Gobelino, Johanne marscalco, Frederico de Hinnenborch, Johanne de Bruseviz et aliis multis. Datum Stetin anno gratie millesimo ducentesimo sexagesimo octauo, idus Decembris per manum capellani et notarii nostri Hinrici dicti de Calowe.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel (Loeper Msc. 222) S. 74.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 536 Nr. 426.

876.

1269 Januar 12. (pridie ydus Januarii) Gyrswalde.

Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad bestätigen der Marienkirche zu Stettin die Dörfer Wamlitz und Brünken, sowie das Patronat der Kirchen zu Garz und Penkun.

In nomine sanctę et indiuiduae trinitatis amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses marchiones, omnibus in perpetuum. Sicut uniuersa, quae in coelestis ierarchię ambitu continentur, a primeuo exitu omnipotentis dei nutu distincta stabilem perpetuitatem et inpermutabilem sunt sortita, sic ea quae sub sole in toto orbe terrarum reperiuntur per varietatis et instabilitatis tramitem defluunt et decurrunt. Sane cum acta principum, quę subesse debent perpetuo robori, quę sub decursu temporis fiunt, scriptis autenticis et testibus idoneis adeo expedit stabiliri, ne continua fluxibilitas temporis aut ullius occasio calumniae inposterum deleat aut eneruet, hinc est quod notum esse volumus nationibus pręsentibus et futuris, quod nos ob reuerentiam dei omnipotentis ecclesię sanctę Mariae virginis gloriosę in Stetin et preposito decano totique capitulo ecclesie eiusdem, quam dilectus gener noster dominus Barnim dux Slauorum de nouo instituit et fundauit, et ipsius ecclesię fundationem et canonicorum in eadem institutionem ratas et gratas habentes proprietatem villarum Wamelitz et Brunneke et ius patronatus ecclesiarum parrochialium cum appenditiis earundem, opidorum videlicet Gardiz et Pinkun, de mera voluntate libero de arbitrio et vnanimi de consensu dedimus et donauimus, ut nos proinde orationibus ibidem die noctuque deo famulantium participes effici mereamur et ut eo facilius valeamus impetrare clementiam saluatoris. Vt autem hę nostrae donationes in perpetuum firmę et inuiolabiles perseuerent, presens scriptum super hiis confectum ipsi ecclesię, preposito, decano et capitulo prelibatis dedimus in testimonium validum et irrefragabile munimentum sigillorum nostrorum munitionibus roboratum, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina pro firmitate maiori duximus exprimenda: venerabilis pater dominus Hermannus Caminensis ecclesie episcopus, comes Heinricus de Kercberg, Anselmus de Blankenborg, Bertramus de Bensch, Conradus Disth, Albertus de Kocstede, Gobelinus, Johannes de Brelin, Lyppoldus Vrsus, Fredericus de Hindenborg et alii quam plures. Datum Gyrswalde per manum Franconis notarii anno domini M°.CC°.LXIX°. pridie ydus Januarii.

Original (nicht zu ermitteln) beim Marienstift zu Stettin (nach Dreger); Archiv des Marienstifts Tit. I Sect. I ad Nr. 1 Vol. 4 f. 112; Matrikel des Marienstifts (Tit. I Sect. I Nr. 1) f. 299.

Gedruckt in Hering, histor. Nachricht von den Stettiner Collegiatkirchen Urk. Nr. 5; Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 544 Nr. 434; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 93 Nr. 62.

877.

1269 Januar 12. (sabbato proximo post epyphaniam domini) Gyrswalde.

Die Markgrafen Johannn, Otto und Conrad bestätigen der Marienkirche zu Stettin die Dörfer Wamlitz und Brünken und das Patronat der Pfarrkirchen zu Garz und Penkun.

In nomine domini amen. Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Brandeburgenses marchiones, omnibus presentes nostras litteras inspecturis salutem in domino. Cum quas-

libet personas ecclesiasticas et loca conuentualia tueri et promoueri pro viribus intendamus, potius tamen hiis quorum conuersationem probatam habemus, huiusmodi gratiam volumus exhibere, hinc est quod pręsentibus quoque futuris cupimus esse notum, quod nos ob reuerentiam dei et gloriosae matris eius ecclesiae conuentuali in Stetin proprietatem villarum Wamelitz et Brunne et collationem presentationis et ius patronatus ecclesiarum parrochialium opidorum Gardtz et Pynchun de mera voluntate et libero arbitrio dedimus perpetuo possidendam foeliciter et quiete, vt nos orationibus ibidem die noctuque deo famulantium participes effici mereamur. Vt autem hec nostra donatio a nostris' posteris siue ab aliis quibuscunque reuocari non poterit aut infringi, presentem nostram literam dictae ecclesiae in testimonium validum duximus erogandam sigillorum nostrorum munitionibus roboratam, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina pro firmitate maiori duximus exprimenda: venerabilis pater dominus H. Caminensis episcopus et illustris princeps dominus Barnim dux Slauorum, comes Henricus de Kercberg, Anshelmus de Blanckenborg, Bertramus de Bensch, Conradus Dist, Albertus de Kocstede, Gobelinus, Johannes de Berlin, Lyppoldus Vrsus, Fredericus de Hindenborg et alii quam plures. Datum Gyrswalde per manum Franconis notarii anno domini M.CC.LXIX. sabbato proximo post epyphaniam domini.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Matrikel des Marienstifts (Tit. 1 Sect. I Nr. 1) fol. 300.

878.

1269 Februar 26. (tercia feria ante dominicam, qua cantatur Letare Jherusalem) Tammeton.

Herzog Barnim I. überträgt auf Bitten Siegfrieds von Brügge, Bürgers zu Lübeck, 12 Mark Rente, welche derselbe von ihm und Herzog Wartislaw III. zu Lehen hatte, dem heil. Geisthospital daselbst.

Barnimus dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. In rebus rite factis et laudabiliter patratis propter lapsum temporis quandoque solet calumpnia nouercari, sed dicta testium et scripta priuilegiorum auferunt obliuionis argumentum et reducunt humanam memoriam in effectum pie recordacionis. Hinc est quod scire volumus vniuersos tam presentes quam futuros, quod nos diuina fauente gratia ad instantiam honorabilis uiri dilecti nostri domini Sifridi de Ponte, burgensis Lubicensis, duodecim marcas denariorum, quas idem Sifridus ab illustre principe patruo nostro, domino W. duce quondam Deminensi, et a nobis tenuit iure feudali, domui sancti spiritus proprie contulimus et largimus proprietatem, nullo articulo impediente, uolentes eandem domum et infirmos ibidem sub vinculo Christi per infirmitatem degentes per eos denarios perpetuum sentire remedium et profectum, ita tamen ut memoria prefati ducis Diminensis et nostri perhenniter habeatur in loco antedicto. Et ne dubium super tali dato a posteris possit oriri, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec his presentibus: Johanne Ramulo compatre nostro et aduocato nostro, Frederico Munt, Hermanno de Hakenbeke, marschalco nostro, militibus, et aliis multis fide dignis.

Datum Tammeton[1]) anno gratie MCCLXIX, per magistrum Henricum de Salamie[2]) capellani et notarii nostri(!) tercia feria ante dominicam, qua cantatur Letare Jherusalem.

Copiar des heil. Geisthauses zu Lübeck v. J. 1539.

Gedruckt im Cod. dipl. Lubec. I S. 293 Nr. 309.

---

[1]) Oder Tammelon?

[2]) Kann auch Salanne oder Salune gelesen werden.

879.

1269 März 14. (secundo ydus Marcii).

Fürst Wizlaw II. von Rügen schenkt dem Kloster Neuencamp das Dorf Buchholz.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Nos Wisclauus dei gratia Rujanorum princeps omnibus presens scriptum cernentibus salutem in uero salutari. Quoniam secundum ecclesiastem tempora cuncta obliuioni pariter operient, suadet ratio ut litteris muniantur et testibus, que sunt noticie conseruanda futurorum. Nos igitur, ex instinctu diuine gracie et proborum virorum, de consensu dilecti fratris nostri Jaromari, in remissionem nostrorum peccaminum non solum verum eciam omnium progenitorum nostrorum fidelium defunctorum et heredum nostrorum succrescentium proprietatem ville nostre juriditionis Bocholte dicte reuerende ecclesie Noui Campi cum agris, pratis, pascuis, siluis, palludibus et omnibus attinentiis et cum omni iure quo cetera bona sua dinoscitur habere, libere et perpetuo contulimus possidendam. Ne igitur hoc factum nostrum ab heredibus nostris seu aliis hominibus possit commutari in posterum, presens scriptum [sigilli nostri munimento][1]) fecimus roborari. Hii sunt testes: dominus Alexander, tunc temporis abbas dicte ecclesie .... Guszlauus Obeliz, dominus Hinricus plebanus in Tribuses et alii quam plures. D[atum] .... principis Ruie, secundo ydus Marcii anno domini M.CC.LXIX.

Das Siegel mit der Schnur und einem Stück des Pergaments abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 22; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1269) Nr. 6; Klempßen, Extract fol. 38.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 545 Nr. 435; Fabricius III Nr. 99.

880.

1269 April 1. (feria secunda post octauas Pasce) Arnswolde.

Mestwin II., Herzog von Pommerellen, nimmt von den Markgrafen Johann, Otto und Conrad zu Brandenburg seine Länder zu Lehen, tritt Burg und Land Belgard ab, und bestimmt mit ihrer Einwilligung die Mitgift seiner Tochter.

In nomine domini amen. Nos Mastwinus dei gratia dux Pomeranorum omnibus presentes nostras litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Que aguntur a nobis, ne a memoriis hominum, que res fragilis est, excidant et euanescant, consweuimus nostris scriptis autenticis roborari; nam fidele testimonium dat scriptura. Intereuntibus enim hominibus non sinit ea, que sibi commendantur, aliquatenus interire. Hinc est, quod notum esse volumus vniuersis, quod cum dominis nostris illustribus principibus Johanne, Ottone et Conrado Brandeburgensibus marchionibus amicabiliter et concorditer conuenimus in hunc modum, quod filiam nostram viro matrimonialiter copulabunt[2]), cui mille marcas examinati argenti supperaddemus. Maritus vero tenetur marcas eidem nomine dotis assignabit annuo excipiendas

---

[1]) Die Größe der Lücke erfordert eine größere Einschiebung als „sigillo nostro" bei Dreger.

[2]) Oder ist zu lesen copulauerunt?

vite sue temporibus feliciter et quiete. In signum vero beneficii et dilectionis exhibite nobis et vnionis indissolubilis cum dictis dominis nostris marchionibus contracte de mera nostra voluntate et motu proprio et consensu omnia bona nostra et proprietatem omnium bonorum nostrorum dominis nostris marchionibus antedictis renunciauimus et recepimus ab eisdem ipsa bona in feodum, omagium ipsis prout iustum est exhibendo. Dicta etiam bona vxori nostre et patruis nostris suis patentibus litteris iusto tytulo feodi transmiserunt perpetuo possidenda, preter castrum Belgart cum terra adiacente et omnibus suis pertinentiis, quod ad vsus suos libere reseruabitur. In cuius restaurum dicti domini marchiones nobis et vxori nostre et patruis nostris centum marcas Stendaliensis argenti conferent in feodum annuo excipiendas vel centum choros duri frumenti, tritici XXX choros, siliginis XXXX, ordei XXX. iusto tytulo feodi possidendos, et si dictum frumentum in terra ipsorum duxerimus acceptandum, omnia feodalia in ipsis bonis et hominibus vel beneficiis ecclesiasticis conferendis libere nobis cedent impedimento quolibet et contradictione postposita et semota. Preterea dictis dominis nostris marchionibus fideliter in omnibus astabimus indefesse, assistentes eisdem in omnibus et ad omnia promouentes, que ipsis nouerimus esse comoda siue grata. In cuius rei testimonium validum presentem nostram litteram in testimonium validum duximus confirmandam sigilli nostri munimine roboratam, adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina pro firmitate maiori duximus exhibenda: Zistlaw, Domezlaw, Dalez, Pozewalt, Mizlebor, Peter, Nicol Koyt. Datum Arnswolde anno domini M.CC.LXIX. feria secunda post octauas Pasce.

Codex Ascan. (Cop. Buch I C. 4. 4 fol. 40) im Geh. Staats-Archiv zu Berlin; Abschrift in der Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch. (Löper, Msc. 9,) Berliner Abschriften Nr. 8.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 546 Nr. 436; Gercken, Cod. dipl. Brand. I S. 208; Riedel, Cod. dipl. Brand. II, I. Nr. 136 S. 101; Lisch, Meklenb. Jahrb. XI S. 255 Nr. 19; Meklenb. Urk.-Buch II S. 355 Nr. 1160; vergl. Quandt, Balt. Stud. XV, 1. 190 (1274?).

881.

1269 April 7. (septimo idus Aprilis) in villa Sczalin.

Conrad Kleist verpflichtet sich, daß nach seinem Tode das Dorf Belitz, die Dorfstätte Brode, vier Hufen in Schönfeld und vier Hufen in Sabes zu seinem und seines verstorbenen Bruders Bertold Gedächtniß an das Kloster Colbatz fallen sollen.

Conradus miles dictus Clest presentibus et futuris hanc paginam inspecturis. Luce clarius acta, dum noticie posterorum tenenda relinquuntur, pro exemplo uite melioris decliui temporis decursu quorumlibet iniquorum presumpcio temeraria nonnunquam soliciter solet deprauare, nisi rebus attenticis (!) quibus fas non est contradicere et scripti testimonio perhennentur. Nouerint igitur presentes vniuersi et discedencium inclita successio, quod nos ad honorem dei et beate Marie gloriose uirginis in remedium anime nostre et fratris nostri Bertoldi militis iam defuncti vill[am][1]) que vocatur Belitz cum omnibus suis terminis, secundum quod in priuilegio domini Suantobori continetur quam possidemus ad usus nostros diebus vite nostre tantum cum omni jure preter quam hereditarie ab abbate et conuentu de Colbas in die obitus nostri renuncciamus, eadem bona cum loco ville in Brode et IIII^or mansis in Schonenuelde et IIII^or mansis in Sabbas iam dicto abbati et conuentui de Colbas integraliter sicud nos possederamus tempore uite nostre resignantes, ita quod nostri heredes nichil

[1]) Die Matrikel hat ville.

iuris post obitum nostrum in ipsis bonis habebunt, sed libere omnia ad sepedictum monasterium et conuentum reuertentur. Et ut in futurum calumpniandi tollatur occasio, que a nobis pro maiori cautela dicte ecclesie procurantur, pro eo quod proprium autenticum sigillum non habemus, sigillis principum videlicet domini Hermanni Caminensis ecclesie episcopi et domini Barnym ducis Slauie presentem paginam decreuimus roborari. Testes sunt venerabilis dominus ecclesie Caminensis episcopus, Hinricus comes, Anshelmus de Blankenborch, milites et alii quam plures. Datum in villa Sczalin anno domini M°CC°LXIX°. septimo idus Aprilis, sub domino Hermanno Caminensis ecclesie episcopo.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 14 Nr. 50.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 558. Nr. 444.

882.

1269 April 11. (tertio idus Aprilis) in Stettin.

Herzog Barnim I. bestätigt sämmtliche Besitzungen des Klosters Belbuck.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Ab eo per quem reges regnant et principes obtinent principatum in partem sollicitudinis monarchiae uocati nostra interest ex potestate nobis tradita et concessa non solum fidelibus populis quibus temporaliter pręsumus in gubernando praeesse, ut tempora sua in pace disponant, uerum etiam locis venerabilibus et deo dicatis ecclesiis a nostris progenitoribus institutis in beneficiis sibi traditis sic adesse, ut nullo temeritatis impulsu in posterum aggrauentur. Sane venerabiles viri abbas et conuentus castri sancti Petri in Belboch nobis humiliter supplicarunt, ut donationes principum illustrium Bugozlaui patris nostri, Kazimari patrui nostri, donationem et venditionem Wartzlaui, nepotis nostri, ducis Diminensis, nec non donationem inclitae matronae Anastasiae auiae nostrae ducissae Slauorum ratas habentes eas dignaremur nostrae serenitatis amminiculo roborare. Nos autem progenitorum nostrorum vestigiis inhaerentes et sperantes pro seminatione temporalium metere sempiterna omnes donationes eis factas et infra notatas gratas et ratas habentes de nostra certa scientia sigilli nostri inpressione firmamus. In quibus has duximus propriis vocabulis exprimendas, locum ipsum Belboch, in quo claustrum situm est, quod nunc castrum sancti Petri dicitur, et totam insulam eandem cum pratis, syluis, paludibus, in occidentali uero parte fluui qui Rega maior dicitur cum pratis, syluis, stagnis, paludibus, desertis usque ad medietatem stagni nomine Nifloza et villa piscatorum eidem stagno adiacente, Wisco, Wostrotze, Gummin, Mirozlauitze, Carsneszboromozt, Darsow, Chino, Jarcow, Drozdo, Latin, Semow, Cirbe, medietatem clausurae piscium in Rega, locum ad sex sartagines in Cholberg ad usum salis, praeterea ius patronatus ecclesiarum Trepetow et Cholin. Haec donauerunt Bugozlauus et Kazimarus fratres, duces Slauie, filii Anastasie. Haec donauit Wartizlauus nepos noster, totum desertum quod Riman vocatur cum his villis ibidem sitis, Lestzin, Riman, Resniko, Starnin, praeter haec vendidit dictis religiosis abbati et conuentui has possessiones, vicum Trepetow, Stresko, Cricuz et Regam fluuium liberum usque ad portum maris cum clausuris et pratis, syluis, pascuis, paludibus, vsuagiis ex utroque littore adiacentibus, insuper piscationes in stagno quod Resko uocatur et dimidium

tractum in mari quod Cluzi vocant. Has uero possessiones donauit auia nostra Anastasia de filiorum suorum Bugozlaui patris nostri et Kazimari patrui nostri assensu ex moera liberalitate quas dotis nomine possidebat, Tribuize cum clausuris ad eandem villam pertinentibus, Topadlo cum taberna in Dambsniz, Szuet, Prust, Bialdecur, Gorauino, Drozdo, Malenino, Glowazo, Jarcow, Stricutin, Scridlo, Dargozlaw, Molzsto, Belico, Suco, Betzin, Galanz, Scemidarsne, Clottow, Pogerelitz, Lewitz, in terra Piritz grangiam quae Strossow uocatur cum villa adiacente, duo tuguria in monte salis in Colberch. Haec omnia donauerunt cum syluis, pratis, pascuis, nemoribus, agris cultis et incultis, aquis, stagnis, fluuiis, riuulis, molendinis, piscationibus, ferrifodinis, argentifodinis, salefodinis et omni usu et fructu, qui dictis abbati et conuentui poterunt prouenire praeterquam iudicia criminalium causarum in quibus quis capite est plectendus, in quibus aduocatus monasterii iudicio presidens totius emolumenti mediam sibi retinens partem aliam sicut nostro nepoti ita nobis nunc representat, ciuilium uero causarum et mixtarum ex integro sibi tenens emolumentum. Decreuerunt etiam ipsum monasterium cum hominibus suis liberum esse ab omnibus seruitiis, euectionibus, exactionibus, quibuscunque nominibus censeantur, praeterquam cum vrgens necessitas et euidens utilitas id exposcit ut ad defensionem terrae generaliter concurratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae confirmationis et ratihabitionis paginam infringere uel ei ausu temerario contraire, sicut indignationis nostrae et paenam exilii uoluerit euitare. Testes huius confirmationis et ratihabitionis sunt Hermannus episcopus Caminensis, Johannes decanus, Hinricus custos ibidem, Conradus praepositus, Johannes praepositus sanctimonialium in Stetin, Bork, Bizprauus, Kazimarus, Teszlauus de Cumerow, Gobelo, Fretherieus de Hinnenborch, Hermannus de Hakenbeke marscalcus, Johannes de Lieuenow, milites, et alii quam plures. Datum in Stettin anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono tertio idus Aprilis.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matrikel fol. 19 Nr. 19; fol. 50 Nr. 45 (Transs. vom 21. Januar 1310)[1]; Diplomat. civit. Treptow a. R. Nr. 6.

Gedruckt in Rango, Pomerania diplom. S. 163; Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 548 Nr. 438.

883.

1269 April 14. (in die Tyburcii et Valeriani) Camin.

Lambert Probst, Johann Dekan, Heinrich Küster, Lambert Scholasticus und das ganze Domkapitel zu Camin bekunden einen Vergleich zwischen Rochlo und dem Kloster Dargun, wonach ersterer seine Ansprüche an die Dörfer Warrenzin, Lehnenhof und Darbein gegen Zahlung von dreißig Mark aufgiebt.

Lambertus dei gratia prepositus, Johannes decanus, Heinricus custos, Lambertus scolasticus et alii canonici Caminensis ecclesie omnibus presens scriptum visuris salutem in omnium saluatore. Nouerit etas presentium et reuerenda successio futurorum, quod inter Rochlonem ex vna et uenerabilem patrem abbatem de Dargun et monasterium ipsius ex parte altera super uillis Warencin, Kantem, Darghebant, quas idem R. ex hereditaria successione petebat, talis intercessit compositio, quod idem abbas in redemptionem uexationis

[1] Die nachfolgenden Varianten in den Namen sind aus der Belbucker Matrikel fol. 50 Nr. 45: Niflose, Karcene, Szboromozt, Darsowe, Chinowe, Jarchowe, Malelino, Golaze für Glowazo, Dargeslau, Gestin für Betsin, Clotekou.

sue et monasterii et dicte petitionis XXX marcas de[dit] eidem R. de consilio honestorum pariter et prudentum, idem autem R. data fide promisit pro se et pro suis heredibus, nichilominus alios amicos suos ad eandem obligationem inducens scilicet dominum Gnewemarum militem, Cirnidum de Grambowe, Tarpiconem de Volsin, quod pro dictis uillis nullam actionem ipse et sui heredes contra dictūm monasterium aliquatenus inposterum acceptabunt, renunctians expresse omni actioni, que sibi et heredibus suis inposterum competere posset ex canone vel ex lege in aliis uillis laicorum, in quibus actionem intemptat, si qua oblatione fidelium dicto monasterio pro remedio anime fuerint oblata vel donata, dummodo emptionis tytulo ad monasterium non deuoluantur, idem Rochlo renunctiauit expresse. Hujus compositionis mediatores fuerunt frater Dubisclavs minoris ordinis pater dicti R., dominus Gosuinus monachus in Dargun, magister Lambertus scolasticus Caminensis; laici: milites Teslawus et Dubislawus avunculi sui, Gnewemarus et frater Johannes dictus Wenke conuersus in Dargun. Acta sunt hec im Camin nobis presentibus anno domini M°C°C°LX°I°X°, in die Tyburcii et Valeriani. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo ecclesie nostre fecimus communiri.

Siegel(fragmente) an weißleinener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Mekl. Urkunden I S. 143 Nr. 64; Mekl. Urk.-Buch II S. 356 Nr. 1161.

884.

1269 April 20. (XII. kalendas Maii) Stetin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Jungfernkloster vor Stettin die Mühle zu Vierraden auf der Welse.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam generationes praetereunt et generationes adueniunt, nulla certitudinis stabilitas sub coeli ambitu continetur et in rerum naturis inueniuntur vniuersa mutabilia iam sub sole, necesse est ut donaciones rerum temporalium quas principes deo dicatis ecclesiis et personis religiosis inspiratione coelica largiuntur quae stabiliri debent robore sempiterno scripturae testimonio et veridicarum personarum asseueratione adeo perhennentur, ut in eis imposterum occasio totius calumniae excludatur. Huiusmodi propter causam tam praesentium quam futurorum nationum memoriae volumus esse notum quod nos ob reuerentiam omnipotentis dei et intemeratae matris eius Mariae virginis gloriosae dedimus et titulo donationis appropriauimus monasterio, abbatissae et conuentui sanctimonialium ac earum successoribus vniuersis iuxta ciuitatem nostram Stetin deo famulantibus ordinis Cysterciensis proprietatem molendini nuncupati ad quatuor rotas siti supra Vuelsnam fluuium et in ipso fluuio inter villam Blomenhaghen et ciuitatem Zuet vbi transitus regiae viae exstat, et ipsum molendinum ad rotas quatuor nuncupatum dedimus praenotatis cum fundo et prouentibus et omni iure, quod in eodem nominari poterit vel aquiri, quiete et feliciter perpetuis temporibus possidendum. Testes huius rei sunt Conradus praepositus ecclesiae Stetinensis, Conradus de Massow, Gobelo, Heidenricus de Clutsow, Fredericus de Hindenborch, Johannes de Brelin, Johannes de Leuenow, Reinerus de Schadewa(r)chte, Willekinus aduocatus noster de Stetin, Heinricus pincerna, Wernerus de Lypa, Olricus de Moringe,

Johannes de Stenbeke, milites, item Heinricus Baruot scultetus, Johannes de Brakel, Wescelus, burgenses nostri Stetinenses, et plures alii fidedigni. Vt autem haec donatio nostra nomine nostro heredum nostrorum ac nostrorum omnium successorum nunquam possit immutari vel infringi, sed stabilitate perpetua communiri, praehabitis monasterio abbatissae et conuentui praesens instrumentum inde confectum cum appensione nostri sigilli in irrefragabile monumentum duximus largiendum. Datum Stetin anno domini M.CC.LXIX. XII. kalendas Maii per manum magistri Rodolfi curiae nostrae notarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenklosters (p. 46) fol. XVI Nr. 22; fol. 29 Nr. 51.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 550 Nr. 439.

885.

1269 April 25. (VII. kalendas Maii).

Herzog Barnim I. verleiht dem Kloster Dargun das Eigenthum des Dorfes Zettemin mit dem Rüzenwerder.

In nomine domini amen. Barnim dei gracia dux Stetinensis omnibus in perpetuum. Quoniam ea que geruntur in tempore labuntur in tempore, proinde que geruntur a uiris prudentibus eternari solent linguis testium ac testimonio litterarum. Igitur cum secularis requirat urbanitas, ut homo fauorem fauore simili recompenset, multo forcius uniuersorum domino, a cuius dignitatis gracia tenentur uniuersa, de sibi concessis ad graciarum tenentur actiones, quos in presenciarum pre ceteris dignitatum gloria seu temporum gracia singulariter illustrauit. Gracie igitur dei super multis eius beneficiis nobis misericorditer inpensis in parte aliqua graciarum actiones inpendere uolentes ad audienciam singulorum tam presencium quam futurorum uolumus peruenire, quod nos ob reuerenciam dei et gloriose virginis Marie necnon ob salutem anime nostre claustro Dargun proprietatem uille Cethemin cum omni iure, quod in ea habuimus uel habere uidebamur, in aquis, molendinis, pratis, siluis, agris cultis et incultis, aduocatiis ac terminis, quos nunc habet, cum insula Rucenwerdhere, que in eiusdem uille terminis est, contulimus iure perpetuo possidendam. Vt igitur hec nostra tam pia donatio a nullo in posterum retractari ualeat, presentem litteram inde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt dominus Andreas plebanus in Dimin, Johannes de Wa[c]hholt et filius suus Reibernus, Johannes de Erteneborch, Willekinus Stoltewt, Johannes de Gramasouue, milites, et alii quam plures. Datum anno domini M.CC.LX.IX. VII. kalendas Maii, per manum notarii nostri Henrici de Kalo.

Siegel von der roth- und gelbseidenen Schnur abgefallen, die Hälfte noch vorhanden.

Original im Großherz. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 357 Nr. 1162.

886.

1269 Mai 3. (in die inuentionis sancte ac salutifere crucis Christi) in Stolpis.

Mestwin II., Herzog von Pommerellen, bestätigt dem von seinem Vater Swantopolk gestifteten Kloster Bukow alle Güter und Besitzungen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Mestuinus dei gracia dux Pomeranorum omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Donationes principum claustris et viris religiosis impensas firmari conuenit literis et testibus, ne quorumlibet prauorum malignitas hominum inuadat et quietem claustralium perturbet suis versutiis et molestet. Hinc est quod ad noticiam omnium tam presentium quam futurorum volumus peruenire, quod nos diuina inspirante gratia ad honorem dei et beate Marie gloriose virginis nec non ad petitionem dilecti domini nostri Frederici abbatis de Bucowe eidem claustro quod dilectissimus pater noster dominus Swantopolcus beate memorie dux Pomeranorum pro salute anime sue ac nostre ceterorumque liberorum simul et progenitorum suorum animarum salute promerenda et feliciter obtinenda fundauit, damus liberaliter bona possessiones et villas subnotatas videlicet Bobolin, Poretz, Pomelowe, Bonsowe, Peristowe, Guriz, Damerowe et Carnesuitz simul et loca villarum scilicet Wich, Pinzinechowe, Glesenowe et Belcowe et alia loca villarum, que sunt intra terminos bonorum dicti claustri Bucowe, cum omnibus attinentiis dictarum villarum atque locorum, videlicet cum siluis Grabowe et Lystina et cum ceteris siluis, nemoribus, paludibus, pascuis, pratis, agris cultis pariter et incultis, aquis, riuis, stagnis, clausuris et molendinis et cum vniversis vtilitatibus quas in terra fodiendo vel in aqua vel super terram siue aquam laborando arte qualibet fratres premissi claustri et eorum homines poterunt adipisci. Damus et ipsi claustro stagnum Bucowe integraliter vna cum bonis inter ipsum stagnum et salsum mare jacentibus, ita sane vt ab illo Pristau qui Brunne dicitur et est in fine predicti stagni, procedant ipsorum termini vsque in salsum mare indeque tendant vsque ad Nouam Recham et ab inde in locum qui Lychow dicitur recto tramite porrigantur, hoc plane volentes vt omnia que infra dictos terminos fuerint, vtilitatibus proueniant dicti claustri. Ipsam preterea Nouam Recham cum omnibus clausuris ejus totaliter predicto claustro cum hac conferimus libertate videlicet vt tam fratres ipsius claustri quam ipsorum homines in captura alleciorum et aliorum piscium ad predictam Nouam Recham solito more manendo nulli nisi soli abbati de aliqua portione reddenda siue danda siue de jure aliquo respondere cogantur, aliis hominibus nichilominus qui de premissi abbatis licentia circa dictam Novam Recham simili de causa demorati fuerint eademque claustri hominibus indulgentes. Confirmamus insuper claustro nominato atque concedimus vt omnes qui infra terminos bonorum ejus ad predictam capturam alleciorum seu piscium ad littus maris manserint, libertate predicta fruantur nec cuiquam nisi abbati premisso super aliqua portione danda respondeant siue jure. Preterea domino abbati et fratribus ejus conferimus vt in aqua Thra et in aliis aquis ipsorum molendina et clausuras pro captura piscium edificandi liberam habeant facultatem. Hanc libertatem ecclesie ipsis damus, vt eorum homines quos in bonis suis locauerint, sint liberi ab omni exactione, vrbium edificatione pontiumque positione ac vtrorumque reparatione et ab omni thelonio et ab omni expeditione, ita ut nulli quicquam teneantur ex debito, nisi soli deo et claustro predicto. Insuper libertatem aduocatie omnes scilicet sententias capitales et manuales damus abbati et conuentui dicti claustri. Sed et jus quod de naufragio sibi solent terrarum principes vsurpare, si in terminis dictorum fratrum naufragium fieri contigerit, ipsorum discretioni et judicio, quoties-

cunque factum fuerit, remanebit. Damus nichilominus abbati claustri prelibati patronatum ecclesie in Nemitz cum quatuor mansis et decima ville predicte Nemiz et decima ville Bartholin et cum omni jure, quod pertinet ad eandem. Hujus itaque donationis nostre testes sunt dilectissimus frater noster dominus Wartislaus dux Pomeranorum, Cristianus castellanus in castro Stolpis et Hermannus capellanus in ciuitate ante castrum predictum, Swenso camerarius, Mauritius Dirsekewiz, Petrus pincerna, Pacozclaus Nemizon et frater ejus Mirizlaus et quam plures alii fidedigni. Acta sunt hec anno incarnationis domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono. Vt autem hec nostra donatio perpetuis temporibus inconuulsa permaneat, hanc paginam super ipsam confectam cum sigilli nostri appensione porrigimus in munimen. Datum in Stolpis per manus notarii nostri domini Meinekonis in die inuentionis sancte ac salutifere crucis Cristi.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 33v.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 555 Nr. 441.

887.

1269 Mai 25. (die Vrbani) Verchin.

Friedrich Soneke überträgt dem Kloster Verchen, in welches seine Schwester Gertrud eingetreten, 11 Hufen zu Schönfeld, behält sich aber lebenslängliche Nutznießung derselben sowie einer von dem Kloster ihm verliehenen Hufe vor.

Uniuersis Cristi fidelibus tam presentis quam futuri temporis presentem paginam audituris et visuris Fredericus dictus Soneke in perpetuum. Licet omnis actio que rationi innititur et justitie titulis insignitur perpetue valitudinis robore sit firmanda, ea tamen potissime firmius est roboranda, que est specialiter deputata vsibus Jhesu Cristi. Hinc est quod omnium vestrum scire desidero dilectionem, quod ego Fredericus dictus Soneko cum sorore mea Gertrude, que pure est propter deum recepta in claustrum et in consortium ancillarum Cristi, scilicet sanctimonialium insule gloriose virginis Marie in Verchim, contuli vndecim mansos in villa Sconeuelde sitos eidem ecclesie in subsidium expensarum sororis mee iam dicte et omnium dominarum ibidem in sancte religionis proposito famulantium Jhesu Cristo, ita tamen quod ad dies vite mee predicti vndecim mansi cum vno manso, quem ab eadem ecclesia teneo, in mea manebunt possessione, sed post mortem meam sine repetitione heredum meorum omnes duodecim mansi iam dicti in villa Sconeuelde ad sepedictam ecclesiam Verchim pertinebunt, quia sub hac forma vna cum uxore mea Gertrude sepius dicta bona in manus prepositi domini Johannis resignaui. Vt autem hec mea donatio maneat inconuulsa, sed firma et illibata tam ab heredibus quam aliis amicis teneatur, presens scriptum dedi dicte ecclesie in testimonium firmitatis sigilli mei munimine roboratum. Testes hujus rei sunt Heinricus de Wodenswech, Heinricus de Heidebrake et frater suus Heidenricus et filii sui Bernardus et Henningus, Johannes de Wacholte et Reymbernus filius, Johannes de Gramezsowe, milites, et alii quam plures. Datum Verchin anno domini M°.CC°.LXIX°. die Vrbani.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 51.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 560 Nr. 446.

888.

1269 Mai 26. (VII° kalendas Junii).

Conrad Probst, Browin Dekan und das ganze Capitel der Marienkirche zu Stettin übertragen dem Godekin von Salzwedel und seinem Bruder Heinemann 2½ talenta von 24 im Dorfe Jesow belegenen und zu der Stephanskirche zu Garz a. O. gehörigen Hufen, sowie zwei Schillinge von einer Hufe im Dorfe Kesow zu Lehen, als Ersatz für dieselben Summen, welche die Brüder von zwei Erben, am Kirchhofe der Marien-Kirche belegen, zu fordern hatten, desgleichen ein Wispel Korn von dem Hofe des Schulzen zu Brunn.

Conradus dei gracia prepositus, Wrowinus eadem gracia decanus totumque capitulum ecclesie Stetynensis salutem in eo, qui est bonorum largitor omnium et donator. Quoniam in rerum natura nulla res est stabilis iam sub sole, necesse est vt acta hominum que sub fluente fuerint tempore, adeo stabiliantur vt malignandi via versutis in posterum penitus precludatur. Hinc est quod notum esse uolumus nacionibus presentibus et futuris quod nos contulimus Godekino dicto de Saltwedele et fratre suo Heynemanno et pueris suis filiis et filiabus legitime ab eodem Godekino descendentibus tercium dimidium talentum denariorum Stetynensium in censu viginti quatuor mansorum ville Jesowe quem habemus pro restauro tricesime que pertinet ad dotem ecclesie sancti Stephani prothomartiris in opido Gardiz dicto. Contulimus eciam eidem Godekino et fratre suo Heinemanno et pueris predictis duos solidos Stetinensium denariorum in censu vnius mansi in villa ecclesie nostre Kesowe nuncupata cum predicto terciodimidio talenti in verum pheodum et legale perpetuis temporibus possidendos. [Verum] si iidem in perceptione antedicti terciidimidii talenti et duorum solidorum denariorum singulis annis fuerint inpediti, nos eis in alio loco in redditibus ecclesie nostre, vbi commode et quiete recipiant, tenebimur assignare. Et hoc ideo quia Godeko idem et sui heredes pro antedictis terciodimidio talenti et duobus solidis denariorum totidem talenta et solidos denariorum quos percipiebant singulis annis de duabus hereditatibus, que iacent iuxta cymiterium nostrum versus occidentem, ecclesie nostre et nobis voluntarie plenarie et libere resignarunt. Contulimus insuper eisdem modo predicto vnum chorum siliginis in mansis, qui spectant et pertinent ad curiam villici in Brunne et idem chorus siliginis de prefatis mansis in curia ipsius villici eisdem Godekino et fratre suo et pueris suis presentabitur sub vero pheodo et legali. Vt hee nostre collaciones firme perpetuo perseuerent, presentem paginam super hiis confectam eisdem dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius rei sunt Heynricus dictus Baruot schultetus, Theodericus dictus de Saltwedele, Wezelus, Johannes de Brakel, ciues in Stetyn, et alii quam plures fide dignissimi. Datum per manum magistri Rodolfi scolastici ecclesie nostre, anno domini M°.CC°.LXIX. VII° kalendas Junii.

Fragmente eines Copiars des Marienstifts im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Mscr. des St.-A. I. 51. Nr. 19.

889.

1269 Juli 12. (quarto idus Julii).

Herzog Barnim I. vergleicht sich mit Hermann, Bischof zu Camin, über die Grenzen der Länder Stargard und Massow.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Barnym dei gracia dux Slauorum

omnibus in perpetuum. Cum continua fluxibilitas temporis consueuit scrupulum inducere obliuionis que mater est erroris et altercationis, necessarium esse dinoscitur et comprobatur, ut acta principum que robur perpetue firmitatis et memorie sortiri debent scripture autentice testimonio et testium ydonietate (!) adeo muniantur et firmentur, ne versucia malignancium in posterum in eis infringendi viam inueniat uel mutandi. Hinc est quod nos transmittere cupimus noticie nacionum presencium et futurorum, quod licet aliquandiu locum habuisset dubietas super terminis et limitibus contiguis terrarum Massow et Staregart inter venerabilem patrem dominum Hermannum episcopum ecclesie Caminensis et ipsam ecclesiam Caminensem ex vna et nos parte ex altera propter reuerenciam et veneracionem ejusdem domini Hermanni episcopi Caminensis et fauorem specialem quo eandem ecclesiam amplectimur vt tenemur, volentes omne dubium terrarum predictarum videlicet Massow et Staregart super limitibus et terminis iam predictis dirimi et sopiri de consilio et ordinacione nostrorum vasallorum ac seniorum terre fecimus et iussimus eosdem terminos terrarum iam dictarum limitari finaliter et distingi iuxta continenciam metarum et signorum subsequenter expressorum. Primo inter Staregard et Massow: de ponte Brunonis sursum versus Poloniam super stagnum Pezik vbi castrum fuerat, inde de Pezik super stagnum Kizik ex directo et per ipsum stagnum Kizik descendendo in longitudine super fluuium Criwniz, item per ipsum fluuium Criwniz descendendo in fluuium Crampel, item trans fluuium Crampel super Cammemuzst, et de Cammemuzst super montem vbi tres pinee arbores sunt signate iuxta uiam concauam, item ab eodem monte super fluuium Dolsnize vbi ex aduerso arbor est signata, item de Dolsnize fluuio usque ad finem stagni Dolgen versus origentem (!), item de stangno Dolgen usque ad pilam domicelle versus orientem, item directe versus orientem super parwm stagnum Ginz, item directe per medium stagni magni Ginz usque ad arborem signatam et sic vlterius versus orientem directe in Drawam, item de ponte Brunonis directe in fine paludis super sepulcra paganorum, de sepulcris paganorum directe super Zuchamrekam usque ad pontem vbi arbor signata est descendendo inter Ynam et Premuze. Postea sequitur distinctio inter Massow et Golnow: ab arbore signata linealiter usque ad paludem que vocatur Premuzekeblutu, inde ab eadem palude directe super Crizanskelanken ad montem lapidibus signatum, item a monte signato et a Crizanskelanke per directam lineam super fluuium qui vocatur Dobera super desertum campum qui dicitur Tirnow, ab illo campo directe ad mericam que vocatur Vizekevrece, inde vlterius directe inter duas paludes ad magnam quercum signatam et ab eadem quercu directe iuxta paludem cui nomen est Bialeblutu super fluuium qui vocatur Razank, ab illo fluuio directe per medium castelli quod dicitur Camenz, et eiusdem castelli medietas nobis cedet et alia medietas domino Hermanno episcopo Camynensi et ecclesie Caminensi, a castello Camenz sursum per aquam que vocatur Luzusuiza usque ad Camenemuzst directe per mericam usque ad paludem que vocatur Goueniza ad arborem signatam ex opposito ubi Vatrolomniza influit Gounam, de Vatrolomniza sursum directe in Stepnizam, vbi Pilezsa influit. Item subsequitur distinctio terminorum inter Maschowe et Nouegard: super lapideum montem iuxta viam Blantichowe, inde super stagnum Mokere, de stagno Mokere super fluvium Doberepolnize, item descendendo per eundem fluuium usque ad uadum quo itur de Zwerin in Stargard, item ab eodem vado super paludem Rogo, item de eadem palude super stagnum Dolge. Et sic secundum tenorem metarum prescriptarum racionabiliter termini et limites terrarum antedictarum sunt distincti, super quibus inter antedictum dominum Hermannum episcopum et ecclesiam Caminensem ex vna et nos parte ex altera dubium vertebatur. Verum quia iam sepedictus pater et dominus Hermannus episcopus Caminensis et eciam ipsa ecclesia Caminensis se nobis

exhibent et exhibuerunt in multiplicibus et beneficiis specialibus ex eo quod idem dominus Hermannus Caminensis episcopus de uoluntate et consensu capituli sue ecclesie memorate nobis contulit in verum feodum et legale decimas tocius terre Poliz excepta decima ipsius oppidi Poliz que ecclesie parochialis. Contulit nobis eciam decimas villarum subscriptarum videlicet Lenzin et Lenzin, Crecowe, Parpoch, Panpowe, Clemperowe. Insuper ciuitati nostre Piriz addidit, adiecit et apposuit siluam Submerio[1]) quadraginta mansorum ad vsum lignorum sine preiudicio villarum circumiacencium. Et si ciues ciuitatis nostre Piriz eandem siluam fouere uoluerint et homines domini episcopi eam eciam fouebunt et si eam secare et incidere uoluerint, homines domini episcopi facient idem et post decisionem lignorum fundum quadraginta mansorum retinebimus eorundem. Item idem dominus episcopus nobis ex integro et penitus relaxauit vniuersa incomoda grauamina et dampna, que in terris Colberg Cussalin et Zlauen expeditionis fuerunt tempore ipsi et hominibus suis apposita et illata. Insuper in quocunque in ipsum aut in ecclesiam Caminensem modo qualicunque deliqueramus, nobis dimisit pure plenarie et indulsit, et nos eidem domino episcopo in ipsum fecimus viceversa, quia super omnibus articulis qui inter eundem dominum episcopum et nos vertebantur de prudentum virorum consilio est amicabiliter concordatum. Pro hiis beneficiis nobis exhibitis et aliis inposterum exhibendis antedictos terminos limitatos et distinctos secundum distinctionem prehabitam et prescriptam eidem domino episcopo et ecclesie Caminensi dedimus cum omni iure quod in eisdem terminis habuimus uel habere poteramus et eosdem antedictis domino episcopo et ecclesie Caminensi cum qualibet libertate et proprietate resignauimus integraliter et ex toto. Vt autem prehabite distinctiones terminorum et eorundem donacio et resignacio a nobis et a nostris heredibus non infringantur nec mutentur, sed ut perpetuis temporibus inconcusse et inviolabiles perseuerent, presentem paginam super hiis confectam prefatis domino episcopo et ecclesie Caminensi dari iussimus, sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius rei sunt Johannes decanus ecclesie Caminensis, Conradus prepositus ecclesie Stetinensis, clerici; Heynricus et frater suus Gocemarus comites de Kerchberch, Kazimarus, Lippoldus Vrsus, Conradus de Massow, Gobelo dictus Marskalc, Fredericus de Hynnenburch, Theodericus Gluzech. Datum per manum Heynrici de Calowe curie nostre notarii anno domini M.CC.LXIX. quarto idus Julii.

Original-Transf. vom 8. März 1321 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 43; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Caminer Matrikel S. 489; Transsumpt von 1321 im Transf. von 1356 S. 135; Dreger, Registratur II (1269) Nr. 14.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 551 Nr. 440; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 95 Nr. 63; Kletke, Regesta Neom. S. 23.

890.

1269 Juli 13. (in die Margarete virginis) Stetyn.

Herzog Barnim I. vergleicht sich mit Hermann, Bischof zu Camin, über den Zehnten im Dorfe Doberen, wonach der Pfarrer daselbst drei Hufen, desgleichen einen Scheffel und einen Pfennig von jeder Hufe, endlich vier Wispel Getreide von vier Hufen erhält.

Barnym dei gratia dux Slauorum vniuersis inperpetuum. Quoniam cum fluxibilitate temporum vniuersa labuntur et obliuionis ac erroris sorciuntur argumentum, iustum fore

[1]) Oder Svermerio?

dinoscitur ac consonum rationi, ut facta ecclesiarum que per uiros graues atque nobiles in rebus ecclesiasticis ordinantur, merito debeant dictis ac priuilegiorum instrumentis firmiter roborari. Hinc est quod scire uolumus vniuersos quod cum venerabili patre domino Hermanno Camynensis ecclesie episcopo de ecclesia parrochiali in Doberen concordauimus in hunc modum, quod plebanus uille supradicte, qui tunc fuerit pro tempore, habebit tres mansos, modium integrum de quolibet manso et denarium, pro decima vero que de iure cederet sacerdoti prefato, statuimus ut de IIII^or mansis in sepedicta uilla sibi specialiter assignatis quolibet anno percipiat et recipiat IIII^or choros siliginis uel secundum consuetudinem, que commodius est domino ville in dando censu siue pacto. Nullum vero idem sacerdos a domino ville inpedimentum pacietur, sed de vill[is] [1]) aliis accipiet modium et denarium secundum consuetudinem terre nostre. Et ne dubium super ista conposicione inposterum possit oriri, presens scriptum sigilli nostri munimine iussimus roborari. Acta sunt hec his presentibus: venerabili patre et domini nostro Hermanno episcopo Camynensi, Johanne eiusdem ecclesie decano, Conrado primo preposito Stetynensi, Henrico notario episcopi archidyacono in Stetyn, militibus Henrico et Gazmaro comitibus dictis de Kirchberc, Olrico marscalko, Gobelino, Frederico de Hinnenburch et aliis multis. Datum Stetyn anno gracie M̊.CC̊.LX̊ nono in die Margarete virginis per manum Henrici de Calůue capellani notarii nostri.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Original-Transf. vom 16. Juli 1342 s. r. Tit. I Sect. I Nr. 26; Matrikel (Tit. I Sect. I Nr. 1) fol. 34; Tit. 1 Sect. I Nr. 1 Vol. 2 fol. 24; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Diplom. eccl. s. Mariae Stettin I Nr. 9.

891.

1269 August 12. (II. idus Augusti) Argentorati.

Albert, Predigermönch und ehemaliger Bischof zu Regensburg, excommunicirt Barnim I., Herzog von Pommern, den Abt zu Colbatz und mehrere herzogliche Vasallen, weil sie dem Johanniter-Orden das Gebiet Stargard vorenthalten.

Venerabilibus patribus archiepiscopis et episcopis, honorandis viris abbatibus, prioribus prepositis, decanis, archidiaconis, aliisque prelatis, rectoralis(!), plebanis, viceplebanis et vicariis ecclesiarum, ad quos presentes litere peruenerunt, frater Albertus de ordine predicatorum episcopus quondam Ratisponensis executor a sede apostolica deputatus orationes in domino cum salute. Cum iuxta mandatum felicis recordacionis domini Clementis pape quarti religiosos viros magistrum et fratres sacre domus hospitalis Jerosolymitani in Alamania in possessionem vel quasi castri de Bez(!) et de Choritowe, Clukin, Zukan, Zukowe, Sadelowe, Sulim et de Thumercelize villarum cum suis pertinenciis et opidi nobilis viri Barnim ducis Sclauorum, quod Stargart vocatur, pro modo debiti declarati cum diligenti inquisicione habita mobilia ipsi duci pertinencia non inuenerim, in quibus missio huius fieret induxerim sollempniter publice et districte inhibui, ne quis eos in huius possessione vel quasi inpedire presumeret vel turbare, prout hec in instrumento desuper confecto per duos viros ydoneos Johannem uidelicet de Vriberc et Albertum de Hauelberc loco tabellionis, cuius vsus in Allamannia non habetur, ad conscribendum assumptos conscripto sigilloque meo signato plenius continetur. Verum quia abbas de Kolbas et nobilis vir predictus Barnim dux Sclauorum seu Stetynensis, Johannes de Lieuenowe, Gobelo marscalcus, Arnoldus de Pinnowe, Henricus et Dietericus fratres ipsius Johannis et Diethricus de Cothene milites,

[1]) Beschädigt.

Johannes de Zukowe et frater eius, Ludewicus de Wedele, Henricus, Johannes et Waltherus de Sadelowe, Guntherus et Diethmarus fratres dicti Stalbům, Henricus, Johannes et Henricus de Thumerzellice, Brendekinus, Martinus et fratres eorundem, Reinikinus et Meinikinus fratres, Johannes de Gerboldesdorf et fratres sui, Martinus dictus Swake, Johannes de Benz, Johannes de Valkenberc, Heine dictus Vngnade, Johannes socer eius, Wernherus de Nichamere et Heine de Zukowe . . . quondam Ludekini de Basdowe, Johannes filius eius, . . . quondam Johannis de Einecot . . . . quondam Guntheri loci eiusdem relicte vidue et filii eorundem Caminensis diocesis contra inhibicionem meam temere venientes dictos magistrum et fratres hactenus per maliciam et potenciam suam impedierunt et adhuc impedire non cessant, quominus ipsi magister et fratres possessionem uel quasi bonorum huiusmodi adipiscantur et adepta pacifice gaudeant, ego qui eisdem magistro et fratribus in iure suo deesse nec volo nec debeo, abbatem ducem milites viduas et laycos prefatos et omnes alios cuiuscunque dignitatis vel ordinis, qui predictos magistrum et fratres hactenus in hoc impedierunt vel deinceps taliter inpedire presumpserint, non absque dolore cordis in nomine domini auctoritate mihi a sede apostolica in hac parte commissa excommunico per presentes denuncians eos excommunicatos et ab omnibus arctius euitandos vobisque venerandi patres archiepiscopi et episcopi sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie, vobis autem ceteris inferioris gradus et ordinis prelatis et sacerdotibus sub pena excommunicationis sententiarum, quas exnunc profero in rebelles, districte mandando precipio, quatinus singuli vestrum in locis conpetentibus, vbi et quando ex parte dictorum magistri et fratrum requisiti fueritis, eandem excommunicationis sententiam in abbatem de Kolbaz, Barnim ducem Slauorum ceterosque supranominatos a me auctoritate sedis apostolice vt prescriptum est latam fideliter et sollempniter publicantes obseruetis et faciatis ab omnibus inuiolabiliter obseruari. Datum Argentorati II. idus Augusti anno domini M.CC.LX.IX. Reddite litteras sub pena predicta.

Original im Königl. Geheimen Staats-Archiv zu Berlin (Johanniter-Orden).

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. I, 6 S. 17 Nr. 16; v. Ledebur, Archiv Bd. 16 S. 236. 237; Hasselbach-Kosegarten, Cod. Pom. dipl. S. 541.

892.

1269 August 13. (idus Augusti).

Heinrich, Abt zu Dargun, und der ganze Convent daselbst vergleichen sich mit dem Jungfernkloster zu Verchen über eine Insel am Ausfluß des Cummerower Sees, verzichten auch auf streitig gewesenen Holzhieb sowie zwei Hufen.

Hinricus dictus abbas in Dargun totusque conuentus eiusdem loci omnibus hanc litteram uisuris salutem in domino. Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod super discordia que uertebatur inter nos et conuentum dominarum in insula sancte Marie de insula, que stagno adiacet, mediantibus uiris prudentibus et honestis sic exstitit concordatum, quod nos cum Alberto monacho nostro ac camerario iuramento optinuimus terminos predicte insule prout nunc insula illa fossato cingitur, quod incipit ab inferiori parte stagni et protenditur in fluuium, qui a claustro dominarum descendit in stagnum. Actioni etiam quam habuimus de lignis et duobus mansis renunciauimus, ut nichil iuris addicamus nobis ulterius in eisdem. Vt igitur hec nostra ordinatio semper firma permaneat presentem

litteram inde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt Andreas plebanus Diminensis, Thidericus plebanus in Germin, Olricus sacerdos, Johannes de Wahholt, Reibernus filius suus, Johannes Wlpes, Johannes de Erteneborh, Johannes de Gramazo, Willekinus Stolteuot et alii quem plures. Acta sunt anno domini M.CC.LXIX. idus Augusti.

Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Dargun Nr. 1; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1269) Nr. 5.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 559 Nr. 445; Meklenb. Urk.-Buch II S. 364 Nr. 1168 B.

893.

1269 August 13. (idus Augusti).

Das Kloster Berchen vergleicht sich mit dem Kloster Dargun über eine Insel am Ausfluß des Cummerower Sees, den Holzhieb und zwei Hufen.

Jo. prepositus et G. priorissa conuentus dominarum in insula sancte Marie omnibus hanc litteram uisuris salutem in domino. Notum uolumus esse tam presentibus quam futuris, quod super discordia, que uertebatur inter nos et H. abbatem Dargunensem ac conuentum ipsius de terminis insule, que stagno adiacet, mediantibus uiris prudentibus et honestis sic exstitit concordatum, quod dominus abbas iam dictus cum Alberto monacho ac camerario suo iuramento optinuit terminos insule predicte, prout nunc insula illa fossato cingitur, quod fossatum incipit ab inferiori parte stagni et protenditur in fluuium, qui a claustro descendit in stagnum. Actioni eciam quam habuit de lignis secandis et actioni quam habuit de mansis duobus, dominus abbas prenominatus renunciauit, ut nichil iuris sibi ulterius addiceret in eisdem. Vt igitur hec ordinatio semper firma permaneat, presentem litteram sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt Andreas plebanus in Dimin, Thidericus plebanus in Germin, Olricus, Johannes de Wahholt, Reibernus filius suus, Johannes Wlpis, Johannes de Erteneborh, Johannes de Gramazo, Willekinus Stolteuot et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M.CC.LXIX. idus Augusti.

Zwei Siegel an Pergamentstreifen anhängend.

Original im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 363 Nr. 1168 A.

894.

1269 August 23. (in uigilia Bartholomei apostoli) Stetin.

Herzog Barnim I. genehmigt den Verkauf des Dorfes Ramesowe mit zwanzig Hufen im Lande Ziethen durch Johannes Rahmel für 510 Mark Lübisch an die Kirche zu Lübeck.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnim dei gratia Slauorum dux omnibus presentem paginam uisuris salutem in domino. Que geruntur in tempore, ne lapsu temporis

senium obliuionis incurrant, solet ea testium subscripcio et scripture viuacitas perhennare. Nouerint [itaque tam pre]sentis(!) quam futuri temporis successores, quod de nostro consensu et voluntate Johannes dictus Romele miles et vassallus noster uillam Ramesowe integram con[tinentem vigin]ti mansos, que sita est in terra Cyten et parrochia Cyten ecclesie Lubicensi vendidit pro quingentis et decem marcis pecunie nu[mmorum] et Lubicensis monete, ... omne vtile dominium quod habebat in ipsa uilla videlicet libertatem vtilitatem presentem et futuram cum omnibus appendenciis, siluis et pascuis, pratis, agris cultis et incultis, viis, inuiis, exitibus, ingressibus, piscariis, aquis aquarumque decursibus, molendinorum aggeribus cum iudicio mortis et sangwinis, colli et manus ac minoris iusticie que uulgo quatuor solidorum iudicium nuncupatur. Preterea dicta villa debet esse libera ab omni exactione violenta vel p . . . . . et seruicio quod borchwerch et bruchwerch dicitur, vectura, aratura, ab omni eciam decimacione et iure ad episcopatum et Caminensem ecclesiam vel ad nos [pleno iure] pertinente, necnon a thelonii prestacione, si quod de euectione annone ipsius uille fuerit requirendum. Ne igitur huic empcioni et uendicioni aliqua in posterum possit calumpnia suboriri feodali iusticie que uulgo lenwere dicitur predictis libertatibus et vtilitatibus et omni iuri ac comodo, que nobis et heredibus nostris in dicta uilla nunc competunt vel in futurum competere possent, ob reuerenciam dei et incrementum prebendarum ecclesie Lubicensis liberaliter renunciamus et singula predicta de consensu heredum nostrorum cum proprietate eiusdem uille dicte Lubicensi ecclesie in perpetuum assignamus, in ipsam ecclesiam transferentes omne dominium vtile et directum. Ad cautelam autem et munimen contra quoslibet iniuriatores terminos eidem ville attinentes quibus locis et distinctionibus siti sint fecimus annotari et pariter limitari. A uilla itaque ipsa de uia qua itur Cyten protenditur pratum, cuius medietas ad uillam Ramesowe pertinet, ad collem quendam uersus occidentem et ab illo colle due paludes versus aquilonem protenduntur, que Sech et Sool dicuntur, ad quandam paludem, que Walkenpol dicitur. Ab hac palude directe ascendendo ad latam viam versus orientem distinguit magnus sulcus campos Bursowe et Kletikendorpe a nostro campo. A fine illius uia protenditur ad montem, qui Stenberch dicitur, a quo sulcus protenditur uersus austrum terminos ville Dentscin a terminis Ramesowe diuidendo. Huius rei testes sunt Rodolfus abbas de Stolp, Bauo abbas de Vznem, Conradus Stetinensis ecclesie prepositus primus, Heinricus plebanus de Cyten, Arnoldus plebanus de Lassan clerici, Conradus de Gutcecowe, Wernerus de Locich, Gobelo marschalcus, Ecbertus camerarius de Hildensim, Fredhericus de Hinnenborch, Heinricus(?) de Hakenbeke, Heinricus de Brizeke, Rodolfus Munt et filius eius Fredhericus Munt, Rodolfus de Nigenkerken, Johannes de Heitbrach, Johannes de Stenbeke, Adam de Gutzecowe, Wernerus de Zuerin, Reinnerus Hogheminne, milites, Johannes de Parchim, Gereke(?) de Bucgevice, Suetherus, Hermannus de Stolp, Willerus, consules de Tanchlim et alii clerici et laici quam plures. Vt autem hec ordinatio nostreque pietatis donacio rata semper permaneat et [a nobis] et a nostris successoribus inuiolabiliter obseruetur, presentis pagine priuilegium conscribi nostri et vxoris nostre Mecchildis sigilli munimine [fecimus] roborari. Datum Stetin anno domini M.CC.LXIX. in uigilia beati Bartholomei apostoli per manum Heinrici de Calowe capellani et notarii nostri.

Die beiden Siegel nebst Schnur abgerissen.

(Das sehr beschädigte) Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 5.

895.

1269 August 24. (die Bartholomei apostoli) Stetyn.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster Colbatz das alleinige Recht, in Damm auf der Plöne und auf dem Colpin[1]) vom Eintritt in das Klostergebiet bis zum Dammschen See Mühlen zu bauen.

Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus has literas inspecturis salutem in domino. Quia simplex religiosorum innocencia invndante peruersorum malicia invidie solet dentibus fatigari, venerabilem abbatem et conuentum de Colbas litere nostre tuicione defendere decreuimus in futurum. Vnde ad honorem dei et beate Marie uirginis dicto abbati et conuentui liberaliter indulgemus, ut in Dambe in aqua que Plona dicitur similiter et in Colpyn ab illo loco quo incipit intrare terminos eorum usque in stagnum Dambe nulli preter ipsos edificare licebit siue construere molendinum. Volumus eciam ut nullus sub obtentu alicuius priuilegii a nobis obtenti dicta flumina a suo presumat alueo siue meatu deducere in eorum dampnum siue detrimentum. Vt autem hec, que a nobis uel a nostris progenitoribus voluntarie deo et beate virgini in Colbas conuentui sunt indulta, ne quis ausu temerario infringere presumat vel eciam litigando deplagare, presentem paginam sigilli nostri munimine roborantes confirmamus. Testes sunt Hynricus notarius noster, Gobelinus marscalcus, Fredericus de Hyndenborch milites. Datum Stetyn anno domini M°.CC°.LXIX°. die Bartholomei apostoli.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 4ᵛ Nr. 11 (Transf. vom 1. März 1309).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 556 Nr. 442.

896.

1269 October 9. (VII°. idus Octobris) in uilla Brunsowe.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster Dargun das Eigenthum des Dorfes Warrenzin mit 23 Hufen.

Barnim dei gratia dux Stetinensis omnibus in perpetuum. Ea que geruntur a uiris prudentibus, ne qua possint attemptari calumpnia, eternari solent linguis testium ac testimonio litterarum. Hinc est quod notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod nos ob honorem dei ac gloriose uirginis Marie necnon ob salutem anime nostre cenobio in Dargun contulimus proprietatem uille Warencin cum viginti tribus mansis in ipsa contentis, cum terminis quos nunc habet, cum omni iure, liberam ab omni petitione, exactione seu quibuslibet seruitiis perpetuo possidendam. Vt igitur hec nostra donatio futuris temporibus semper firma permaneat, presentem litteram inde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt Conradus prepositus Stetinensis, Johannes marschalcus noster dictus de Berlin, Rodolfus de Nienkerken, milites, et alii quam plures. Data anno domini M°.C°C.LXVIII°I in uilla Brunsowe VII°. idus Octobris.

Siegel von der roth- und gelbseidenen Schnur abgefallen.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Meklenb. Urk.-Buch II S. 365 Nr. 1170.

---

[1]) Zwischen Damm und Neumark existirt noch ein jetzt als Wiesen verpachtetes Bruch genannt „up dem Kelpin“.

897.

1269 October 16.[1] (kalend[arum] Nouenbris in die confessorum Galli et Lulli) **Tanclem.**

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster Berchen die Dörfer Völschow und Cadow zu freiem Eigenthum.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus inperpetuum. Insignis veterum ac predecessorum nostrorum [ordinauit][2]) industria, ut que per nos rite fiunt ac iusto modo ordinantur, in quo debeant, scriptis ac dictis testium firmiter perhennari, ne per uetustatem temporum sortiantur obliuionis argumentum. Solet enim obliuio uniuersa facta demoliri et calumpnia delatoris locum sepius nouercandi. Vnde racio consulit et discrecio principum ordinauit, vt per priuilegia firmari debeant vniuersa, ne talia per errorem uergant in confusionem et iacturam deinceps paciantur. Hinc est quod scire volumus vniuersis presentis temporis et futuri, quod nos diuina suadente potentia venerabilibus et dilectis in Christo preposito Johanni dicto de Dubercowe, Glislen (!) priorisse totique conuentui sanctimonialium in Virghin famulantium deo contulimus proprietatem uillarum Volchecowe et Cadowe cum omnibus attinentiis et terminorum distinctionibus sicut a primeuo et prima possessione possessores predictarum uillarum possederunt. Conseruator igitur castorum corporum deus, qui cuncta metitur et ordinat, sperantes in se non derelinquit, immo pocius fouet et tuetur sicut in gloriosis virginibus patet predicti claustri Virchim, que cottidie in organo sancti spiritus ardenter laborant et estuant in dilecti dilectione dei fundendo preces pro nobis ac vniuersa militante ecclesia, ne propter peccati suggestionem et sepius iteratam transgressionem incidamus in offensam summi creatoris et iusti iudicis ulcionem. Cum predictum monasterium Virchin sepedicta collatione proprietatis antedicte villarum subscriptarum videlicet Volcecowe et Cadouue debeat perpetua firmitate gaudere, nos accedente assensu heredum nostrorum in predicti facti confirmationem presentem litteram sigilli nostri munimine iussimus roborari. Acta sunt hec hiis presentibus: venerabili patre domino Bauone abbate in Vznen, Andrea plebano in Dymin, Bertholdo Thuringo seniori, Hermanno marscalco dicto Hakenbeke, Willekino Stoltevot, Johanne de Scolentin et aliis multis fidedignis. Data Tanclem anno incarnationis domini M.CC.LX.nono kalend[arum] Nouenbris in die confessorum Galli et Lulli per manum Hinrici de Calowe capellani et notarii nostri.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Berchener Original-Matrikel f. 22v; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Berchener Matrikel S. 30 (1260).

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 441 Nr. 330 (1260); vergl. Quandt, Balt. Studien X. 1. 172 (1269 XVII kal. Nov.)

---

[1]) Die Datirung kalend. Nouenbris läßt sich mit in die confessorum Galli et Lulli (16. October) dadurch in Einklang bringen, daß man die auch in Pommerschen Urkunden in einzelnen Fällen gebräuchliche Zählweise in Anspruch nimmt, wonach die Tage des Monats, welche im Römischen Kalender nach den Kalenden des nächsten Monats bestimmt werden, als I. II. III. etc. kalendarum desselben bezeichnet sind, so daß in diesem Falle für den 16. October, den nächsten Tag nach den Iden des Monats, die Zählung nach den Kalenden des November beginnt und bei kalendarum gleichwie bei kalendas ein primo zu ergänzen ist.

[2]) Von Dreger hinzugefügt. Das Original hat hier eine Lücke.

898.

1269 November 19. (XIII. kalendas Decembris) Dimin.

Herzog Barnim I. befreit das von der Stadt Demmin gestiftete heil. Geist-Hospital von der Parochial-Gewalt der Stadtkirche und unterstellt es dem Rath daselbst.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis cristifidelibus in perpetuum. Quoniam generatio aduenit et generatio preterit, necessarium esse comprobatur, quod acta principum, que perpetuitati debent ex integro subiacere, ne decurrant cum continuo lapsu temporis adeo stabiliantur, ne uersucia malignancium in eis imposterum occasionem inueniat malignandi. Hinc est quod notum esse volumus generationibus presentibus et futuris, quod nos domum sancti spiritus sitam in ciuitate nostra Dimin dedimus in protectionem et potestatem eiusdem ciuitatis consulum et burgensium nobis dilectorum ut ijdem consules et burgenses eidem domui quam de eorum elemosinis construxerunt provideant in cunctis necessitatibus ac utilitatibus atque prosint, et quod post mortem domini Andree plebani in eadem domo sancti spiritus diuinum officium ordinent et procurent, prout eidem expediens fuerit atque decens, ita quod eadem domus sancti spiritus ecclesie parochiali in Dimin in nullo iure ecclesiastico sit subdita aut subiecta, et quod nullum respectum in diuino officio et ecclesiasticis sacramentis habeat ad eandem. Vt autem hec nostra donatio firma et inuiolabilis in perpetuum perseueret, eisdem consulibus et burgensibus presentem paginam dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius rei sunt Wernerus de Loziz, Heinricus Ursus, Johannes Romele de Lassan, Hermannus Hakenbeke, Johannes de Heidebrake, Johannes de Scolentin, Wilhelmus Stoltewt milites, Heinricus de Zagenz aduocatus noster et alii quam plures fidedigni. Datum Dimin per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini M.CC.LXIX. XIII. kalendas Decembris.

Original-Transsumt[1]) vom 25. Juni 1279 im Stadt-Archiv zu Demmin s. r. Nr. 8 (185); Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1269) Nr. 4.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 557 Nr. 443; Dähnert, Pomm. Bibl. V S. 87; Lisch, Urkunden des Geschlechts Behr I S. 97 Nr. 64.

899.

1269 December 7. (VII. idus Decembris) in Dargun.

Hermann, Bischof zu Camin, verkauft dem Kloster Dargun den Zehnten aus den Dörfern Caseburg und Garz für 100 Mark.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Cum omnia, que sub sole fiunt, uanitati ac obliuioni subiaceant, introductum est a sapientibus utiliter ac prouide, ut ea que ab ipsis geruntur, perpetue commendentur memorie linguis testium ac testimonio litterarum. Hinc est quod

[1]) Das Original-Transsumt ist nicht 1279 geschrieben, sondern trägt die Schriftzüge der Mitte des 14. Jahrhunderts. Der Schreiber zeigt allerdings das Bestreben, die älteren Züge nachzuahmen, so das alte einfache a, fällt aber stets in das zweistöckige a zurück. Das Siegel des Transsumts, welches an roth- und gelbseidener Schnur hing, ist leider abgefallen.

ad noticiam tam presentium quam futurorum uolumus peruenire, quod nos de communi consensu capituli nostri conuentui in Dargun uendidimus decimam proprietatis illius, quam habet in uillis Karzburch et duabus uillis uno nomine Gardiz uidelicet nuncupatis cum terminis ipsarum pro centum marcis denariorum eo iure ac libertate, qua ipsam habuimus, perpetuo possidendam. Ut igitur hec nostra uendicio futuris temporibus semper firma maneat et inconuulsa, presentem litteram inde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt Arnoldus prepositus dominarum de Yuenac, Andreas plebanus in Dimin, Heidhenricus et Albertus canonici Colbergenses, Hinricus comes de Kerecberg, Olricus marscalcus, Hinricus de Cudhene, Ludolfus de Lassana, Johannes Wlpes, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M°.CC°.LX°.IX°. VII°. idus Decembris, in Dargun, pontificatus nostri anno XVI°. Datum per manus magistri Lamberti notarii.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 368 Nr. 1173.

900.

1269 Camin.

Hermann, Bischof zu Camin, transsumirt die Bulle Pabst Gregors IX. d. d. 1238 XII kal. Aprilis Laterani, worin dieser dem Johanniter-Orden den Besitz von Liebeschau und Stargard bestätigt.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus universis fidelibus Christi notumfacimus quod nos literas domini pape Gregorii non cancellatas non abolitas nec in aliqua parte sui viciatas vidimus in hunc modum: Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis priori et fratribus hospitalis Jerosolimitani in Moravia salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu de Lubesow et de Stargrod domos cum pertinentiis suis, quas vobis a clare memorie G. principe Pomoranie, prout pertinebat ad ipsum, exemptas ab omni exactione seculari pia et provida liberalitate asseritis esse concessas velut in eius literis exinde confectis plenius noscitur contineri, sicut eas iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani XII kal. Aprilis, pontificatus nostri anno duodecimo. Nos autem Hermannus dei gratia ecclesie prefate episcopus, ne cuiquam in posterum aliquod dubium oriatur, presentem paginam nostro sigillo fecimus roborari, presentibus hiis: Adolfo decano et Henrico custode, Lamberto scolastico, Henrico et Petro canonicis ecclesie superius annotate, Ceslauo et Henrico militibus, et aliis nobilibus et ignobilibus fidedignis. Actum Camin anno incarnacionis dominice millesimo ducentesimo sexagesimo nono.

Copiarium der Deutschordens-Privilegien A. 18 fol. XLIX im Königl. Staats-Archiv zu Königsberg.

Gedruckt in Hasselbach-Kosegarten, Cod. Pom. dipl. S. 576 Nr. 267.

901.

1269 Stetyn.

Hermann, Bischof zu Camin, und Herzog Barnim I. bestimmen in Betreff des Zehnten des Dorfes Doberen, daß der Pfarrer daselbst vier Hufen frei von allen Lasten haben soll, desgleichen Getreide und Geld von jeder Hufe daselbst sowie im Dorfe Lyneke nach Landesbrauch.

Hermannus dei gracia Camynensis ecclesie episcopus, Barnym eadem gracia dux Slauorum omnibus inperpetuum. Quoniam cum fluxibilitate temporum vniuersa labuntur et obliuionis ac erroris sorciuntur argumentum, iustum fore dinoscitur ac consonum racioni, ut facta ecclesiarum, que per principes ac viros nobiles in rebus ecclesiasticis ordinantur, merito debeant dictis testium ac priuilegiorum instrumentis firmiter roborari. Hinc est quod scire volumus presentes ac futuros, quod de prudentum atque fidelium nostrorum consilio de decima vill[e] Doberen, que olim ad parrochiam dicte uille dotaliter pertinebat, conuenimus in hunc modum: plebanus qui pro tempore in eadem ecclesia extiterit, quatuor mansos cum omnibus prouentibus suis sitos in villa memorata ab omni iugo seruitutis et qualibet exactione liberos et exemptos proprios habere debet suis ac suorum successorum vsibus perpetuis temporibus profuturos. Insuper dictus plebanus de singulis mansis eiusdem ville necnon ville Lyneke modium et denarium secundum terre consuetudinem percipiet et habebit. Dicta eciam villa Lyneke a parrochia prenotata requiret et accipiet ecclesiastica sacramenta. Ut autem nostra ordinacio firmitatem et robur perpetuum sorciatur, presentem paginam exinde confectam plebano memorato dari iussimus nostrorum sigillorum munimine roboratam. Huius ordinacionis testes sunt Johannes decanus Camynensis, Conradus prepositus sancte Marie in Stetyn, nobilis vir Henricus comes de Kirchberge, Kazimarus, Borko, Gobelo marscalcus, Fredericus de Hinnenborch, Conradus de Massowe, Tidericus de Cluzik, milites, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Datum Stetyn anno domini M̊.CC̊LX̊IX̊. per manum Henrici archidiaconi Stetynensis.

Original-Transf. vom J. 1342 in crastino diuisionis apostolorum im Archiv des Marienstifts zu Stettin s. r. Tit. I Sect. I Nr. 26; Matrikel des Marienstifts (Tit. I Sect. I Nr. 1) fol. 34; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Diplom. eccles. s. Mariae Stet. I Nr. 10; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Vidimirte Abschrift des Transsumts von 1342 im Transsumt von 1545 s. r. Wolg. Arch. Tit. 6/7 Nr. 16 fol. 222.

902.

1269.

Hermann, Bischof zu Camin, verkauft dem Kloster Dargun die Dörfer Nesin [und Nerese].

Notiz aus einem Pommerschen Archive (nicht zu ermitteln).

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 351 Nr. 1154.

903.

1269.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, willigt in die völlige Aufhebung der Stadt Schadegard bei Stralsund.

Wisslaus dei gratia princeps Ruianorum omnibus Christi fidelibus in salutis auctore

salutem. Quoniam facta mortalium cum lapsu temporis elabuntur, solent poni in ore testium aut scripture memorie commendari. Qua propter notum esse uolumus vniuersis, quod nos prudentum nostrorum vsi consilio burgensium nostrorum videlicet dilectorum Stralesund propter melius bonum et propter vtilitatem futuram ciuitatem nostram nouam, Schadegard dictam, duximus totaliter adnichilandam et tempore procedente aliam in loco magis apto, vbi nostris fidelibus necnon consulibus nostris dilectis expedire videbitur, exponendam. Ne igitur in posterum super hoc aliquod dubium oriatur, presentem paginam sigillo nostro mandauimus communiri. Cum autem hec agerentur hii testes astabant: dominus Borantus et dominus Gosslaus de Bardis, dominus Johannes Bere et junior domicellus Jaromarus et commune consilium Stralesundis. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.LX. nono. Jarosslaus et dominus Chotannus interfuerunt cum predictis.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Jur. publ. Tom. XI fol. 22.

Gedruckt in Dreger, Cod. Pom. dipl. S. 131 Nr. 74 (1229); Schwarz, Gesch. der Pomm. Städte S. 33 (1229); A. Brandenburg, Wo stand Stralsund? 1830 S. 12, 13 (1229); Hasselbach-Kosegarten, Cod. Pom. dipl. Nr. 176 (1229); Fabricius II Nr. 20 (1229); Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 92 Nr. 61.

904.

1270 Januar 2. (quarto nonas Januarii) Vkermunde.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster zu Ueckermünde das Patronat der Nicolaikirche daselbst und der davon abhängigen Kirche zu Liepgarten.

Barnym dei gracia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam generacio preterit et generacio aduenit, necesse [est] vt acta principum que robur perpetue firmitatis sortiri debent que fiunt sub tempore defluente, ne cum lapsu temporis euanescant, scripture perhennitate (necesse est ut) adeo perhennantur (!), ut versucia malignancium occasionem aut uiam imposterum non inueniat malignandi. Hinc est quod notum esse volumus tam nacionibus presentibus quam futuris, quod nos dilectis nobis in Cristo viris religiosis priori et conuentui ordinis sancti Victoris viuentibus secundum beati regulam Augustini manentibus in ciuitate nostra Vkermunde donauimus et dedimus ius patronatus ecclesie parrochialis, que constructa est et edificata in honorem sancti pontificis Nicolai in prefata ciuitate nostra Vkermunde et ius patronatus ecclesie ville Lipegor ab ea dependente feliciter in perpetuum possidendum, vt proinde pro nobis et pro nostris antecessoribus cognatis et affinibus clemenciam saluatoris iugiter interpellent. Vt autem hec nostra donatio firma et inconcussa et inuiolabilis temporibus perpetuis perseueret, eisdem presens instrumentum in sempiternum munimentum dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius rei sunt Conradus prepositus Stetinensis ecclesie, Conradus capellanus vxoris nostre, Johannes quondam plebanus in Vkermunde, clerici, Johannes de Berlyn, Rodolphus de Nyenkerken, Oldagus, Johannes de Brusewiz, Otto de Lo, milites, et alii plures, quorum hic non sunt nomina subnotata. Datum Vkermunde per manum magistri Rodolphi curie nostre notarii anno domini M.°CC.°LXX° quarto nonas Januarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrikel (p. 6) P. I Nr. 3; P. II Nr. 37; Dreger. Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 493 (1274 Januar 5.)

905.

1270 Januar 5. (nonas Januarii) Dimin.

Herzog Barnim I. befreit 12 Haffkähne des Klosters Dargun im Dorfe Kaseburg vom Wasserzoll.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam generatio preterit et generatio aduenit, necesse est, ut acta principum, que sub tempore defluente fiunt, que robur perpetue firmitatis sortiri debent, scriptis autenticis aut testibus ydoneis adeo roborentur, ne imposterum uersutorum malicia viam inueniat malignandi. Hinc est quod notum esse volumus nationibus presentibus et futuris, quod nos ab reuerenciam omnipotentis dei eiusque matris Marie virginis intemerate donauimus abbati et conuentui ordinis Cystercii in Dargun in villa eorum, que uocatur Karsibur, que iacet iuxta Zwinam, duodecim nauiculas que wlgariter uocantur hafkanen, liberas ab aque omnimoda pensione, vt proinde pro nobis et pro nostris progenitoribus implorent clemenciam saluatoris. Vt autem hec nostra donatio semper firma et inuiolabilis in perpetuum perseueret, eisdem presens instrumentum dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius rei sunt Conradus prepositus ecclesie Stetinensis, clericus, Wernerus de Loziz, Heinricus Ursus, Johannes Romelo, Conradus de Massow, Hermannus Hakenbeke, Fredericus de Hinnenborch, milites, et alii quam plures fide digni. Datum Dimin, per manum magistri Rodolphi, curie nostre notarii, anno domini M̊.CC̊.LXX̊. nonas Januarii.

Siegel von der roth-, grün- und gelb-seidenen Schnur abgefallen.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden I S. 415 Nr. 65; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 98 Nr. 65; Meklenb. Urk.-Buch II S. 372 Nr. 1179.

906. Unecht[1]).

1270 Januar 16. (XVII. kalendas Februarii) Stetyn.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster zu Usedom das Dorf Görke, den Hof Lutebog und einen Theil des Sees zwischen Cachlin und Lutebog im Lande Usedom.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniversis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit in perpetuum. Quoniam cum instabilitate temporum vniversa acta hominum euanescunt et mutantur et nichil stabilis et certi remanet iam sub sole, necesse est ut acta principum que sub temporis decursu fiunt que robur sortiri debent perpetue firmitatis, scripture perpetuitate et testium ydoneitate adeo stabilitantur(!), ne in eis versutorum malicia viam aut occasionem in posterum inueniat malignandi. Hinc est quod notum esse uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos donauimus et per presentes donamus abbati et conuentui dilectis nobis ordinis Premonstratensis monasterii sancti Godehardi et eciam ipsi monasterio in Vznam villam dictam Gůreke sitam in terra Vznamensi cum omni iure, minore et majore, tangente manum et collum, necnon cum omni proprietate, cum siluis, pratis, pascuis, paludibus, nemoribus, agris cultis et incultis, cum metis et distinctionibus ipsi uille adjacentibus, perpetuǒ tempore feliciter possidendam. Insuper dedimus eisdem curiam dictam Lutebůc in

[1]) Schrift aus der Mitte des 14. Jahrhunderts. Die folgende Urkunde hat als genaue Vorlage gedient.

eadem terra sitam, cum omni iure minore et majore, tangente manum et collum, necnon cum omni proprietate dicte curie adjacente. Insuper dedimus eisdem partem stagni iacentis infra uillam Gagghelyn et curiam Lutebůc cum omni jure et proprietate, quantum infra eandem villam et dictam curiam uera meta et distinctio se extendit, perpetuis temporibus salubriter perfruendam. Vt autem hee donaciones nostre firme et inconcusse tempore perpetuo perseuerent, antedictis abbati et conuentui presentem paginam dari fecimus in irrefragabile munimentum sigilli nostri munimine roboratam. Testes hujus rei sunt Conradus prepositus ecclesie Stetynensis, Johannes prepositus sanctimonialium ibidem, clerici; item Kazymarus, Borko, Hinricus Ursus, Johannes de Leuenowe, Gobele, Fredericus de Hindemborgh, Hermannus Hakenbeke, milites, et alii quam plures. Datum per manum magistri Rodolphi, curie nostre notarii, Stetyn anno domini M°.CC°LXX° XVII. kalendas Februarii.

Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 34; Pudaglaer Matrikel fol. 23 (XIX. A); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 447; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzens Extract fol. 108ᵛ.

Gedruckt in Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 99 Nr. 66.

907.

1270 Januar 16. (XVII kalendas Februarii) Stetin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster zu Usedom den schwarzen See bei Usedom, giebt die Erlaubniß, die Flene in denselben zu leiten, und fügt Land zum Bau einer Mühle und eines Dammes hinzu.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam cum instabilitate temporum vniuersa acta hominum euanescunt et mutantur et nichil stabilis et certi remanet iam sub sole, necesse est ut acta principum, que sub temporis decursu fiunt, que robur sortiri debent perpetue firmitatis, scripture perpetuitate et testium ydoneitate adeo stabiliantur, ne in eis uersutorum malicia viam aut occasionem imposterum inueniat malignandi. Hinc est quod notum esse volumus nationibus presentibus et futuris, quod nos donauimus . . abbati et conuentui dilectis nobis ordinis Premonstratensis monasterii sancti Godeardi et eciam ipsi monasterio in Vznam stagnum, quod vocatur Nigrum Stagnum, quod iacet sub castro et vallo Vzomensi uersus occidentem, perpetuo tempore feliciter possidendum. Insuper licenciauimus et dedimus eisdem plenariam libertatem ducendi stagnum, quod appellatur Vilemniza, in itidem Nigrum Stagnum. Dedimus eciam predictis locum, qui iacet inter predictum castrum et viam regiam descen[den]do ad stagnum uersus] orientem, ad construendum molendinum et ad faciendum aggerem circa idem, et hoc retro cimiterium et de cimiterio sancti Pauli uersus orientem. Vt autem hee donationes nostre firme et inconcusse tempore perpetuo perseuerent, antedictis abbati et conuentui presentem paginam dari fecimus in irrefragabile munimentum sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius rei sunt Conradus prepositus ecclesie Stetinensis, Johannes prepositus sanctimonialium ibidem, clerici; item Kazimarus, Borco, Heinricus Ursus, Johannes de Leuenow, Gobelo, Fredericus de Hindenborch, Hermannus Hakenbeke, milites,

et alii quam plures. Datum per manum magistri Rodolfi, curie nostre notarii, Stetin, anno domini M.CC.LXX. XVII kalendas Februarii.

Siegel mit Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 33; Original-Transf. vom 13. Juni 1317 ebendas. Nr. 77; Pudaglaer Matrikel fol. 23 (XIX. B); Transf. vom 13. Juni 1317 fol. 32 (XXVIII. A); Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzens Extract fol. 111v.

Gedruckt in Lisch, Urk. des Geschl. Behr II S. 184 Nr. 263.

908.

1270 Januar 17. (die Antonii) Slawen.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, und sein Bruder Jaromar übertragen dem Kloster Bukow das Dorf Panknin mit dem Flusse Grabow.

Wizlaus dei gratia Rugianorum princeps omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris salutem in dei filio Jesu Cristo. Omnium habere memoriam non humanitati sed potius secundum diuinas sanctiones attribuitur deitati et ideo, quia labilis est hominum memoria utpote a primi parentis inobedientia vitiata et rerum gestarum recordatio celeri obliuione deletur, veneranda decreuit antiquitas facta mortalium testium subscriptionibus et sigillorum appensionibus roborari. Ea propter declaramus vniuersis, quod nos vna cum fratre Jaromaro ob reuerentiam intemerate virginis Marie claustro Bucowe et fratribus inibi domino famulantibus Cisterciensis ordinis, Camminensis diocesis, villam Pankonin dictam cum omnibus pertinentiis, agris cultis et incultis, pratis, piscationibus, nemoribus, molendinis et aqua Vethra dicta et cum omni vtilitate, que nunc est aut in posterum adinuenta fuerit, et cum omni jure videlicet etiam capitalis sententie obtulimus et contulimus proprietatis titulo perpetuo possidendam. Ne igitur super hoc aliquod dubium oriatur, presentem paginam sigillo nostro mandauimus communiri. Acta sunt hec Slawen anno incarnationis domini millesimo ducentesimo septuagesimo die Antonii. Cum autem hec agerentur hi testes astabant: dominus Johannes decanus Caminensis, dominus Bispraus miles, dominus Johannes Vrsus, dominus Slaomerus, dominus Vircheuitz miles, dominus Domaslaus miles et alii quam plures milites et famuli. Datum per manus domini Johannis notarii.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 57; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 458.

Gedruckt in Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 100 Nr. 67; Fabricius III Nr. 100.

909.

1270 Februar 12. (secundo ydus Februarii) Zwerin.

Pribislaw, Fürst zu Wollin, genannt von Wenden, entsagt seinen Ansprüchen auf die Stadt Parchim zu Gunsten der Grafen Gunzelin und Helmold von Schwerin.

Pribezlaus dei gracia dominus in Wolin, dictus de Slavia, omnibus presentes litteras inspecturis in vero salutari salutem. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris,

quod nos propter dilectionem et bone voluntatis exhibitionem, quam nobis et nostris pueris dilecti et speciales nostri Gunzelinus et Helmoldus comites de Zwerin persepius exhibuerunt, sicut adhuc facere intendunt, ipsos gratuita seruitute modis quibus poterimus intendimus promouere. Et pro eo, ut filiam nostram adhuc maritandam recipiant in domum suam et teneant, quousque de nostro consilio nuptui eam tradant, renunctiamus et renunctiauimus omni impetitioni et actioni, quam habuimus contra iam dictos comites super bonis omnibus ad nos quondam pertinentibus, que ad vsus ipsorum deuenerunt, sicut adhuc in ipsorum retinent potestate, ipsosque cum heredibus suis super hiis omnibus coram deo et hominibus integraliter dimisimus absolutos, ita videlicet quod iam dicti comites Zwerinenses et eorum heredes a nobis et a nostris heredibus nullam penitus de ciuitate Parchem cum bonis aliis, sicut premisimus, habeant impetitionem siue inquietationem, necnon et super omnibus que inter nos fuerunt hactenus alicuius questionis. Huius facti nostri testes sunt nobilis vir comes Heinricus de Dannenberge, Johannes de Wittenborch decanus Zwerinensis, Richardus de Luneborgh, Johannes de Trebowe, magister Mauricius, ibidem canonici, dominus Daniel prior de Reyneuelde et dominus Sifridus monachus ibidem, Heinricus de Insula, Arnoldus Brusehauere, Johannes de Bruseviz, Deneke de Weltzin, Hermannus dictus Roskule, dominus Reynboldus Scerf, Floreke de Stuc, Ericus de Luneborch et Nicolaus dictus Vos de Reberge et alii quam plures. Vt autem hec premissa a nobis et a nostris heredibus inuiolabiliter obseruentur, presentes litteras conscribi fecimus sigilli nostri robore communitas. Datum et actum Zwerin anno gracie M°.CC°.LXX°., secundo ydus Februarii.

Siegelbruchstücke am Pergamentstreifen noch vorhanden.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Rudloff, Urk. Lief. S. 59; Clemann, Chronik von Parchim S. 116; Mekl. Urkunden-Buch II S. 372 Nr. 1180.

910.

1270 März 15. (idus Martii) Camin.

Das Domkapitel zu Camin tauscht mit dem Kloster zu Usedom die Dörfer Gnewentin und Murigneuitz (Morgenitz?) und die Zehnten der Dörfer Retzow und Neverow gegen das Dorf Jargenow im Lande Gützkow, sowie die Zehnten der Dörfer Crinisitz, Szuinariuitz, Mildotitz, Bialdedamb, Lodino, Vkerz gegen das Dorf Damerow bei Naugard.

In nomine domini amen. Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus, Lambertus prepositus, Johannes decanus totumque eiusdem ecclesie capitulum omnibus in perpetuum. Quoniam ea que rationabiliter fiunt obliuionis nubilo sepius obducuntur per momenta temporum successura, ideo necesse est ut talia scriptis et dictis testium roborentur, ne factum precedentium ignoret posteritas sequtura(!). Nouerit igitur etas presentium et discat reuerenda successio futurorum, quod de communi consensu dedimus domino abbati et conuentui ecclesie sancte Marie sanctique Godehardi in Vznam villas Gneuentin et Murigneuitz cum fundo, decima, agris cultis et incultis, aquis, piscationibus, pratis, pascuis, siluis, paludibus, omni jure et utilitate, et integras decimas duarum uillarum uidelicet Redesowe et Nieuerowe perpetuo possidendas. In predictarum autem uillarum et decimarum restaurum dederunt nobis predicti dominus abbas et conuentus uillam nomine Jarogneu

cum fundo, decima et molendino, cum pascuis, pratis et omni utilitate. Preterea dedimus domino abbati et conuentui ecclesie predicte integras decimas sex uillarum, quarum nomina sunt hec: Crinisitz, Szuinariuitz, Mildotitz, Bialdedamb, Lodino, Vkerz, in quibus singulis annis recepimus tercium dimidium lastonem communis annone et uiginti quatuor solidos denariorum. Pro hiis autem sex uillarum decimis sepedicti dominus abbas et conuentus dederunt nobis et ecclesie nostre in restaurum condignum uillam Dambrow dictam, iuxta Nouegard sitam, cum fundo, decima, molendino, terminis huc usque habitis, omni utilitate atque iure!, aquis, pascuis, pratis, nemoribus, piscationibus atque agris cultis et incultis, perpetuis temporibus profuturam. In hys autem decimis prenotatis quantumcumque rationabiliter suam conditionem dicti dominus abbas et conuentus poterunt emendare, a nobis super eo liberam habebunt facultatem. Huius autem donationis testes sunt dominus Johannes abbas Dargunensis, dominus Rodolfus abbas Stolpensis, dominus Mauricius abbas Belbochcensis, Florencius lector Caminensis, Hinricus plebanus Vznomensis, clerici; nobilis uir comes Hinricus de Kerkenberch, Vlricus marskalcus, Liudeko de Lessan, Johannes Romele, milites, et alii quam plures clerici et layci fidedigni. Ne autem dubietas super premissis in posterum ualeat exoriri, presentem paginam nostrorum sigillorum munimine duximus muniendam. Datum Camin anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo idus Martii per manum Hinrici archidiaconi Stetinensis notarii nostri.

Die beiden Siegel abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 35; Pudaglaer Matrikel (p. 190) fol. 43 (XXXIX. A); Dreger, Cod. Pom. dipl. Msc. II Nr. 460; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempßens Extract fol. 119[v].

Gedruckt in Fabricius III Regeste 153[b].

911.

1270 März 15. (idus Marcii) Camin.

Hermann, Bischof zu Camin, und das Domkapitel daselbst bestätigen den Verkauf von 20 Hufen zu Ramsowe durch Johannes Rahmel an das Domkapitel zu Lübeck.

Honorabilibus uiris et discretis . . preposito, . . decano totique capitulo Lubicensis ecclesie H. dei gratia Caminensis ecclesie episcopus, L. prepositus, Jo. decanus totumque eiusdem ecclesie capitulum cum orationibus deuotis ad queque obsequia et beneplacita se beniuolos et paratos. Nouerit uestra discretio, quod uenditionem XX. mansorum in uilla Ramsowe inter nos et Johannem Romele militem factam quo ad proprietatem decime predictorum mansorum, que ad nostram ecclesiam pertinebat, ratam habemus et acceptam. Testes huius facti sunt Barnim dux Slauorum, nobilis uir comes de Kirberch, Bertoldus Thuringus, H. Ursus, R. de Nienkerken, Kasemarus, Borko, Bizprawe, Jo. de Pentz, Pribezlaus, milites, et quam plures fidedigni. In cuius rei euidens testimonium presentes litteras nostrorum sigillorum munimine fecimus communire. Datum Camin anno domini M̊.CC̊.LXX̊., idus Marcii.

Registrum I des Lübecker Domkapitels Nr. 134 im Großherzogl. Archiv zu Oldenburg.

Gedruckt in Leverkus, Urk. des Bisth. Lübeck I S. 205 Nr. 207; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 101 Nr. 68.

912.

1270 März 25. (octauo kalendas Aprilis) in Germin.

Otto, Bischof zu Minden, gewährt denen, welche zum Bau des Klosters Verchen hülfreiche Hand leisten, 40tägigen Ablaß.

Otto dei gratia Mindensis ecclesie episcopus omnibus in Christo credentibus in domino salutem. Tam futurorum quam presentium discretionem volumus agnouisse, quod nos omnium sanctorum meritis infirmitati nostre cooperantibus omnibus uere penitentibus et confessis qui ad ecclesiam beate Marie uirginis in Virchin, in qua sanctimoniales die noctuque deo deuote famulantur, manum porrexerint adiutricem, si tamen ratihabicio domini dyocesani accesserit, vnam karenam et quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum in Germin anno domini M.CC.LXX octauo kalendas Aprilis pontificatus nostri anno tertio.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 28; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 448; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 37.

913.

1270 April 6. (die Palmarum) Zwerin.

Hermann, Bischof zu Schwerin, sichert denen, welche zum Bau des Klosters Verchen Hülfe geleistet haben, 40tägigen Ablaß zu.

Hermannus dei gratia Zwerinensis episcopus vniuersis Christi fidelibus, ad quos hee litere peruenerint, salutem in domino. Cum dilecte in Christo sorores ordinis Cluniacensis Caminensis diocesis, prout uerius nobis constat, domum in Virchin de nouo edificare ceperint opere quam plurimum sumptuoso, nec ad eius perfectionem proprie possint sufficere facultates, nisi piis fidelium elemosinis adiuuentur, vniuersitatem vestram rogamus et monemus et hortamur in domino, in remissionem peccaminum vobis iniungentes, quatinus dictis sororibus ad dictam fabricam feliciter consumendam de bonis vestris a deo collatis pias elemosinas et grata karitatis subsidia erogetis, ut per hec et alia bona que domino inspirante feceritis, possitis ad eterne beatitudinis premia peruenire. Nos autem de omnipotentis dei misericordia beate Marie semper virginis sanctique Johannis ewangeliste ac nostra confisi auctoritate omnibus vere penitentibus et confessis, qui in predicte domus subuentionem manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies et carenam de iniuncta eis penitentia misericorditer relaxamus. Datum Zwerin anno domini M.CC.LXX. die Palmarum pontificatus nostri anno septimo.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 27ᵛ; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 449; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 36.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 381 Nr. 1189.

914.

1270 April 16. (feria quarta proxima post diem Pasche) Colonie.

Albert, Predigermönch und ehemaliger Bischof zu Regensburg, belegt Herzog Barnim I. mit etlichen Vasallen und den Abt zu Colbatz mit dem Interdict, weil sie trotz Kirchenbannes den Johannitern noch immer den District Stargard vorenthalten.

In nomine domini amen. Quia . . abbas de Colbaz ordinis Cisterciensis et nobilis vir B. dux Sclauorum seu Stettinensis, Johannes de Libenowe, Gobelo marschalcus, Arnoldus et Theodericus de Pinnowe, Thidericus de Gottene, milites, Johannes de Sukowe et frater eius Ludewigus de Wedele, Henricus, Johannes et Walterus de [Sadelowe, Gu]nterus de Sadelowe et Dithmarus frater eius, dicti Stalbom, Henricus, Johannes et Henricus de Tumerzelize, Brendekinus, Martinus et fratres eorum, Johannes de Gerbotesdorf et fratres sui, Martinus dictus Swache, Johannes de Benze, Johannes de Valkinberg, Johannes socer Henrici dicti Vngnade, Henricus de Suchowe, relicta quondam Ludekini de Bazdowe et Johannes filius eius Caminensis diocesis dudum excommunicati a me ad instanciam religiosorum virorum . . magistri et fratrum sacre domus hospitalis Jerosolymitane in Alamannia pro eo, quod ipsi contra inhibitionem et monicionem meam temere venientes dictos magistrum et fratres per maliciam et potenciam suam inpediuerunt et diligenter moniti non cessabant inpedire, quominus ipse . . magister et fratres possessionem vel quasi castri de Rez et de Corichowe, Clukim, Zukam, Zukowe, Sadelowe, Sulim et de Tumerzeliz villarum et oppidi de Stargart cum suis pertinenciis adipiscerentur et adepti pacifice gauderent, nullam causam racionabilem pretendentes, quare ab inpedimento huiusmodi non deberent desistere a sua pertinacia resipiscere non curarunt, set in ipsa excommunicacionis sentencia hactenus misere et dampnabiliter sorduerunt et adhuc sordescere non formidant. Ipse eciam B. dux malum malo cumulans in religiosos viros fratrem Petrum sacerdotem et fratrem Ludewicum diaconum hospitalis eiusdem de Mirowe abhominabili tirannide seuiens ipsos et quosdam famulos itineris sui socios, qui pro execucione mandati mei immo verius sedis apostolice ad terram ipsius ducis uenerant, equis, indumentis, litteris et aliis rebus temere spoliari et diuersis contumeliis affici et captiuari et in uinculis ac compedibus diutius castigari precepit ausu sacrilego in salutis sue periculum et in contemptum sancte matris ecclesie clauium et in scandalum plurimorum, sicut ipsa rei euidencia, que nulla tergiuersatione celari potest, me reddidit certiorem. Et dignum est, quod crescente rebellionis contumacia seu pertinacia crescere debeat et pena. Ego frater Albertus de ordine predicatorum episcopus quondam Ratisponensis executor a sede apostolica deputatus predictam excommunicacionis sentenciam per me in eos latam aggrauans vxores et familias ducis, militum et laicorum predictorum, abbatis quoque ipsius de Colbaz et relicte prefate familias seculares in nomine domini licet non absque dolore cordis presenti scripto subpono ecclesiastico interdicto auctoritate mihi a sede apostolica tradita. Memoratum eciam ducem, qui predictos Petrum sacerdotem et Ludewicum diaconum captiuauit et carcerali custodia mancipauit et omnes suos in hac parte complices et fautores denuncio ex hoc sentenciam canonis incurrisse. Actum Colonie, feria quarta proxima post diem Pasche anno domini M̊.C̊C.LXX̊.

Siegel mit Pergamentstreifen abgeschnitten.

Original im Geh. Staats-Archiv zu Berlin (Johanniterorden).

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. I 6. S. 18 Nr. 17; Klempin, Regesta Neom. S. 24.

915.

1270 Mai 4. (IIII nonas Mai dominica Jubilate) in Prinlau.

Hermann, Bischof zu Camin, transsumirt eine Urkunde seines Vorgängers Wilhelm vom 29. März 1247—48 (Bd. I S. 356 Nr. 458) für das Kloster Chorin.

H[ermannus] dei gratia Caminensis ecclesie episcopus vniuersis in Cristo fidelibus presentibus et futuris perpetuam in domino salutem. Cum donationes precedentium facte in nichilum proderunt, nisi justo et pacis a subsequentibus tytulo possideantur, tam posteros quam presentes quoslibet Cristi fideles scire cupimus, nos priuilegium predecessoris nostri venerabilis patris ac domini Wilhelmi Caminensis ecclesie quondam episcopi suique conuentus quadam super decima a fratribus ecclesie Leninensis recepisse in hec verba: (folgt Band I S. 356 Nr. 458).

Cum igitur dicti fratres floreant priuilegio muniti et ut memoria nostri apud ipsos sedulius habeatur, de donatione pretaxata fratrum Leninensium nos de auctoritate nostra et consensu capituli Leninensis claustro in Paliz fratribusque ibidem deo famulantibus, cum de gremio vnius sint ecclesie, decimam .C. et XX. mansorum in villa Godekensdorp et Woltdorp in supranominato territorio jacentium confirmamus. Vt igitur hec nostra donatio perpetuis temporibus maneat inconwlsa et a nullo penitus irritanda, ipsam presenti scripto ac sigilli nostri munimine decreuimus communire. Testes autem huius confirmationis sunt Johannes decanus, Heiricus (!) thesaurarius, Lambertus scolasticus, Heiricus (!) archidiaconus Stetinensis, Johannes prepositus in Gramzowe, comes Heiricus (!). Datum in [1]) Prinlau (!) anno domini M.CC.LXX. IIII nonas Mai dominica Jubilate, pontificatus nostri anno XVII, die consecrationis ecclesie fratrum minorum loci ejusdem.

An rothseidenen und weißen Zwirnsfäden hängt das wohlerhaltene Siegel des Bischofs von grünem Wachs.

Original im Geheimen Staats-Archiv zu Berlin ad 434ᵇ (Lehnin); Original-Transs. vom Jahre 1311 ebendas.; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 460ᵇ; Copie von Wohlbrücks Hand in der Joachimsthalschen Schulbibliothek.

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. I 13 S. 235 Nr. 48 (Transs. von 1311); ebendas.. I 10 S. 213 Nr. 65 und S. 238 Nr. 120 (Transs. vom 5. Mai 1335); ebendas. I 10 S. 410; Hasselbach-Kosegarten, Cod. Pom. dipl. S. 780; Kletke, Regesta Neom. S. 25.

916.

1270 Juni 29. (in die apostolorum Petri et Pauli.)

Herzog Barnim I. bezeugt, daß der Ritter Pribislaw dem Kloster Belbuck den See und Fluß Rega mit den angrenzenden beiden Ufern für 300 Mark abgetreten hat, ausgenommen zwei Schillinge von der Last Häring und vier Pfennige vom Legel Bier, welche dem Kämmerer Bisprow zustehen, desgleichen den zehnten Pfennig des Bischofs und den neunten einer Vikarie zu Camin, den Krug und die Fähre.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum

[1]) in steht im Originale doppelt.

omnibus praesens instrumentum inspecturis in perpetuum. Euocati in partem sollicitudinis monarchiae nostra interest, ex potestate nobis a domino tradita et concessa monasteriis deo dicatis in suis contractibus et pro sua quiete rationabiliter celebratis sic adesse, ne peruersorum hominum astutia et quaerentium ea que sua non sunt, contractus prouide celebratus et quies religionis ausu temerario perturbetur. Nouerit igitur aetas praesentium et discat reuerenda successio futurorum, quod inter Pribizlauum militem ex una, religiosum uirum abbatem et conuentum monasterii sancti Petri in Belboch parte ex altera super stagno et Rega fluuio preterfluente stagnum, nec non villis utroque littori adiacentibus a medio fluuio Nifloza uersus occidentem usque ad locum, qui uocatur Duirin uersus orientem, contractus emptionis talis in nostra est praesentia celebratus, quod abbas et conuentus trecentis marcis denariorum ipsam Regam et villas cum pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, agris cultis et incultis, aquis, piscationibus vsuagiis et omni iure ab eo emptionis titulo redemerint, exceptis pensionibus spectantibus ad militem Bisprauum, camerarium nostrum, uidelicet duobus solidis denariorum de lastone allec, quod ab hospitibus ibidem fuerit sale conditum et quatuor denariis de vnaquaque lagena ceruisiae quae inibi ab hospitibus uendita fuerit uel distracta, decimo etiam denario episcopi exempto et nono spectante ad vnam vicariam ecclesiae Caminensis qui de remis nauium de mari allec educentium persoluentur, et exceptis taberna et traductu spectantibus ad canonicos Caminenses. Nos uero considerantes gratuitum obsequium militis memorati, considerantes etiam quod quicquid religiosis domibus uel monasteriis pie ac fideliter fuerit erogatum, ad donatorem multipliciter reuertetur, contractum memoratum ratum et gratum habentes dictis abbati et conuentui monasterii sancti Petri in Belboch perpetuo de mera liberalitate donamus. Huius contractus et donationis testes sunt Johannes decanus Caminensis, Hinricus custos, Gerardus de Gusztrow, Caminenses canonici, Nicolaus canonicus Colbergensis, Albertus de Szirkwitz plebanus, Kazimarus, Gneumarus, Dubizlauus, Virchwitz, milites, et alii quam plures. Vt autem haec nostra donatio futuris temporibus rata sit et incommutabilis perseueret, praesens instrumentum sigilli nostri munimine consignitum dictis abbati et conuentui duximus in testimonium largiendum. Acta sunt haec anno gratiae millesimo ducentesimo septuagesimo in die apostolorum Petri et Pauli datum.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matrikel (p. 37) fol. 21 Nr. 20; fol. 59v Nr. 52 (Transs. vom 21. Jan. 1310); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 450.

Gedruckt in v. Eickstedt, Urk.-Samml. I S. 54 Nr. 17; Kratz, Gesch. des Geschl. v. Kleist I S. 22 Nr. 50.

917. Unecht.[1])

1270 Juni 29. (ipso die apostolorum Petri et Pauli) in castro nostro Vkermunde.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß der Abt zu Belbuck dem Kämmerer Pribislaw 500 Mark für seine Besitzungen am See Niflose und der Rega mit der villa piscatorum, ausgenommen den Krug und die Fähre, welche dem Caminer Domkapitel zustehen, ausgezahlt habe.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Barnim dei gratia dux Cassubiae et Slauorum vniversis et singulis fidelibus ad quos praesens peruenerit scriptum praesentibus

[1]) Die Urkunde ist gefälscht, wie die Vergleichung mit der vorigen Nummer ergiebt. Denn wenn Barnim in letzterer die Abtretung des Sees und Flusses Rega mit den Ufern für 300 Mark durch Ritter Pribislaw an

et futuris in perpetuum. Cupientes uitam istam in pace deducere et ad pacis datorem deum ipso largiente pertingere uitam pacificam et quietam sub nostra ditione uiuentibus libenter prouidemus. Vnde ex potestate nobis a domino deo tradita monasteriis et deo dicatis ecclesiis in suis contractibus pro sua quiete rationabiliter celebratis sic adesse uolumus, ne peruersorum hominum astutia quaerentium quae sua non sunt, contractus prouide celebratus infringatur atque quies religionis perturbetur. Constet igitur omnibus tam praesentibus quam futuris, quod materia quaedam rancoris et rixae suscitata et aliquamdiu mota in nostra audientia inter venerabilem virum abbatem et conuentum monasterii apostolorum Petri et Pauli in Belbog parte ex una et strennuum militem Pribslaum camerarium nostrum parte ex opposita super domineo, proprietate et possessione quarundam villarum et terminorum videlicet a medio fluuio Nifloza uersus occidentem et Rega fluuio et villis utrique littori adiacentibus et villa in portu vbi Rega fluuius mari salso conjungitur usque ad locum qui uulgariter nominatur Dwyrin, ubi territorium ciuitatis Colberge terminatur, abbate allegante et docente, quod praedictae possessiones, villae et proprietates iam dudum a nostris proauis et progenitoribus principibus ad diuini cultus augmentum suo forent monasterio in perpetuam elemosinam large liberaliterque erogate, camerario opponente ac dicente, praedicta bona et possessiones ex haereditaria patrum suorum sibi successione cadere nec haereditate sibi patrio iure debita quouismodo debere abalienari. Quibus eo modo diu multumque disceptantibus, de nostro fauore nobilium nostrorum persuasi consiliis in hunc modum consenserunt, quod camerarius noster praedicta bona, villas, terminos et possessiones statuetur abbati pro ecclesia sua competenti praetio redimendam. Intermediantibus ergo virorum prudentum placitis, abbas pro ipsis bonis terminis et possessionibus nostro camerario praedicto quingentas marcas integraliter finaliter et bene persoluit. Et camerarius noster pro se suisque haeredibus omnium iuri, domine[o], proprietati et possessioni praefatorum terminorum et bonorum ex hoc tempore et deinceps in perpetuum renunctiauit et ad manus nostras resignauit. Nos uero parentum nostrorum recta sequendo vestigia et illorum pietatem approbando ob gratiam et misericordiam domini nostri Jhesu Christi, qui caelestia pro terrenis, pro transitoriis aeterna commercio felici commutat, qui et pro simplo centuplum se promisit redditurum, dictos terrarum terminos villas ac possessiones a medio stagno Nyflosa cum villa piscatorum adiacente a medio fluuio Nyflosa usque ad locum, qui dicitur Dwyrin, ubi termini ciuitatis Colberge desinunt, cum pratis, pascuis, syluis, nemoribus, agris cultis et incultis, montibus et vallibus, altis et bassis, cum aquis fluentibus et stagnis, piscationibus, venatu et aucupatione, cum omni iure, proprietate, libertate, domineo, vtilitate, fructu, prouentu et attinentiis, iam natis et inuentis atque inueniendis et nascituris, abbati et conuentui et successoribus illorum nec non monasterio Belbog damus et appropriamus in perpetuum libere possidenda, excepto traductu spectante ad canonicos Caminenses, districte sub comminatione extremi examinis inhibendo, ne quis hominum praesentem nostram donationem ac paternarum eleemosinarum confirmationem temerarie contingere presumat aut violenter inuadere seu crucifixi patrimonium auferre. Si quis uero contrarium agere attemptauerit, subito illius vita de medio hominum auferetur et reus cum sinistris tandem iudi-

---

das Kloster Belbuck, jedoch 2 Schillinge von der Last Häring, sowie 4 Pfennige vom Legel Bier, welche dem Kämmerer Bisprow zustanden, desgleichen den zehnten Pfennig des Bischofs und den neunten einer Vikarie zu Camin, den Krug und die Fähre von dieser Abtretung ausnimmt, so kann Pribislaw nicht am selben Tage gegen eine höhere Summe auf fremde Rechte verzichten. Zudem ist derselbe nicht als Kämmerer nachzuweisen und es scheint der Fälscher diese Würde aus der vorhergehenden Urkunde von Bisprow entliehen zu haben, welcher außerdem 1262 und 1263 als Kämmerer vorkommt. Vergl. Nr. 719, 728, 744.

candus statuetur. Huius contractus donationis nostrae et confirmationis testes sunt Johannes decanus, Heinricus custos, Bernhardus de Gustraw, canonici ecclesiae Caminensis, Nicolaus canonicus Colbergensis, Albertus de Czukowitz(!) plebanus, Kazymarus, Reimarus, Dubislaus, milites, et alii fidedigni quam plures. Vt autem haec nostra donatio atque omnia praescripta futuris temporibus rata incommutabiliter perseuerent, praesens instrumentum nostri sigilli munimine consignatum dictis abbati et conuentui in testimonium duximus largiendum. Acta sunt haec anno domini M.CC. septuagesimo, ipso die apostolorum Petri et Pauli in castro nostro Vkermunde.

Belbucker Matrikel (p. 40) Nr. 21 fol. 22; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 451.

Gedruckt in v. Eickstedt, Urk.-Samml. I S. 52 Nr. 16; Kratz, Gesch. des Geschl. v. Kleist I S. 21 Nr. 49.

918.

1270 Juli 6. (in octaua sanctorum ac venerabilium apostolorum Petri et Pauli) in castro Slawena.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, schenkt dem Kloster Bukow das Dorf Slouin und befreit die Bewohner desselben von allen Lasten.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Witzlaus dei gratia dominus de Rugen omnibus presentem paginam inspecturis eternam in Cristo salutem. Cum secularis humanitatis sit vt homo fauore simili recompenset, multo fortius vniuersorum domino, a cujus dignationis gratia manutenentur vniuersa, de sibi concessis ad gratiarum tenentur actiones quas inpresentiarum pre ceteris dignitatis gloria sublimauit. Dispensatorie itaque dei gratie super multis ejus beneficiis nobis misericorditer impensis in parte aliqua gratiarum actiones referre volentes ad audientiam singulorum tam presentium quam futurorum volumus peruenire, quod nos locum ville Slouin deo et gloriose virgini Marie atque domino abbati et conventui claustri Bucowe in proprietatem contulimus ac perpetuam possessionem cum omnibus terminis suis et cum omni jure suo videlicet cum terris et agris cultis pariter et incultis, cum pratis, pascuis, nemoribus, silvis, paludibus, aquis, rivis et piscariis et cum omnibus attinentiis ac ejus vtilitatibus vniuersis, quomodo vel in posterum poterunt exinde ipsorum vsibus prouenire, ita sane vt homines quos in dictis bonis locauerint fuerint liberi ab omni exactione, pontium positione vel reparatione, castrorum edificatione vel munitione et ab omni jure aduocatie ita vt nulli ex debito teneantur in aliquo nisi soli deo et claustro predicto, sed per omnia ea libertate fruantur, quam illustris dominus Barnim dux Slauorum noster dilectissimus consanguineus hominibus dicti claustri noscitur contulisse. Preterea tam manuales quam capitales sententias in causis et casibus predictorum hominum emergentes vel quolibet modo in loco prenominato prolatas vel jure proferendas predictorum fratrum discretioni ac judicio relinquimus decidendas. Hujus itaque donationis nostre sollempnis testes sunt dominus Bertoldus sacerdos et frater sancti Johannis in Slawena, dominus Petrus sacerdos et capellanus et frater Johannes magister ibidem, dominus Bispraus, Johannes Bere, Johannes Cule et Detleuius, milites, et alii quam plures fidedigni. Acta sunt hec anno incarnationis domini millesimo ducentesimo septuagesimo. Vt autem hec nostra donatio firma jugiter et inconuulsa perseueret, presentem paginam super ipsam conscriptam sigilli nostri

appensione porrigimus communitam. Datum in castro Slawena per manum notarii nostri domini Johannis in octaua sanctorum ac venerabilium apostolorum Petri et Pauli.

Bibliotḫ. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 59; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 459.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 101; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 103 Nr. 70.

919.

1270 Juli 25. (VIII kalendas Augusti.)

Ludolf, Kustos zu Stettin, Nikolaus Gardian und der ganze Convent des Klosters zu Prenzlau schließen einen Vertrag mit dem Rathe daselbst über die Verlegung einer Pforte in der Stadtmauer.

Uniuersis Christi fidelibus tam posteris quam presentibus ad quos peruenerit presens scriptum frater Ludoldus custos Stetynensis, frater Nicolaus gardianus Prinzlauiensis ac totus eiusdem domus conuentus salutem in omnium saluatore. Quoniam ut ait sapiens suis spaciis sub sole transeunt omnia et futuri curricula temporis obliuionis ac ignorancie tenebris operiunt vniuersa, oportet vt ea que prudenti geruntur consilio, quatinus inconuulsa permaneant, scriptis ac testibus et debitis astipulationibus muniantur. Hinc est quod nos presenti scripto duximus protestandum, nos cum dilectis in Christo consulibus et communi ciuitatis Primizlauiensis in qua cum eisdem manemus, voluntate vnanimi conuenisse, vt portam versus pratum et viam ad eandem, que ex parte aquilonari nostre curie adiacebat de quibus commodum nostrum non modicum turbabatur, ad locum alium a nobis distantem remotius transmutarent ac eiusdem vie spacium nostre curie adderetur, relicto eis de eadem duntaxat spacio extra sepem, quam pro nostris commodis ordinabimus pro vnius itinere currus, per quod necessitatis tempore ad munitionem ipsorum pateret accessus et pro defensione ipsius lapides adducantur, ad quam viam versus orientem vnam ponimus portam, aliam versus occidentem, de via in curiam terciam ex opposito inter munitionem et curiam adiacentem, per quas necessitatis et gwerre tempore prope munitionem possunt vigiles circuire. Dictarum vero portarum claues in fratrum continue seruabuntur custodia, nisi dicti consules propter notabilis gwerre periculum easdem sibi exegerint rationabiliter pro tempore presentari, qua cessante fratribus reddentur denuo reseruande. Ceterum in dicte vie nobis ab ipsis collate reconpensatione fratres contra viam nouam ac portam ab Vkara fluuio per pratum ad sternendam viam fossatum fieri procurauerunt, ad cuius subsidium decem talenta Brandenburgensium predicti consules impenderunt. Conuenimus nichilominus cum eisdem, ne fossatum sev plancas pro defensione ciuitatis, per quod curiam sev locum fratrum artari contingeret, facerent quod sepe dicti fratres versus aquam ad eorum latitudinem aree murum erigi procurarent vsque ad tynnas duodecim et supra tynnas VI. pedum altitudinem retinentem. Per murum vero iamdictum ad ortum fratrum et fluuium provt nobis conpetet portam habebimus necnon et valuam ex parte altera, per quam de fluuio in curiam ligna et lapides ac alia necessaria transportentur. Ne igitur factum huiusmodi alicui in posterum quod absit in dubium veniat, presentium seriem sigillis nostris fecimus roborari. Acta sunt hec anno domini MCCLXX. VIII kalendas Augusti.

Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Stadt-Archiv zu Prenzlau.

920.

1270 August 2. (quarto nonas Augusti) in ciuitate nostra Grifeswalde.

Herzog Barnim I. überträgt dem Kloster Eldena das Eigenthum von 12 Hufen und einer Mühle im Dorfe Vierow, wie es der Ritter Philipp besessen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Cristi fidelibus ad quos presens pagina [peruenerit in perpetuum. Quoniam vniversa que sub lunari corpore continentur pariter cum mutatione temporum uariantur, necesse est ut acta principum que debent sortiri robur perpetue firmitatis, et maxime donationes quas dant et faciunt deo dicatis ecclesiis scripture perhennitate et testium ydoneitate adeo stabiliantur, ne ullius occasione dubietatis imposterum immutentur. Sane notum esse volumus nationibus presentibus et futuris, quod nos ecclesie sancte Marie et dilectis nobis abbati et conuentui in Hylda ordinis Cistercij dedimus proprietatem duodecim mansorum et vnius molendini in villa Virowe cum omni iure et reddituum pensione, quos Philyppus miles in eadem villa habuit in feodo et tenebat, perpetuis temporibus feliciter et inuiolabiliter possidendam. Testes hujus rei sunt Conradus comes de Guzscowe, Heinricus Vrsus, Johannes Romelo, Hermannus de Vitzs, Johannes Scholentin, Willekinus Stoltewot, Gerewinus Stange, milites, et quam plures alii fidedigni. Vt autem hec nostra donatio stabilitatem et inconcussionem optineat sempiternam, predictis abbati et conuentui presens instrumentum in irrefragabile munimentum dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Actum et datum in ciuitate nostra Grifeswalde per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini M°.CC°.LXX°. quarto nonas Augusti.

Siegel nebst Siegelschnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 30; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 452; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1270) Nr. 4; Klempzens Extract fol. 89.

Gedruckt in Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 104 Nr. 71.

921.

1270[1]) August 2. (quarto nonas Augusti) Grifeswalde.

Herzog Barnim I. giebt der Stadt Greifswald das Niederlags-Recht für Holz, Pech, Asche und andere Waaren aus seinem Lande, ausgenommen Getreide.

In nomine domini amen. Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus cristifidelibus ad quos presens pagina peruenerit in perpetuum. Quoniam vniuersa, que sub celi ambitu continentur, ex continua reuolutione primi mobilis, vnde cursus temporum procreantur, instabilitati et incertitudini penitus sunt subiecta, necesse est ut acta principum, que robur sortiri debent perpetue firmitatis, que fiunt sub tempore defluente, scriptis perhennibus adeo

[1]) Die Urkunde ist mit der vorhergehenden vom gleichen Datum. In der vorigen ist das Jahr mit Zahlen geschrieben, quarto mit Buchstaben, in dieser ist quarto durch einen Punkt und großen Anfangsbuchstaben von der Jahreszahl getrennt. Die gleichen Gründe, sowie die Uebereinstimmung der Zeugen in der folgenden Urkunde sind auch für deren Datirung maßgebend.

stabiliantur, ut processu temporis uersucie malignancium omnis occasio malignandi imposterum precludatur. Sane notum esse uolumus nationi uenerande presencium et felici successioni futurorum, quod nos iure donationis dedimus dilectis nobis consulibus necnon vniuersitati burgensium et ipsi ciuitati nostre Grifeswalde deposicionem, que uocatur uulgariter nederlage, lignorum, picis, cinerum et aliarum mercationum et rerum venalium, que de nostro dominio educuntur, feliciter perpetuo tempore possidendam, excepto frumento, cuius depositionem nostris non dedimus burgensibus antedictis. Testes huius rei sunt comes Conradus de Guzskow, Heinricus Ursus, Johannes Romele, Rodolfus de Nienkerchen, Oldagus, Johannes Scolentin, Hermannus Vyz, Willekinus Stoltewot, milites, et quam plures alii fide digni. Vt autem hec nostra donatio et specialis prerogatiua, quam iam sepedictis consulibus et burgensibus ciuitatis nostre Grifeswalde donauimus propter fauorem, quo ipsos amplectimur, singularem inuiolabilis et inconcussa a nobis et a nostris successoribus perseueret et maneat sempiterna, ipsis in testimonium et in irrefragabile munimentum presens inscriptum dari fecimus, sigilli nostri munimine roboratum. Actum et datum Grifeswalde, per manum magistri Rodolfi, curie nostre notarii, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto nonas Augusti.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 23.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibliothek III S. 413 (1274); Dähnert, Sammlung Suppl. I S. 1155 (1274); Schwarz, Gesch. der Pomm. Städte S. 272 (Auszug) (1274); Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 126 Nr. 86 (1274 9. Augusti).

922.

1270[1]) August 2. (quarto nonas Augusti) in Hilda.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Bukow die Hälfte der Mühle zwischen der Stadt Colberg und der alten Johanniskirche, während die andere Hälfte dem Bischof zu Camin verbleibt.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Cristi fidelibus, ad quos instrumentum presens peruenerit, in perpetuum. Constituti in partem sollicitudinis monarchie nostra interest, viris religiosis et deo dicatis ecclesiis sic adesse, vt ipsarum conditio emendetur et cum multiplicato fructu recipiamus meliora a bonorum omnium largitore et vt ipsius ministris sic donationibus caueamus, ne versutis hominibus et querentibus, que non sua sunt, via pateat inposterum malignandi. Hinc est quod notum esse volumus venerande nationi presentium et felici successioni futurorum, quod nos dedimus et donauimus ecclesie sancte Marie nec non abbati et conuentui in Buchowe ordinis Cisterciensis medietatem molendini et proprietatem ejusdem medietatis cum omni jure, quod in eadem medietate nostra habuimus et etiam cum omnibus redditibus et qualibet annua pensione videlicet molendini, quod situm est inter ciuitatem Colberch et antiquam ecclesiam canonicorum. Alia autem medietas predicti molendini remanebit domino episcopo ecclesie Caminensis. Testes hujus nostre donationis sunt Rodolfus abbas in Hilda, Arnoldus plebanus de Lassan, clerici, Conradus de Gutzkowe, Hinricus Vrsus, Johannes de Heidebrake, milites, et alii quam plures fidedigni. Vt autem predicta nostra donatio firma et

[1]) Wegen der Datirung vergl. die Anmerkung zur vorigen Nummer.

inconuulsa in perpetuum perseueret, antedictis abbati et conuentui presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam duximus largiendam. Actum et datum in Hilda per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo, quarto nonas Augusti.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 71; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 498 (1274).

Gedruckt in Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 125 Nr. 85 (1274).

923.

1270 August 8. (sexto idus Augusti) Lichne.

Otto und Albrecht, Markgrafen zu Brandenburg, überlassen der Stadt Friedland das Uebermaaß auf ihrer Feldmark und versprechen, daß keine Nachmessung mehr stattfinden soll.

. . . . Agrorum etiam antedictorum talis distinctio permanebit, qualis inter generum nostrum karissimum dominum Barnim ducem Slauorum illustrem et omnes in prehabite ciuitatis circuitu commorantes ab antedicte ciuitatis principio semper fuit . . . . . Testes uero huius rei sunt milites H. de Heydebrack et H. de Wudensweghe et H. de Grobene, Ar. de Gera, Ulricus Streketin, Albertus de Redekestorp et Johannes de Coningesmarck. Datum Lichne anno domini Christi M°CC°LXX sexto idus Augusti.

Denkwürdigkeiten der Friedländischen Stadtgeschichten Mscr. (nach dem Original).

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 488 Nr. 582; Beilage zu den Rostocker Nachrichten 1821 St. 5 S. 19; Boll, Gesch. des Landes Stargard I S. 293; Meklenb. Urk.-Buch II S. 385 Nr. 1194.

924.

1270 August 21. (XII°. kalendas Septembris) Colbas.

Herzog Barnim I. sichert den Einwohnern der Dörfer des Bisthums Camin freien Holzschlag in seinem Walde Strasene zu.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus inperpetuum. Quoniam acta principum que sunt inperpetuum duratura, ne cum labente tempore in obliuionem defluant et decurrant, necesse est, ut scriptis autenticis roborentur, vt inposterum precludatur omnis occasio malignandi. Sane notum esse volumus tam presentibus quam posteris nacionibus, quod nos dedimus largam licenciam et plenariam facultatem ciuibus manentibus in villis venerabilis patris domini Hermanni Caminensis ecclesie episcopi et ipsius sequacibus aut eorundem ciuium successoribus vniversis et eciam ipsis villis absque quolibet inpedimento nostrorum penitus vasallorum inscidendi et secandi et acquirendi ligna in silua nostra que Strasene nuncupatur ad comburendum et ad edificia construendum in sempiternum libere possidendas. Testes hujus rei sunt Hermannus abbas, Johannes prior in Colbas, Conradus in Stetin prepositus, clerici; Hinricus comes de Keuerberch, Fredericus de Hindenborch, Wlradus de Swanenberghe, Gerebertus Balco, Johannes de Scolentin, Johannes de Letenyn, Bolto Scerf, Arnoldus de [Dustow] milites et alii plures fidedigni. Vt autem hec firma et inconcussa

maneant in sempi[ternum a nobis et nost]ris successoribus, eidem domino episcopo et eundem succedentibus presens instrumentum sigilli [nostri munimine ro]boratum duximus largiendum. Datum Colbas per manum magistri Radolphi [curie nostre notarii anno] domini M̊.C̊C̊.LXX̊. XI̊I. kalendas Septembris.

Original=Transsumt (stark beschädigt) vom 8. März 1321 im Königl. Staats=Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 42; Transs. vom 8. März 1321 (im Orig.=Transs. vom 19. Juli 1356) s. r. Bisth. Camin Nr. 105; Caminer Matrikel fol. 104 (ohne Datum); ebendas. fol. 182 (Transs. vom 8. März 1321); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 453.

925.

1270 August 22. (vndecimo kalendas Septembris) Grifenhagen.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster Verchen das Eigenthum der Dörfer Büssow und Borrentin.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus ad quos presens instrumentum peruenerit inperpetuum. Ab eo per quem reges regnant et principes obtinent principatum constituti in partem sollicitudinis monarchie, nostra interest personis religiosis et deo dicatis ecclesiis per subuentionem temporalium sic adesse, ut absque defectu rerum mundanarum deo omnipotenti ualeant liberius famulari, ut exinde centuplum recipere ualeamus et necesse, ut scriptis auctenticis et testibus ydoneis in donacionibus, que robur sortiri debent perpetue firmitatis, ipsis taliter caueamus, ut uersutis et querentibus, que non sua sunt, omnis occasio malignandi in posterum precludatur. Sane tam [presentibus][1]) quam posteris nacionibus volumus esse notum, quod nos dilectis in Christo abbatisse totique conuentui ac earumdem sequacibus vniuersis ordinis Benedicti sanctimonialibus in Virchin et ecclesie ipsarum dedimus et donauimus titulo donationis proprietatem et ius proprietatis duarum uillarum videlicet Bussowe et Borentin cum sexaginta mansis adiacentibus ipsis uillis, cum pratis, paschuis, siluis, nemoribus, agris cultis et incultis, aquis, stagnis, riuulis, molendinis constructis et construendis, piscacionibus, usuagiis et omnimodo usufructu, contentis infra sexaginta mansos superius memoratos, nec non eciam cum fundo aduocatia et quolibet iudicio et omni alio iure, quod in eisdem nunc est et inposterum ordinari poterit et acquiri, transferentes in predictas sanctimoniales omne ius, quod nobis et nostris heredibus succedentibus in antedictis duabus uillis penitus competebat. Huius rei testes sunt plebanus Andreas in Dymin, Johannes Scolentin, Willikinus Stolteuot, Johannes de Penz, milites, et alii quam plures clerici et laici fidedigni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem hee nostre donation[e]s a nobis et a nostris successoribus inconcusse firme et inuiolabiles perseuerent tempore sempiterno, prefatis abbatisse et conuentui sanctimonialium in Virchin presens instrumentum in testimonium et irrefragabile munimentum sigilli nostri munimine roboratum duximus largiendum. Datum et actum Grifen[h]agen[2]) per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini M̊.C̊C.LXX̊. vndecimo kalendas Septembri[s].[3])

Königl. Staats=Archiv zu Stettin: Verchener Original=Matrikel fol. 21; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 454; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 26 Nr. 15.

---

[1]) In der Original=Matrikel ausgefallen.
[2]) Grifengagen hat die Original=Matrikel.
[3]) Desgl. Septembri.

926.

1270 August 23. (X. kal. Septembris) Gryfenhagen.

Herzog Barnim I. verleiht dem Jungfernkloster zu Pyritz das Eigenthum des bei der Burg zu Pyritz belegenen Hofes der Brüder Gerhard und Heinrich von Gransoge.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Cum praeordinatio diuinae prouidentiae nos constituit in partem sollicitudinis monarchie, nostra interest personis religiosis et deo dicatis ecclesiis sic adesse, ut per additionem rerum temporalium ipsarum conditio emendetur in donationibus, quas ipsis facimus, taliter cauentes per testium idoneitatem et viuificam seriem scripturarum, ut processu temporis malignatoribus et querentibus, que non sua sunt, in eisdem non pateat occasio malignandi. Hanc propter causam notum esse volumus generationibus praesentibus pariter et futuris, quod nos dedimus et titulo donationis appropriauimus dilectis nobis in Christo priorissae conuentui nec non monasterio sanctimonialium in Piritz ordinis sancti Augustini proprietatem curiae et ipsam curiam quondam Gerardi et Heinrici nuncupatorum de Granzoge cum duobus mansis et caeteris pertinentiis ad eandem sitis apud castrum Piritz libere et feliciter in perpetuum possidendas. Vt autem in hac nostra donatione nomine nostro haeredum et successorum nostrorum nunquam violatio aut immutatio aliqua generetur, praesens instrumentum inde confectum ut euidens testimonium praefatis cum sigilli nostri appensione duximus largiendum. Testes huius sunt rei venerabilis pater dominus Hermannus Caminensis episcopus, Heinricus archidiaconus Stetinensis, item Conradus de Massow, Fredericus de Hindenborg, Gobelo, Bartoldus Misnerus, Johannes de Wederinghe, milites, et plures alii fidedigni quorum hic non sunt nomina subnotata. Actum Gryfenhagen et datum ibidem per manum magistri Rodolphi curiae nostrae notarii anno domini M.CC.LXX. X. kal. Septembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Pyritzer Matrikel (p. 12) fol. 5 Nr. 8; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 455.

927. Pristaffsche Fälschung.

1270 December 4. (in die s. Barbare martyris) in conventu.

Barbara, Herzogin von Slavien und Aebtissin zu Marienfließ, überträgt eine Hörige Maria Grieben mit ihrem Sohne, welche einen Freien, Rudolph, zu Stargard auf dem Johannisberg wohnhaft, geheirathet hatte, dem Augustiner-Convent daselbst gegen ein Mädchen mit Namen Dorothea.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Urkundensammlung I[a] Folio 39 Nr. 9; Loepersche Biblioth. Msc. 9; Pristaffsche Dokumente Nr. 10.

Gedruckt in Oelrichs, Fortges. diplom. Beiträge S. 144 (Regest.)

928.

1270 December 5. (nonas Decembris) Stetyn.

Herzog Barnim I. befreit acht Haffkähne des Klosters zu Usedom im Dorfe Wadechowe von aller Abgabe.

Barnym dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Notum

facimus nationibus presentibus et futuris quod nos dedimus ecclesie sancti Godehardi nec non abbati et conventui ejusdem in Vznam octo naues liberas ab omnimodo aque censu, naues videlicet que hafcane wlgariter nuncupantur, et hoc in villa ipsius ecclesie que est Wadecowe vocitata. Datum Stetyn anno domini M̊.CC̊.LXX. nonas Decembris.

Original-Transſ. vom 13. Juni 1317 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 77; Pudaglaer Matr. (p. 121) Nr. 72 fol. 30 (XXVI. A) Transſ. vom 13. Juni 1317; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 456.

929.

1270.

Wizlaw II., Fürſt von Rügen, beſtätigt mit Zuſtimmung ſeines Bruders Jaromar die Schenkung von zwei Hufen zu Flemendorf mit dem halben Zehnten durch Ritter Guzlaw, von zwei Hufen zu Drechow mit allem Rechte und der Bertrams-Mühle zu Tribohm durch den Herrn Ernſt an das Kloſter Neuencamp.

Wisslaus dei gracia princeps Ruianorum vniuersis Christi fidelibus presens scriptum audientibus in perpetuum. Quoniam facta mortalium perpetuari nequeunt, nisi recipiant uoce testium aut scripture memoria firmamentum, et quia a deo nobis collata terrena dignitate tenemur quibuslibet subuenire, maxime autem hiis, qui continue interpellant pro peccatis omnium populorum, ideo notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos domino Gosslao militi nostro et conpatri in donatione duorum mansorum Vlemingesdorp cum medietate decime, insuper domino Hernesto et suis successoribus conferentibus intemerate virgini Marie in Nouo Campo duos mansos Drechow cum omni iure et molendino Tribom, quod dicitur Bertrames molen, cum integra aqua siue piscatione, cum dilecto fratre nostro Jaromaro nostrisque successoribus assensum prebemus pariter et consensum, renunciantes omni iure, si quod in supradictis habere dinoscebamur, vt participes efficiamur omnium orationum, que in domo domini a conuentui et fratribus inibi domino famulantibus continue celebrantur. Acta sunt hec anno incarnationis domini M̊.C̊C.LXX̊, datum per manum Johannis notarii. Cum autem agerentur, hii testes astabant: dominus Gosslaus miles, dominus Heggardus, dominus Johannes Schonow, dominus Rinfridus (!) Pens, Johannes mars[c]alkus, dominus Henricus plebanus Tribuses, dominus Minko Korin et alii quam plures. Ne in posterum super hiis aliquod dubium oriatur, presentem paginam sigillo nostro mandauimus communiri.

Siegel von dem Pergamentſtreifen abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 23; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 457; Biblioth. der Geſellſch. für Pomm. Geſch.: Dreger, Regiſtratur II (1270) Nr. 3; Klempzens Extract fol. 33.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 102.

930.

1270.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloſter Reinfeld auf Bitten Arnolds von Schönfeld das Eigenthum von 24 Hufen zu Zwiedorf.[1])

Barnym dei gracia dux de Demyn. Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam

[1]) Vergl. Seite 142 Anm. 1.

futuris presens scriptum visuris in perpetuum. Nisi scripturarum memorie commendentur actus rerum, cicuis obliuioni traduntur. Notum igitur facimus vniuersis, quod nos diuine remuneracionis intuitu ad instanciam peticionis dilectj nostri Arnoldj militis dicti de Sconeuelde contulimus ecclesie Reyneueldensi proprietatem viginti quatuor mansorum in villa Thwethorpe in terra Tuthzin cum omnj jure, quo cetera bona sua predicta in dominio nostro actenus dinoscitur habuisse. Et ne super hoc a quoquam in posterum sollicitentur, presens scriptum eidem ecclesie contulimus in testimonium sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius rei sunt dominus Johannes, dominus Fredericus et dominus Heinricus dicti Wlpes, dominus Johannes Griis, dominus Ekkehardus crispus et dominus Heinricus Brusehauere alijque quam plures. Acta sunt hec anno dominj millesimo ducentesimo septuagesimo.

Siegel an grünseidenen Fäden anhängend.

Original im Königl. Dänischen Archiv zu Kopenhagen; Pommersch-Rügensche und Preußisch-Brandenburg. Urkunden im Geh. Staats-Archiv zu Berlin Fol. 245 Bd. 2 (Thorkelinsche Abschrift von 1823); Abschrift in der Universitäts-Biblioth. zu Greifswald s. r. Kosegartensche Sammlung B 49.

931.

1270.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, schenkt dem Bürger Wicbern das halbe Dorf Lützow frei von allen Lasten.

Witzlauus dei gracia princeps Rugianorum omnibus Christi fidelibus salutem in dei filio. Euanescunt simul cum tempore que geruntur in tempore, nisi recipiant voce testium aut scripture memoria perhennentur. Ea propter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos dilecto burgensi nostro Wicberno suisque heredibus medietatem ville Lutzowe iure contulimus pheodali, cum terminis, pratis et nemoribus, agris cultis et incultis, et cum omni vtilitate, que nunc est aut inposterum adinueniri poterit, proprietatis titulo perhenniter possidendam. Ipse autem gaudebit iure quod nostri fideles habere dinoscuntur, hoc tamen excepto quod nulli nec eciam nobis in quibuslibet exactionibus siue seruicio respondebunt, cum dilecto fratre nostro Jaromaro consenciente huiusmodi conscribi mandauimus libertatem. In huius eciam rei euidenciam presentem paginam sigillo nostro mandauimus comuniri. Hii vero testes astabant: dominus Borantus, dominus Gosslauus, dominus Eggardus, dominus Arnoldus capellanus, Jo. marscalcus et alii quam plures Acta sunt hec anno domini incarnacionis M̊.CC.L.XX̊. datum per manus Johannis notarii. Hiis eciam interfuit omne consilium Stralessund.

Liber civit. 1310 seq. (im Stadt-Archiv zu Stralsund) S. 173.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 103.

932.

1270—1310.

Aeltestes Stralsunder Stadtbuch.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund.

Herausgegeben durch F. Fabricius: Das älteste Stralsunder Stadtbuch 1270—1310. Berlin 1872.

933.

[um 1270.]

Johann von Wacholt schenkt dem Nonnenkloster zu Verchen zehn Hufen im Dorfe Klatzow, mit der Bestimmung, daß hiervon sein Jahresgedächtniß jedesmal am Tage nach Johannis baptistae gefeiert wird, der Convent an diesem Tage besseres Brod und Bier sowie Speisen erhält, an der Klosterpforte eine Mark an die Armen vertheilt und der Rest für die Kleidung der Nonnen verwandt wird, und überträgt die Verwaltung dieser Einkünfte der Priorin, nicht dem Probste.

Ego Johannes miles dictus de Wacholte contuli monasterio monialium in Virchen decem mansos in villa Cladessowe sub hac forma, ut singulis annis sequenti die Johannis baptiste anniuersarium meum celebretur ibidem perhenniter die illa in vigiliis, missis animarum ceterisque que ad salutem pertinent defunctorum. Volo insuper ut conuentus consolatione tali gaudeat, ut pane et ceruisia meliori ceterisque cibariis lautioribus solito ministretur. Debet nichilominus ad portam marca erogari, ut et ipsi Christi pauperes consolentur. Ceterum quicquid supererit exintegro ad uestitum deputabitur dominarum. Hos uero redditus non prepositus sed priorissa que tunc pro tempore prefuerit recipiet, que pro sua discretione omnia antedicta regulariter[1]) ordinabit. Hanc autem nostram ordinationem quicunque ausu temerario infringere aut aliter ordinare presumpserit, indignationem dei omnipotentis et beate virginis Marie cum sententia excommunicationis se nouerit incurrisse.

Ein Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Verchen Nr. 28.

934.

1271 [vor Februar 5.][2]) in monasterio Hildensi.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, schenkt dem Kloster Bukow das Dorf Parpart und zwei Hausstellen in Rügenwalde mit zwei dazu gehörigen Hufen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Witzlaus dei gratia Rugianorum princeps omnibus presens scriptum intuentibus in perpetuum salutem in omnium saluatore. Veneranda virorum illustrium decreuit antiquitas, facta laudabilia que memorie commendari debuerant et transmitti in posteros, literarum monumentis annotare et testium subscriptionibus communire. Nos igitur vestigiis eorum inherere cupientes notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos saniori vsi consilio proprietatem ville, que lingua Slauicali Parpartno dicitur, claustro Bucowe ad honorem et gloriam intemerate Marie virginis cum pratis, piscationibus, nemoribus, agris cultis et incultis, molendinis tam in aqua quam in aëre constructis vel construendis, cum judicio sanguinis et omnium causarum jure toto et integro et in omnium vtilitate, que nunc est aut imposterum adinueniri poterit et cum duabus areis in Rugenwolde, duobus insuper mansis junctis ad areas, nomine nostro et heredum

---

[1]) Das Original hat regulariliter.

[2]) Die Urkunde fällt vor den 5. Februar, da an diesem Tage Fürst Wizlaw bereits die zwei in Rügenwalde geschenkten Hausstellen bestätigt. Vergl. die folgende Urkunde.

nostrorum singulorum et omnium contulimus et dedimus perpetuo possidendas. Vt igitur hec nostra donatio predicte ecclesie de Boucouia firma perpetuis temporibus permanere debeat et ab omni perturbationis ac dubietatis calumpnia libera, presentem paginam nostro sigillo fecimus communiri. Testes autem, qui huic nostre donationi presentes erant, sunt hi: dominus Wernerus de Lositz, dominus Reinfridus de Pentz, dominus Bispraus et dominus Detleuius aduocatus in Slawena, milites, et alii multi. Actum in monasterio Hildensi anno incarnationis domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, datum per manum Johannis notarii nostri.

Bibliothek. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 58; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Msc. II Nr. 467.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 105.

935.

1271 Februar 5. (in die Agathe virginis ac martiris venerande) in Slawena.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, bestätigt alle Freiheiten und Besitzungen des Klosters Bukow und beschreibt deren Grenzen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Vizlaus dei gratia Rugianorum princeps omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Quia sicut experimine cotidiano docemur actus hominum plerumque cum tempore dilabuntur et ab eorum memoria funditus pereunt, nisi literis et testibus eternentur, et maxime donationes principumque ipsorum mentes per multa vagando facilius obliuionis nebula tenebrantur, qua propter ad noticiam omnium tam presentium quam futurorum volumus peruenire patenter, quod nos inspirante diuina gratia ad honorem dei et beate Marie gloriose virginis nec non ad petitionem dilecti nostri domini Frederici abbatis de Bucouia eidem claustro, quod dilectissimus auus noster pater venerabilis videlicet matris nostre dominus Swantopolcus beate memorie dux Pomeranorum pro salute anime sue liberorumque suorum simul et progenitorum animarum salute promerenda et feliciter obtinenda fundauit, confirmamus et damus liberaliter omnia bona, possessiones et villas, quas dicto claustro Bucowe memoratus auus noster dominus Swantopolcus suique filii nostri avunculi dominus Mestuinus et dominus Wartislaus duces Pomeranorum et dominus Barnim dux Slauorum vicissim dederint siue confirmauerint, videlicet villas subnotatas, Bobolin, Poretz, Pomelowe, Bonszowe, Peristowe, Guritz, Pankonin, Damerowe et Carnesuitz, simul et loca villarum scilicet Wich, Slouin, Pinzmechowe, Glesenowe, Belcowe aliaque loca villarum, que sunt infra terminos dicti claustri Bucowe cum omnibus attinentiis dictarum villarum atque locorum videlicet cum siluis Grabowe et Lissina et cum ceteris siluis, nemoribus, paludibus, pascuis, pratis, agris cultis pariter et incultis, aquis, riuis, stagnis, clausuris, molendinis et cum vniuersis vtilitatibus, quas in terra fodiendo vel in aqua, super terram siue aquam laborando arte qualibet fratres premissi claustri et eorum homines poterunt adipisci. Damus et ipsi claustro et confirmamus stagnum Bucowe integraliter vna cum bonis inter ipsum stagnum et salsum mare jacentibus, ita sane ut ab illo Pristan qui Brunne dicitur recto tramite procedant eorum termini, hoc est a fine stagni perdicti, vbi dictus Pristan situs est, usque in salsum mare, indeque tendunt ad Nouam Recham et abinde in locum qui Lychowe dicitur, directo tramite porrigantur, hoc plane volentes vt omnia, que infra dictos terminos fuerint, vtilitatibus proueniant dicti claustri, ipsam et Nouam

Recham cum omnibus clausuris ejus totaliter predicto claustro damus et cum hac libertate confirmamus videlicet vt tam homines ipsius claustri quam ipsi fratres in captura alleciorum quam aliorum piscium ad predictam nouam Recham manendo nulli nisi abbati quicquam teneantur dare vel de jure aliquo respondere, aliis nicholominus hominibus, qui de abbatis licentia ibidem persimili causa demorati fuerint, eadem indulgentes omnesque qui infra terminos bonorum nominati claustri ad littus maris ex causa predicta manserint, eadem qua et homines claustri dicti libertate fruantur. Preterea domino abbati et fratribus ejus molendina in aqua Thra et in aliis aquis ipsorum et clausuras piscium edificare concedimus hominesque ipsorum ab omni exactione, vrbium edificatione pontiumque positione ac vtrorumque reparatione et ab omni theloneo et ab omni expeditione dimittimus liberos, ita vt nulli quicquam ex debito teneantur nisi soli deo et claustro dicto. Insuper libertatem aduocatie omnes scilicet sententias et manuales et capitales abbati et conuentui dicto damus vna cum jure quod de naufragio sibi solent vsurpare terrarum principes, quod ipsorum discretioni et judicio relinquimus, quotiens factum fuerit naufragium infra terminos eorundem. Damus nichilominus atque confirmamus patronatum ecclesie in Nemiz cum quatuor mansis et decima ville predicte Nemiz et cum decima ville Bartholin et cum omni jure quod pertinet ad eandem. Ceteram sepedicto claustro Bucowe duas areas in ciuitate nostra Rugenwolde cum duobus mansis in proprietatem damus, quos et ipsi liberos confirmamus. Hujus itaque donationis et confirmationis nostre testes sunt dominus Johannes decanus Caminensis, dominus Bertoldus sacerdos frater sancti Johannis in Slawena et frater Johannes magister ibidem, dominus Boranth, dominus Bispraus, dominus Gneomarus de Cummerowe et dominus Hermannus de Plocech et quam plures alii fidedigni. Acta sunt hec anno incarnationis domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo. Ne igitur hec nostra donatio et confirmatio temere violetur a quoquam, ipsam presenti pagina et sigilli nostri appensione fideliter communiuimus. Datum in Slawena per manus notarii nostri domini Johannis in die Agathe virginis ac martiris venerande.

Bibliotħ. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 54; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Msc. II Nr. 468.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 104.

936.

1271 Februar 15. (XV kal. Marcii) Stetyn.

Conrad Probst, Browin Dekan und das Domkapitel zu Stettin belehnen Dietrich von Salzwedel, Bürger zu Stettin, und seine Erben mit zehn Hufen im Dorfe Brünken und vier Hufen im Dorfe Wamlitz.

Conradus dei gracia prepositus, Wrowinus eadem gracia decanus totumque capitulum ecclesie Stetynensis vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit salutem in eo, qui est omni vera salus. Cum ea, que in tempore ordinantur et aguntur, cum temporis fluxibilitate transeunt in obliuionem que mater est erroris, nisi recipiant voce testium aut scripture memoria firmamentum, quapropter notum esse cupimus tam presentibus quam posteri temporis nacionibus, quod nos dilectis in Christo Theoderico de Saltwedele, ciui

Stetynensi et filiis suis fantibus et non fantibus, quod wlgariter dicitur mundich et vnmundich ab ipso ortum legitime ducentibus in villa Brunneke ecclesie nostre contulimus decem mansos et in villa nostra Wameliz quatuor mansos cum omni iure in verum pheodum et legale perpetuis temporibus feliciter possidendos. Vt autem hec nostra collacio firma et inmobilis inperpetuum perseueret, presentem paginam inde confectam eisdem dari fecimus sigilli capituli nostri munimine roboratam presentibus dominis domino Conrado preposito, domino Wrowino decano, domino Johanne preposito sanctimonialium, domino Johanne de Parchem, magistro Rodolfo scolastico, domino Wilhelmo custode, domino Johanne de Steindal, magistro Nicolao de Hukermunde, domino Petro de . . . . domino Andrea et domino Arnoldo de Conowe canonicis ecclesie nostre. Testes vero huius rei sunt Weszehelus, Johannes de Brakele, Godeke de Saltwedel, Wernerus dictus Judeus, ciues in Stetyn, et alii quam plures fide digni. Datum Stetyn anno domini M°C°C°LXXI°. XV° kal. Marcii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Fragmente eines Copiars des Marienstifts s. r. Mscr. des St.-A. I. 51 Nr. 18.

937.

1271 April 21. (XI° kalend. Maii) Vkermunde.

Herzog Barnim I. übergiebt dem Kloster zu Ueckermünde das Patronat der Stadtkirche daselbst und weist die Ansprüche des Klosters zu Usedom zurück.

Barnym dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Recognoscimus literas per presentes, quod nos dedimus dilectis nobis in Cristo priori et conuentui ordinis sancti Victoris ac regule sancti Augustini jus patronatus ecclesie in Ukermunde absque preiudicio aliquorum in perpetuum pacifice et quiete possidendum. Si vero aliqui ipsos super eo contra nostre dilectionis tytulum presumpserint impedire, ipsis secundum domini iusticiam iniuriantur sicut volumus affirmare quando fuerimus requisiti. Quod autem abbas et conuentus de Vznam per quedam priuilegia a nobis data sicut asseruerant intendunt repetere ecclesiam memoratam, in eo non procedunt, prout est consentaneum veritati, cum de nostra scientia non emanauerint, si habent priuilegia prelibata. Tamen ut ipsis satisfaciamus, bene volumus, quod in medium producantur, vt secundum examinacionem proborum virorum et discretorum, vbi presentes fuerimus, discuciantur priuilegia antedicta. Datum Vkermunde anno domini M°.CC°.LXXI°. XI° kalend. Maii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrikel (p. 5) P. I Nr. 2; P. II Nr. 36; Dreger, Cod. Pom. dipl. Msc. II S. 462.

938.

1271 Mai 29. (quarto kalendas Junii) Dimin.

Herzog Barnim I. schenkt auf Bitten Werners von Loitz dem Kloster Ivenack das Dorf Wrodow mit allem Zubehör.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum

omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Constituti in partem sollicitudinis monarchie ab eo, per quem reges regnant et principes optinent principatum, nostra interest deo dicatis ecclesiis per subuencionem rerum temporalium sic adesse, ut ipsarum status plenius emendetur et in eisdem diuini cultus ampliatio recipiat incrementum et fides propagetur nominis cristiani. Sane notum esse uolumus deuote nationi presencium et felici successioni futurorum, quod nos ob remuneratoris omnium bonorum graciam consequendam et domini Werneri de Lozis dilecti nostri petitionibus inclinati dedimus et titulo donationis appropriauimus monasterio intemerate matris virginis gloriose, necnon abbatisse et conuentui in Juenach, ordinis Cysterciensis, proprietatem ville Wrudowe nuncupate, cum molendinis constructis et construendis, cum aquis, stagnis, piscationibus, riuulis, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, agris cultis pariter et incultis, cum omni iure et quolibet alio usufructu, contentis infra terminos dicte ville, et in ipsum monasterium et cenobium antedictum transtulimus omne ius, quod in villa habuimus memorata. Testes huius donationis nostre sunt nobiles viri Conradus comes de Guschow, Wernerus de Lozis, item Heinricus Vrsus, Johannes Wlpes, Fredericus Wlpes frater suus, Johannes de Penz, Johannes de Erteneborch, Johannes de Gramsow, Reibernus de Wacholt, Johannes de Heidebrake, Otto de Ost, Johannes Scolentin aduocatus noster, Willikinus Stoltewt, Gerardus Wenke, Johannes Kule, Gerardus de Oldendorp et Hermannus de Viszen et Heinricus Uulpes, Arnoldus de Sco[n]envelde, [1] Heinricus de Heidebrake et Heidenricus frater eius, milites, et plures alii fide digni clerici et laici, quorum hic non sunt nomina subnotata. Ne autem super prehabita donatione nostra calumpniosa malignatio aut dubium oriatur, presens instrumentum predictis dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum in sufficiens testimonium et perfectissimum munimentum. Actum Dimin et datum ibidem per manum magistri Rodolfi, curie nostre notarii, anno domini M̊.C̊C.LXXI̊., quarto kalendas Junii.

Siegel an roth-, grün- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 109 Nr. 73; Mekl. Urk.-Buch II S. 412 Nr. 1227.

939.

1271 Juni 7. (7. idus Junii) Gustrow.

Hermann[2]), Bischof zu Camin, legt das Dorf Rambow, welches bisher zu Schwinkendorf eingepfarrt war, zum Kirchspiel Domherrenhagen.

Hinrici, Bischoffs zu Cammin, brieff, das das Dorff Rambow, welches er zuuor zu Swinekendorp gelegt, hinferner zu Dumherenhagen zur Kirchen gehen solle. Datum Gustrow, 1271., 7. idus Junii.

Clandrian, Registr. der Brieffe in der Thumbkirchen zu Güstrow S. 103.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 413 Nr. 1229.

---

1) Im Original Scolienvelde.

2) „Heinrich" ist ein Fehler, wahrscheinlich aus der falschen Auflösung einer Abkürzung hervorgegangen.

940.

1271 Juni 20. (12. calendas Julii) in Lokenitze.

Otto von Ramin schenkt dem Jungfernkloster vor Stettin sechs Wispel Korn jährlicher Hebung aus seinen Gütern zu Ramin zu einem Jahresgedächtniß für seinen Vater Heinrich sowie seine Mutter Margaretha, seine Frau Ida, seine Schwester Margaretha, deren Gemahl und deren Kinder, sich selbst und seine Kinder.

Vniuersis Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis Otto miles de Rambin salutem in vero salutari. Ferrum rubigine consumitur et lapides vetustate deficiunt, multo fortius institutiones hominum a memoria penitus laberentur, nisi ipsa gesta scripturarum testimonio firmarentur. Hinc est quod notum esse volo tam praesentibus quam futuris, quod ego ad honorem omnipotentis dei et gloriosae virginis Mariae dedi conuentui dominarum in Stettin sex choros siliginis ad vnum altare in ecclesia ista constructum et in honore beati Martini Christi confessoris dedicatum. Hanc vero donationem feci cum consensu filiorum meorum hac obligatione apposita, ut ad ipsum altare singulis diebus, cum oportunum fuerit, missa pro defunctis celebretur et memoria charorum meorum defunctorum videlicet patris mei Henrici de monte et matris meae Margaretae et vxoris meae Idę et sororis meae Margaretae et mariti ipsius et filiorum eorundem et mei ipsius et filiorum meorum post nostrum decessum fideliter peragatur, verum in illis diebus cum missa defunctorum celebrari non licet nisi expedite, missa tamen pro salute viuorum nullatenus obmittatur. Sciant etiam praesentes et futuri, quod hos sex choros singulis annis accipiendos ex illis bonis, que habeo in Rambin a venerabili domino meo Hermanno Caminensi episcopo, a quo etiam licentiam et assensum super predicta donatione obtinui facienda. Hujus igitur collationis testes sunt frater Hildebrandus de Sehusen, gardianus in Stettin et frater Johannes de Hindenborch lector ejusdem loci et dominus Johannes de Leuenouu et filii sui Johannes et Otto, Ghiso de Rambin et filii sui Johannes et Hermannus, Albertus de Insleue et frater suus Fredericus, Hermannus de Dulstete, Hermannus de Ramstede, Hermannus de Curia, Johannes de Manso, Reineke villicus de Kracow, Stephanus villicus de Sunnenborch et frater suus Theodericus. Datum in Lokenitze anno incarnationis 1271 indictione quarta 12. calendas Julii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 101) Nr. 85; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 470.

941.

1271 August 9. (quinto idus Augusti) Damb.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Belbuck das Dorf Balbekow mit allem Zubehör.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam ante mundi constitutionem praeuiderat diuina prouidentia futuros ad principatuum dignitatem et nos ab eodem ad populi christiani sollicitam gubernationem temporaliter constituti, nostra interest deo dicatis ecclesiis et viris religiosis et maxime his, quorum conuersationem laudabilem et modum uiuendi cernimus arciorem, sic adesse ut ipsorum status et conditio emendationis majus recipiant incrementum, ut pro nobis et nostris progenitoribus implorent

clementiam saluatoris, et necesse est, ut in donationibus quas ipsis facimus taliter caueamus per autenticam seriem scripture et per veridicorum[1]) testium munimentum, ut uersutiis et quaerentibus quae non sua sunt in eisdem precludatur in posterum omnis occasio malignandi. Propter hanc causam notum esse volumus nationibus praesentibus et futuris, quod nos dedimus et titulo donationis appropriauimus monasterio sancti Petri nec non abbati et conuentui ac eorum successoribus vniuersis in Belbog ordinis Praemonstratensis Caminensis diocesis villam Beialecur nuncupatam et proprietatem eiusdem cum fundo et cum omnibus pertinentiis ad eandem contentis infra metas et terminos villae dictae cum tali iure, quo praedicti habent et possident caetera bona sua et ecclesia memorata feliciter et pacifice perpetuis temporibus possidendam. Testes huius rei sunt nobilis vir Kazimarus noster consanguineus, Theszlaus de Cummerow, Gobelo dictus mar[s]calc[2]) Heinricus pincerna, Arnoldus de Dusdow, Gerevinus, Arnoldus de Nouo Foro noster advocatus, milites, et alii quam plures fidedigni, quorum non sunt nomina hic expressa. Vt autem haec nostra donatio firma et inuiolabilis in sempiternum perseueret, praesens instrumentum in validum testimonium inde confectum eisdem dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Actum Damb et datum ibidem per manum magistri Rodolfi curiae nostrae notarii anno domini M.CC.LXXI. quinto idus Augusti.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matrikel (p. 45) fol. 24 Nr. 22; fol. 72v Nr. 60 (1272) Transf. vom 22. Jan. 1310; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 463.

942.

1271 August 16. (XVII°. kalendas Septembris) in Warpia.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster zu Ueckermünde das Patronat der Pfarrkirche zu Golnow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnym dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris in perpetuum. Constituti in partem sollicitudinis monarchie nostra interest deo dicatis ecclesiis et viris religiosis sic adesse, vt ipsorum condicio emendetur. Sane notum esse volumus presentibus et futuris nacionibus, quod nos dedimus et donacionis tytulo appropriauimus priori et fratribus in Ukermunde commorantibus ordinis sancti Augustini ius patronatus ecclesie in Golnow, quod Teutonice Vredeheyde nuncupatur, perpetuis temporibus feliciter possidendum, vt eo liberius diuinis laudibus valeant inherere et pro nobis et nostris genitoribus implorare clemenciam saluatoris. Testes huius donacionis sunt Borco dominus de Lobis, dominus Arnoldus de Dusdowe, dominus Bolte, dominus Hinricus, dominus Demikinus plebanus in Warpia et alii plures fidedigni, quorum hic nomina non sunt prenotata. Vt autem hec nostra donatio firma et inviolabilis in perpetuum perseueret, presens instrumentum antedictis cum nostri sigilli munimine roboratum duximus muniendum. Actum in Warpia et datum ibidem per manum magistri Rodolphi curie nostre notarii anno domini M°.CC°.LXXI° XVII°. kalendas Septembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrikel (p.7) P. I Nr. 4; P. II Nr. 18; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 464.

---

[1]) Die Matrikel hat vindicorum.

[2]) In der Matrikel markcalc.

943.

1271 October 14. (pridie idus Octobris) Stettin.

Herzog Barnim I. erlaubt nur den Bürgern zu Garz a. O., daselbst Getreide zu kaufen und verbietet sämmtlichen Fremden, oberhalb und unterhalb von Garz an der Oder Schiffe mit Korn anderswo zu beladen, als nur bei Garz selbst.

Barnym dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum peruenit, salutem in eo, [a] quo procedit omnium vera salus. Quoniam generatio praeterit et generatio aduenit et nichil certi remanet jam sub sole, necesse est ut acta principum, quae robur sortiri debent perpetuae firmitatis, scriptis autenticis et testibus idoneis sic stabiliantur, ne processu temporis imposterum inmutari valeant vel infringi. Huius rei causa tam nationibus praesentibus et futuris posteritatibus uolumus esse notum, quod nos dedimus ciuitati nostrae Gardz et sculteto, consulibus nec non caeteris eam inhabitantibus burgensibus dilectis nobis praerogativam et gratiam specialem, quod nulli hominum liceat in ipsa ciuitate annonam emere uel frumentum, nisi fuerit burgensis uel civis memoratae civitatis plenarius et perfectus, et quem ydem burgenses profitebuntur ipsorum esse conciuem plenarium atque uerum. Praeterea donauimus eisdem ad emendationem ampliorem, quod ab ipsa ciuitate in Odera ascendendo et etiam ab ipsa in Odera fluuio descendendo, ubicumque ipsi ciuitati fuerit damnificum et nocuum(!) quod non possint nec debeant aliqui homines in suas naves aliquod frumentum vel aliquam annonam recipere uel locare aut ipsorum naues cum prehabitis onerare, sed hujusmodi receptio vel oneratio debet fieri ante prehabitam ciuitatem. Qui autem alias receperint et naues suas onerauerint in nostrum impedimentum et ut per hoc nostram ciuitatem antedictam debilitent et infirment, tam homines quam naues ipsorum antedicti burgenses ciuitatis nostrae impedient et occupabunt et eos ante nos et ante nostram praesentiam adducent et praesentabunt, et nos uel noster aduocatus pro tali facto iudicabimus secundum justiciae rigorem debitum et condignum. Testes huius rei sunt Conradus praepositus Stetynensis clericus, item Conradus de Masso, Henricus de Clutzow, Gobelo, Fredericus de Hindenborch, Willekinus advocatus noster, milites, et plures alii fidedigni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem hae nostrae donationes in perpetuum stabiles et inconcussae perseuerent et munimentum recipiant sempiternum, jam saepedictis praesens instrumentum super his confectum sigilli nostri munimine roboratum duximus largiendum. Actum Stettin et datum ibidem per manum magistri Rodolphi curiae nostrae notarii anno domini M̊.C̊C̊.LXXI̊. pridie idus Octobris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatar. civit. Garz Nr. 13, Deutsche Uebersetzung Nr. 62; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 465.

944.

1271 October 14. (prydie idus Octobris).

Herzog Barnim I. giebt der Stadt Greifenhagen Innungs-Recht nach der Ordnung der Stadt Stettin.

Barnim dei gracia dux Slauorum . . . . notum esse volumus . . . . quod nos dedimus ciuitati nostre Gryphenhagen et dilectis nobis sculteto, consulibus nec

non burgensibus universis eam inhabitantibus et ipsorum successoribus institucionem mercatorum, que institucio inninghe vulgariter nuncupatur, perpetuis temporibus feliciter et pacifice possidendam; habebunt autem et seruabunt eandem institucionem, videlicet inninghe, quemadmodum eam seruent burgenses ciuitatis Stetyn cum omnimoda consuetudine libertatis etc. Datum . . . . anno domini MCCLXXI. prydie idus Octobris.

Gedruckt in den Baltischen Studien V 2. S. 166 nach einem Original-Transs. vom Jahre 1373 (Letzteres nicht mehr zu ermitteln); v. Medem, Gesch. der Stadt Greifenhagen S. 18 (2. Auflage).

945.

1271 Oktober 21. (XII° kalendas Nouembris) Ratebur.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt der Kirche zu Wusterhusen bei ihrer Einweihung durch ihn das Dorf Wusterhusen selbst, den Zehnten aus den Dörfern Gnuyentin, Malin, Brusow, halb Vierow, Lubmin, Kräselin und Stevelin, halb aus den nach deutschem und ganz aus den nach slavischem Recht besessenen Hufen, ferner die Dörfer Warsin, die beiden Nonnendorf, Latzow, Pritzwald, Conerow, Gustebin, Stilow, Lossin, Golletow und Trepelin.

Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus imperpetuum. Nouerint vniuersi presentes literas intuentes, quod cum dedicaremus ecclesiam in Wusterhusen dedicauimus ad eandem ipsam villam Wusterhusen cum omnibus prouentibus et redditibus inde prouenientibus vt iure seculari, excepto tamen iure superiori uel maiori, insuper decimas villaram subscriptarum, scilicet Gnuyentin, Malin, Brusow, dimidie ville Virow, Lubbenin, Cruselin et Steuelin, ea videlicet condicione vt medias decimas soluant, que fuerint possesse iure Teutonicali, integras vero iure Slauicali. Preterea villas subnotatas Warszin, duas villas Nunnendorp, Latsow, Priszwalck, Cunirow, Gustebin, Stilow, Lodessin, Golletow et Trepelin, ut hee ville cum prescriptis in dicta ecclesia requirant ecclesiastica sacramenta et eidem annonam ecclesiasticam persoluant, secundum quod in aliis perrochiis(!) circumiacentibus est consuetum. In cuius rei testimonium literas presentes nostri sigilli impressione fecimus communiri. Datum Ratebur anno domini M°CC°LXXI° XII° kalendas Nouembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Caminer Matrikel II fol. 36; (II fol. 232) Transs. vom 16. Juni 1298 im Transs. von 1317; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 469.

946.

1271 October 31. (pridie kalendas Nouembris) Stettin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Jungfernkloster vor Stettin das Dorf Warsow mit 48 Hufen.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam generatio praeterit et generatio aduenit et nichil certi remanet iam sub sole, nam vanitas vanitatum et omnia vanitas, necessarium esse dinoscitur, ut acta principum et praecipue quae fiunt super donationibus deo dicatis ecclesiis et personis religiosis legittimis documentis et publicis instrumentis adeo perennentur, ut eisdem in posterum omnis dubietatis et malignationis occasio amputetur. Quamobrem notum esse volumus nationibus praesentibus et

futuris, quod nos donauimus cum titulo proprietatis dilectis nobis in Christo abbatissae et conuentui sanctimonialium in Stettin nec non monasterio earundem ordinis Cistersiensis villam Warsouu et proprietatem ipsius, habentem in terminis suis quadraginta octo mansos, cum pratis, pascuis, paludibus, siluis, nemoribus, aquis, stangnis, molendinis, agris cultis pariter et incultis, vsuagiis et vniuersis comprehensis infra terminos dictae villae et cum omni iure, vtilitate et vsufructu, quae in ipsa villa nunc sunt aut processu temporis nominari poterunt uel acquiri, in sempiternum feliciter possidendam pacifice et quiete, transferentes in ipsas omne ius, quod nos et haeredes nostri in villa habuimus prenotata, vt pro nobis et nostris liberis atque coniugibus iugiter implorent clemenciam saluatoris. Vt autem hanc nostrae donationis proprietatem nullus omnino hominum possit infringere seu mutare, et ut in aeternum inconuulsa et inuiolabilis a nobis, haeredibus nostris et successoribus conseruetur, praesens instrumentum inde confectum in munimentum inuariabile abbatissae et conuentui et monasterio praelibatis cum sigilli nostri appensione duximus largiendum. Actum Stettin praesentibus et testimonium perhibentibus Conrado de Massouue, Gobelone, Heiderico de Clutzsouue, Frederico de Hindenborch, Johanne de Brelin, Johanne de Leuenouue, Reinecone de Schadevuachte, Olrico de Moringe, Johanne de Steinbeke, militibus, Weescelo, Theodorico de Saltwedele, Johanne et Conrado de Brakell, Wernero Judeo, burgensibus, et Hinrico Baruot, sculteto ciuitatis nostrae Stettin, et multis aliis fidedignis, et datum ibidem per manum Rodolfi curiae nostrae notarii, anno 1271 pridie kalendas Nouembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 51) fol. 33 Nr. 54; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 466; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzens Extract fol. 294.

947.

1271 Stetin.

Otto von Ramin schenkt den Franziskanern zu Stettin aus seinen Gütern zu Krackow eine Hebung von täglich vier Broden und dem Jungfernkloster vor Stettin drei Pfund Brandenburgischer Münze jährlich mit dem Beding, daß den Nonnen jährlich zweimal reichlichere und bessere Speise gereicht werden solle, setzt ein Jahresgedächtniß für seine Eltern Heinrich und Margaretha, seine Gemahlin Ida und sich selbst, seine Schwester Margaretha und deren Söhne, sowie für seinen Bruder Hildebrand fest und weist endlich dem Jungfernkloster noch $1^1/_2$ Pfund zu.

Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Ottho miles dictus de Rambyn salutem in uero salutari. Cum non habeat creatura quid digni pro meritis suo respondeat creatori, ego intuitu elemosinarum et potissime in recompensationem decimarum quedam de bonis meis in usus pios deo celi mente sincerissima dedicaui. Verum ne ea que fiunt in tempore obliuionis nubilo per defluxum temporis obducantur, notum esse uolo presentibus et futuris, quod ego ad honorem omnipotentis dei dedi fratribus minoribus in Stethin singulis diebus quatuor panes et dominabus eiusdem loci tria talenta Brandenborgensis monete annis singulis accipienda, ea conditione interposita, quod predicte domine duo in anno habeant seruicia scilicet pytantiam et lautiorem procurationem et eisdem temporibus vigilie et missa pro defunctis sollempniter celebrentur et memoria carorum meorum habeatur videlicet patris mei Heynrici de monte et matris mee Margarete et vxoris mee Yde et mei ipsius et sororis mee Margarete et filiorum eiusdem et fratris mei Hyldebrandi. Insuper superaddidi eisdem Christi ancillis talentum et dimidium eiusdem monete eo pacto interposito, vt fratribus

minoribus in Stethin post meum decessum in elemosina respondeant assignata, scilicet quatuor panibus die quolibet accipiendis. Hec autem quatuor talenta et dimidium predictis religiosis assignata dedi ex bonis illis, que habeo in Cracow in feodo a venerabili domino meo Hermanno Caminensi episcopo, cujus licentiam et assensum super predicta donacione obtinui facienda, qui etiam predicte donationis proprietatem jam dictis Christi sanctimonialibus est liberaliter elargitus. Hanc eciam donationem feci cum consensu filiorum meorum firmiter promittentium, quod in dicta donacione nec per se nec per alios reclamabunt. Huius ergo collationis testes sunt dominus Johannes de Levenov et sui filii Heynricus et Ottho, Ghyso de Belin et sui filii Hermannus et Johannes, Hermannus de Dulstede, Albertus de Insleve, Johannes de Manso, Hermannus de Ramstede, Reyneco villicus de Cracov, Hermannus de Curia, Stephanus villicus de Sunneberch et suus frater Theodericus. Vt ergo hec concessio mea a successoribus meis inviolabiliter obseruetur, presentem seriem appensione sigilli domini Hermanni Caminensis episcopi et sigilli proprii feci perhenniter roborari. Datum Stethin ab incarnacione domini anno millesimo ducentesimo septuagesimo primo indictione XIIII.

Beide Siegel an Pergamentstreifen hängend.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Stettin Nr. 11; Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 99) Nr. 84; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 471.

948.

1272 Januar 4.[1]) (in octaua sancti Johannis ewangeliste) Sundis.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, überträgt dem Kloster Neuencamp das Patronat der Kirche zu Tribohm.

Wizlauus dei gracia Ruianorum princeps omnibus Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in omnium saluatore. Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod nos diuini cultum obsequii uolentes pro nostris uiribus ampliare dei ac sue gloriose matris specialiter intuitu, de consensu fratris nostri Jaromari, heredum nostrorum et de pociorum fidelium nostrorum consilio abbati et ecclesie sancte Marie Noui Campi in nostro site dominio ius patronatus ecclesie Tribom, site in terra nostra Tribuses, cum agris, pascuis et pratis, ac vniuersaliter omnibus ad ecclesie eiusdem dotem pertinentibus contulimus libere et quiete perpetuo possidendum. Ne igitur super hac donatione nostra, quam de libera fecimus uoluntate, posteris obliuio uel dubium oriatur, presentem paginam exinde confectam toto futuro tempore ualituram testium subscriptione et sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes hii aderant: domini milites Borantus, Reinfridus de Peniz, Guzlauus de Bart, Massiko, Johannes dictus Bere, Johannes Mordere et alii plures fide

[1]) Johannes evangelista fällt auf den 27. Dezember und die Angabe concurrente quarto weist auf das Jahr 1272 hin. Fabricius und nach ihm Lisch haben sich in ihrer Datirung durch Johannes baptista irre führen lassen.

digni. Datum Sundis, anno domini M.CCLXXII concurrente quarto, in octaua sancti Johannis ewangeliste.

Siegel nebst Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 24*; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 479; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1272) Nr. 2; Klempzens Extract fol. 43.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 109; Lisch, Gesch. des Geschl. Behr I S. 113 Nr. 77.

949.

1270 Januar 23. (actum X. kal. Februarii) Germin.
1272 Januar 18. (datum XV. kalendas Februarii) Dersehouede.

Herzog Barnim I. schenkt der Stadt Greifswald die Fischerei in der Peene von der Wiese des Ritters Conrad von Zastrow an bis zum Ruden.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis fidei catholice professoribus ad quos presens instrumentum peruenerit in perpetuum. Quoniam ex continua reuolutione primi mobilis uarietas temporum procreatur, que memorias hominum nubilo ignorancie consueuit vniuersaliter obfuscare et obliuione iugiter denigrare, necesse est, ut acta principum, que sub fluxibilitate temporali dilectis et subditis suis titulo donationis impenduntur, que robur sortiri debent perpetue firmitatis, voce testium et scripture perhennitate adeo stabiliantur, ne sub decursu temporis versutis et querentibus, que non sua sunt, occasio pateat imposterum malignandi. Sane notum esse volumus nationibus vniuersis presentibus et futuris, quod nos dedimus et donationis titulo appropriauimus ciuitati nostre Grifeswolde nec non consulibus et vniuersis burgensibus dilectis nobis nunc et in sempiternum eandem ciuitatem inhabitantibus de prato Conradi militis dicti de Szasterowe descendendo totam Penam, et integraliter illam partem, que Wiich uulgariter appellatur, in descensu eiusdem aque, que Pena uocatur, extra et exeundo usque ad illam partem, que Rude dicitur, perpetuis temporibus feliciter et pacifice possidendam, et predictam aquam antedictorum burgensium usibus donauimus appropriandam, quod nulli hominum liceat in eadem piscari cum sagena aut aliis retibus quibuscunque, nisi de eorum licencia speciali, exceptis Slauis de villis circumiacentibus, qui cum instrumento, quod nuncupatur stafwade, et non aliter piscandi habebunt liberam potestatem in aqua memorata. Et Conradus miles de Szasterow, Hermannus de Robolow et Fredericus Smekere eosdem burgenses in antedicta aqua nec debent nec poterunt in aliquibus impedire, quia quicquid iuris prefati tres in aqua expressa superius habuerunt, prefata ciuitas et burgenses ipsius emptionis ab ipsis precio absoluerunt. Et in presentia nostra et nostrorum uasallorum predicti tres Conradus Hermannus et Fredericus cesserunt vniuersis que ipsis in aqua sepius dicta iure aliquo competebant. Testes huius rei sunt Johannes de Heidebrake, Gerardus Lepel, Heinricus Steding, Hermannus de Vizen, Hermannus de Pinnow, Gerewinus Stange, Conradus de Szasterow, milites, item Hermannus de Robolow, Fredericus Smekere et plures alii fide digni. Vt autem hec nostra donatio firmamentum perpetuum sorciatur, ciuitati et burgensibus sepedictis presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam duximus largiendam. Actum

Germin, anno domini M̊.CC̊.LXẊ. Ẋ. kal. Februarii et datum Dersehouede per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini M̊.CC̊.LXXİI. XV̊. kalendas Februarii.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 17; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II S. 471.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Biblioth. III S. 411; Dähnert, Sammlung Suppl. IV S. 107; Schwarz, Diplom. Gesch. der Pomm.-Rüg. Städte S. 265.

950.

1272 Januar 24. (nono kalend. Februarii) Dimin.

Herzog Barnim I. schenkt auf Bitten des Ritters Johann von Gransoge dem Nonnenkloster zu Verchen drei Hufen zu Plestlin.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit inperpetuum. Ad ampliandum cultum diuinum et ad personarum deo dicatarum sustentationem comodi amplioris intuitu diuine retributionis frequenter consueuimus hanelare.[1]) Propter huius causam notum facimus nationibus presentibus et futuris, quod nos dilecti et fidelis nostri Johannis militis de Gramesowe piis peticionibus inclinati dedimus monasterio sancte Marie nec non priorisse et conuentui in Virchin proprietatem trium mansorum in villa Plestelin perpetuo et feliciter possidendam et eosdem tres mansos predictis titulo donationis appropriauimus cum iure quolibet et prouentibus vniuersis. Testes huius rei sunt Heinricus Uulpes, Reybernus de Wacholte, Johannes de Scolentin, milites nostri, et plures alii fidedigni. In cuius donacionis perpetuam memoriam iam prehabitis sanctimonialibus et ecclesie presens instrumentum inde confectum nostri sigilli munimine roboratum duximus largiendum. Datum Dimin M̊.CC̊.LXXİI. nono kalend. Februarii per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 26ᵛ; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 472; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel (p. 35) Nr. 22.

951.

1272 Februar 21. (X̊. kal. Marcii) in Tanclam.

Hermann, Bischof zu Camin, verkauft dem Kloster Dargun die Zehnten der Dörfer Caseburg und Garz für 100 Mark, desgl. das Eigenthum des Dorfes Nessin, welches das Kloster von Vidalte gekauft hatte, für 80 Mark.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie

[1]) i. e. anhelare.

episcopus omnibus in perpetuum. Cum omnia, que sub sole fiunt, vanitati ac obliuioni subiaceant, introductum est a sapientibus vtiliter ac prouide, ut ea que ab ipsis geruntur, perpetue commendentur memorie linguis testium ac testimonio litterarum. Hinc est quod ad noticiam tam presencium quam futurorum volumus peruenire, quod nos de communi consensu capituli nostri claustro in Dargun vendidimus decimam proprietatis illius, quam habet Karzburch et duabus uillis vno nomine Gardiz videlicet nuncupatis, cum terminis ipsarum villarum, pro centum marcis denariorum, omni eo iure ac libertate, quo ipsam habuimus aut habere in perpetuum videbamur. Preterea vendidimus eidem claustro proprietatem ville Nesin cum terminis, quos habebat, cum Vidalte ipsam claustro prefato vendidit, cum omni iure, quod in ipsa habuimus vel habere debuimus in aquis, agris, piscationibus, molandinis(!), siluis, aduocatiis, pratis, pro octoginta marcis denariorum iure perpetuo possidendam. Ut igitur hec nostra vendicio futuris temporibus semper firma maneat et inconuulsa, presentem litteram inde conscriptam sigilli nostri munimine ac nostri capituli fecimus communiri. Testes huius rei sunt Johannes decanus, Hinricus custos, Gerardus scolasticus, Hinricus prepositus Stetinensis, canonici Caminenses, Arnoldus prepositus dominarum de Yuenac, Andreas plebanus in Dimin, Heidhenricus et Albertus, canonici Colbergenses, Hinricus comes de Kerecberg, Olricus marscalcus, Hinricus de Cudhene, Ludolfus de Lassana, Johannes Wlpis, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M̊.CC̊.LXX̊.II̊. X̊. kal. Marcii, in Tanclam, pontificatus nostri anno X̊.VIII̊. Datum per manus magistri Lamberti notarii.

Siegel des Bischofs Hermann an roth- und gelbseidener Schnur, Siegel des Caminer Domkapitels an roth-, grün- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Meklenb. Urk.-Buch II S. 425 Nr. 1245.

952.

1272 März 24. (IX̊. kalendas Aprilis) Lokeniz.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt dem Abte zu Dargun die Erlaubniß des Cardinal-Legaten Guido, zur Erhaltung der Klosterkirche eine bisher dem Pfarrer zu Levin gegebene Kornlieferung von 20 Drömt zurückzubehalten.

Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Notum esse volumus vniuersis, nos litteras venerabilis in Christo pratris domini Gwidonis cardinalis, apostolice sedis legati, uidisse continentes, quod, cum ecclesiam Leuin vacare contingeret, abbas Dargunensis, ad cuius collationem predicta spectat ecclesia, partem aliquam reddituum inde tollere possit, vt ex eo structura ecclesie Dargunensis annis singulis emendetur. Nos igitur vestigiis predicti domini cardinalis inherere volentes, eidem ecclesie licenciamus, vt viginti tremodia, que singulis annis de suo granario persoluebant, ad usus structure perpetuo retineant, supradicte rectori ecclesie scilicet Leuin alios suos redditus assignando. Datum anno domini M̊.CC̊.LXXII̊, Lokeniz, IX̊. kalendas Aprilis.

Siegel an roth-, grün- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 427 Nr. 1248.

953.

1272 April 10. (IIIIº. idus Aprilis) Dimin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Jvenack das Dorf Fahrenholz im Lande Stavenhagen und zehn Hufen des Dorfes Pinnow im Lande Gädebehn.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Cristi fidelibus in perpetuum. Quoniam generatio preterit et generatio aduenit et nichil certi remanet iam sub sole, necesse est ut acta principum, que fiunt tempore sublabente, et precipue in donationibus, que deo dicatis ecclesiis inpenduntur, scriptis viuidis et testibus veridicis adeo stabiliantur, ut in eis omnis dubietas et querencium, que non sua sunt, quelibet malignandi occasio precludatur. Huius rei causa notum esse uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos dilectis nobis in Christo abbatisse et conuentui et eorum successoribus in Yuenak, ordinis Cisterciensis, dedimus et titulo donationis appropriauimus villam Vorenholt, sitam in terra Stouenhagen, et proprietatem eiusdem ville, cum mansis contentis infra terminos dicte ville et quibuslibet cum attinenciis, in pratis, pascuis, nemoribus, stagnis, riuulis decurrentibus, paludibus, lignis, agris cultis pariter et incultis, et cum omni iure et quolibet usufructu, transferentes in antedictas abbatissam et sanctimoniales et in ecclesiam earumdem omne ius, quod in villa habuimus memorata. Donauimus eciam eisdem sanctimonialibus et ecclesie ipsarum decem mansos in villa Pinnow, que iacet in terra Ghotebant, cum omni iure et omnimodo usufructu. Testes harum donationum nostrarum sunt Hynricus Ursus, Johannes Romelo, Johannes Scolentin, Fredericus Uulpes, Ludolfus de Lassan, Fredericus de Bertecow, Hermannus de Vizen, Hynricus Corn, Fredericus Brusehauere, Olricus Saxo, Rodolfus de Nienkerken et Conradus frater eius, Johannes de Heidebrake, milites, et Hynricus Zaiensz marscalcus noster, Johannes et Luderus frater suus de Grambow, et plures alii fidedigni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem hee donationes nostre firme et inuiolabiles in perpetuum perseuerent, sepedictis abbatisse et sanctimonialibus ac monasterio earumdem instrumentum super hiis confectum presens sigilli nostri munimine roboratum in verum testimonium duximus largiendum. Actum et datum Dimin, per manum magistri Rodolfi, nostre curie notarii, anno domini M̊.CC̊.LXXII̊., IIIİ. idus Aprilis.

Siegel an grün- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 111 Nr. 75; Mekl. Urk.-Buch II S. 427 Nr. 1249.

954.

1272 April 15. (XV̊II kal. Maii) Lokeniz.

Hermann, Bischof zu Camin, überweist das Dorf Kesow dem Probst, 15 Mark aus der Kirche zu Penkun dem Dekan und das Dorf Ladentin dem Thesaurar der Marienkirche zu Stettin.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Cum ea

que fiunt sub tempore, simul cum tempore transeant et labantur, expedit ut acta presentium testimonio scripture ad notitiam proueniant futurorum. Nouerint igitur vniuersi tam presentis temporis quam futuri, quod nos de consensu illustris principis Barnim ducis Slauorum villam Cesow ad parrochiam et dotem Gardiz pertinentem prepositure ecclesie sancte Marie in Stetin, decanatui quindecim marcus denariorum de ecclesia Penkun, thesaurario uero ecclesiam in Lodentin eiusdem ecclesie sancte Marie in nomine domini assignamus. In cuius rei euidens testimonium presentes litteras nostri sigilli impressione fecimus roborari. Datum et actum Lokeniz anno domini MCC.LXXII XVII kal. Maii.

Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Archiv des Marienstifts zu Stettin s. r. Tit. I Sect. I Nr. 8; Abschr. Tit. I Sect. I Nr. 33; Matrikel des Marienstifts (Tit. I Sect. I Nr. 1) fol. 255; Diplom. des Marienstifts (Tit. I Sect. I Nr. 107) fol. 17.

955.

1272 April 27. (quinto kalendas Maii).

Wizlaw II., Fürst von Rügen, bestätigt mit Zustimmung seines Bruders Jaromar die Ueberlassung einer Hufe zu Lambregtisdorph durch Meinard Stute an das Kloster Neuencamp.

Wizlauus dei gracia princeps Ruianorum vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Quoniam ab humana cicius elabuntur memoria, que nec scripto nec uoce testium fuerint eternata, vniuersis uobis et singulis tenore presentium declaramus, quod nos ad instantiam dilecti nobis Meinardi dicti Stute de libera uoluntate fratris nostri Jaromari et heredum nostrorum contulimus ecclesie Noui Campi proprietatem vnius mansi siti in Lambregtisdorph, quem idem Meinardus pie memorie in presentia nostra de bene placito fratrum suorum pro remedio anime sue legauit ecclesie supradicte. In cujus rei firmamentum presentem paginam cum testium subscriptione sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes hii aderant: domini et milites Boranth, Gothan dictus Morder, Johannes dictus Ursus, Godescalcus dictus Hucsole. Datum anno domini M.CCLXX. secundo, quinto kalendas Maii, epacta existente XVIII. concurrente V. et indictione XV. Amen. Valeat vsque in diem nouissimum.

Siegel von der gelbseidenen Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 24; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 478; Bibliοth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1272) Nr. 14; Klempzen, Extract fol. 43.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 106.

956.

1272 Mai 1. (kalendas Maii) Magdeburg.

Konrad, Erzbischof zu Magdeburg, verbündet sich mit Nikolaus von Werle, Graf Gunzelin von Schwerin, Fürst Wizlaw II. von Rügen, Waldemar von Rostock und deren Söhnen gegen die Markgrafen von Brandenburg und jeglichen anderen Feind, ausgenommen Albert von Braunschweig, Dietrich von Landsberg, Johann und Albert von Sachsen.

Nos Conradus, dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, notum facimus

vniuersis audituris presentes litteras et uisuris, quod uir[is] nobilibus, domino Nicholao de Werle, comiti Guncelino de Zwirin, domino Heinrico Magnopolensi, domino Wizlao de Rugin, domino Woldemaro de Rotstoc, dominis Slauie, et eorum filiis astrinximus data fide, nos et nostrum capitul[um] nostros similiter fratres iuratos, dictos dominos Slauie adiuuare bona fide, toto posse, werra eorum durante contra dominos marchiones Brandenburgenses, et deinceps quoad uixerimus ipsis assistere debemus contra eosdem dominos ma[r]chiones et contra quemuis volentem ipsos iniuriose destruere, illustribus principibus Alberto duce de Bruneswic, marchione Thiderico de Landesberch, Johanne et Alberto ducibus Saxonie dumtaxat exceptis, contra quos nichil poterimus attemptare, nisi dicti principes terminos Slauie uiolenter inuad[ere]nt, tunc ad defensionem terre dominorum Slauie eis debemus cum iuratis fratribus nostris adesse [u]iriliter et prodesse. Ipsi vero domini Slauie uersa uice obligauerunt se fidei datione nobis et nostro capitulo, nos iuuare et nostram ecclesiam contra dominos marchiones Brandenburgenses, si pro domino Erico preposito, fratre eorum, quoquo modo guerram contra nos et nostram ecclesiam decreuerint suscitare. Item contra ipsos et contra omnes, qui nos indebite et iniuste perturbauerint, debebunt similiter nos iuuare bona fide, toto posse ipsi quoad uixerint, et eorum filii sicut ipsi. Commisimus autem duobus arbitris scilicet illustri domino comiti Sifrido de Anahalt et viro nobili comiti Conrado de Wernigerode nos et nostram ecclesiam et coadiutores nostros, et ipsi se duobus domino Nicholao de Werle et comiti Guncelino de Zwirin similiter commiserunt, qui quando quis iuuandus sit, per fidem suam indicent partibus, illi quidem arbitri dominorum Slauie nobis, et arbitri nostri illis, et postquam nobis significatum fuerit de adiutorio faciendo, a tempore monitionis illorum arbitrorum emisse ad nos ad mensem ei, qui passus est iniuriam, potenter in auxilium ueniemus, et econtra, quando nostri arbitri per fidem suam pronunciauerint dictis dominis Slauie, nos et ecclesiam nostram esse iuuandam, ipsi domini Slauie nobis prestabunt auxilium similiter infra mensem. Si vero aliquis dictorum arbitrorum decesserit uel haberi non poterit, loco eius substituendus erit alius infra mensem. Quando vero guerram aliquam intrauerimus occasione dominorum Slauie vel ipsi occasione nostra, si fines dominorum Slauie attigerimus cum nostris armatis, nobis et nostris hominibus de expensis prouidere debebunt; postquam vero nobis in adiutorium fines nostros intrauerint domini Slauie, nos eis expensas debemus et suis hominibus ministrare. Is quoque qui expensas ministrauerit, id quod gedingede dicitur, percipiat in subsidium expensarum. Postquam autem guerram intrauerimus, nos pro ipsis vel ipsi pro nobis, neutra pars inire debebit treugas aut concordiam sine alterius uoluntate. Sequemur autem dominos Slauie usque ad fluuium Edram et usque ad mare attingens fines Slauie, ipsi vero sequentur nos usque ad Weseram et ad flumen Vnstrot, item trans Oderam usque ad fluuium Netce dictum. Post [dece]ssum eciam nostrum astabit nostrum capitulum dictis dominis Slauie et domini Slauie nostro capitulo uersa uice [resp]ectum habebunt sibi inuicem de mutuo auxilio et seruicio faciendo prout superius est express[um]. In cuius tractatus euidenciam sigilla, nostrum scilicet et nostri capituli et fratrum iuratorum, presenti littere duximus apponenda. Acta sunt hec Magd[eburg] anno domini M̊.C̊C.LXXII̊. kalendas Maii, presentibus magistro Waltero decano, domino Bernardo celerario, Gunthero custode, Siffrido cantore, magistro Ritzero scolastico, nostris canonicis; laicis quoque illustri comite Siffrido de Anahalt, comite Bůrchardo de Mansfelt, comite Conrado de Werningerode, comite Olrico de Regensten, comite Meinero de Sladim, domino Ottone de Hadmersleue, fratre Heinrico, commendatore domus hospitalis de Mirowe, domino Richardo de Lunenborch, canonico Zvvirinensi, ministerialibus eciam nostris

domino Heinrico de Rigowe, Gumperto de Alesleue, Richardo dapifero, et aliis quam pluribus fide dignis, quos huic scripto pro testibus annotamus.

Siegel des Magdeburger Domkapitels am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. III. 3 S. 2 Nr. 2; Fabricius III Nr. 107; Meklenb. Urk.-Buch II S. 428 Nr. 1250.

957.

1272 Mai 12. (quarto idus Maij) Stetin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster zu Usedom als Ersatz für das Dorf Dramin 100 Hufen in dem Eichwalde Trechel und im Buchwalde Zirmisnza.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam in generationibus corruptio et in generationibus progressio continuo motu temporis sub celi ambitu continentur, necesse est ut acta principum scriptis publicis et testibus ydoneis sic firmentur, ut versutis et querentibus que non sua sunt precludatur in eis imposterum omnis occasio malignandi. Ob hanc causam notum esse volumus nationibus presentibus et futuris, quod nos dedimus et titulo donationis appropriauimus ecclesie sancti Godehardi necnon abbati et conuentui in Vznam ordinis sancti Augustini in restaurum ville Dramin centum mansos in solitudine quercina Trechel et in solitudine faginea Zirmisnza nuncupatis ipsorum usibus applicandos. Donauimus inquam prehabitos mansos eisdem cum tali iure et libertate et eo modo quo habent et possident cetera bona ipsorum in perpetuum possidendos. Testes huius donationis sunt Borco, Bizpraus, Teszlaus Albus, Teszlaus Sabisizs, milites, et plures alii fidedigni, quorum nomina non continet hec series litterarum. Vt autem hujus rej firmitas in sempiternum inuiolabilis perseueret, predictis ecclesie abbati et conuentui presens instrumentum inde confectum in euidens testimonium sigilli nostri munimine communitum duximus largiendum. Datum Stetin anno domini M.CC.LXXII. quarto idus Maij, per manum magistri Rodolfi notarii nostri.

Das Siegel nebst Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 36; Original-Transs. vom 13. Juni 1317 s. r. Pudagla Nr. 56; Pudaglaer Matrikel (p. 87) Nr. 43 fol. 23 (XIX. C); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II. Nr. 473; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempßens Extract fol. 108v.

958.

1272 Mai 25.[1]) (oct. kal. Junii) Actum Vkermunde et datum Stettin.

Herzog Barnim I. überweist der Marienkirche zu Stettin das Dorf Zahden mit 52 Hufen und allem Zubehör.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum

[1]) Das Original der Urkunde ist nicht zu ermitteln gewesen. Die Abschrift in der Matrikel des Marienstifts (aus dem 17. Jahrhundert) trägt das Datum oct. kal. Junii, die des Diplomatars (18. Jahrh.) dagegen octava die mensis Junii. Die ältere Abschrift ist also hier als maßgebend für die Datirung angenommen.

omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam omnipotentis larga benignitas nos constituit in partem sollicitudinis monarchiae et nostrorum progenitorum exemplis multiformibus inuitati, nostra interest construere ecclesias et plantare et plantatas dotare et amplificare donationibus prediorum, et specialiter illam quam fundauimus, quae est nostrae fundationis quasi forma vltima completiua, in qua post fata elegimus requiem corporalem, tenemur villarum proprietatibus et reddituum caeterorum inuestire taliter et ditare, ut ipsius ecclesiae nec non personarum in ea deo famulantium status et rerum temporalium multiplicatio suscipiant debitum et quamplurimum incrementum. Eapropter notum esse volumus nationibus praesentibus et futuris, quod nos dedimus et titulo donationis appropriauimus ecclesiae, praeposito, decano et capitulo sanctae Marię in Stettin proprietatem villae Zadel nominatę habentis quinquaginta duos mansos, in quibus mansis etiam sita est quaedam villa iuxta Oderam fluuium circa vallum, in quo quondam castrum fuit Zadel nuncupatum, cum omnibus attinentiis, videlicet in Oderę fluuio cum vno tractu sagenali, siluis, nemoribus, pratis, pascuis, paludibus, piscationibus et vsuagiis vniuersis, cum quolibet jure et tali libertate, cum quali [habent][1]) proprietatem possessionum, villarum et reddituum ceterorum in perpetuum possidendam. Testes harum donationum sunt Kazimarus, Borco, Gobelo, Fredericus de Hindenborch, Johannes de Scolentin, Oldagus de Zverin, milites, et plures alii fide digni. Vt autem hae donationes nostrae nomine nostro, heredum nostrorum et nostrorum omnium successorum inconuulse et inuiolabiles perpetuis temporibus perseuerent, prehabitis ecclesiae praeposito, decano et capitulo sanctae Mariae in Stettin praesens instrumentum super hiis confectum sigilli nostri munimine roboratum in validum testimonium et perpetuum memoriale duximus largiendum. Actum Vkermunde anno domini M°.CC°.LXXII°. oct. kal. Junii et datum Stettin per manum magistri Rodolfi curiae nostrae notarii annis domini praenotatis.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Matrikel des Marienstifts (Tit. I Sect. I Nr. 1) fol. 61; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Diplomat. eccles. s. Mariae I Nr. 12.

959.

1272 Juni 9. (quinta feria proxima ante festum penthecostes) Zwerin.

Hermann Bischof, Johann Dekan und das ganze Domkapitel zu Schwerin verkaufen dem Kloster Neuencamp den Zehnten aus den Dörfern Krönnewitz, Cordshagen, Wolfshagen, Gersdin und Vogtsdorf für 740 Mark.

Hermannus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus, Johannes decanus eiusdemque loci capitulum vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Quoniam ab humana cicius elabuntur memoria, que nec voce testium nec scripto firmiter fuerint eternata, vniuersis vobis ac singulis tenore presentium declaramus, quod nos de consensu et beneplacito capituli nostri decimas, infeodatas et absolutas, magnas et minutas, uillarum Croneviz, Conradishagen, Wluishagen, Gǒsdin, Vogedisdorp cum omni integritate proprietatis et juris, quam ecclesia nostra in ipsis dinoscebatur habere, dimisimus domino abbati et conuentui Noui Campi pro septingentis et quadraginta marcis denariorum currentis monete ipsis et successoribus eorundem libere et absolute perpetuo possidendas.

[1]) Die Matrikel hat hunc.

Ne igitur hoc factum nostrum vel inuidia vel ignorancia ualeat a quouis infirmari, presens scriptum inde confectum cum testium subscriptione et sigillorum nostri et capituli nostri appensione fecimus roborari. Testes hii aderant: comes Moriko de Spegelberge, Gherardus notarius noster, Albero dictus de Grens, Fridericus dictus de Berincle, milites, Johannes magister coquine nostre et Engelbertus pincerna noster, et alii quam plures clerici et layci. Datum Zwerin, quinta feria proxima ante festum penthecostes, anno domini M°C°C°. septuagesimo secundo, amen.

Original-Transsumt vom 27. April 1309 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 74; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 481; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzens Extract fol. 52.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 108; Meklenb. Urk.-Buch II S. 431 Nr. 1252.

960.

1272 Juli 24. (nono kal. Augusti) Trebetow.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Stolp das Dorf Below.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus cristifidelibus in perpetuum. Quoniam in generationibus preteritio et in generationibus aduencio reperitur temporum sub momentis et nichil certi remanet iam sub sole et in rerum naturis nulla stabilitas sub celi ambitu continetur, necessarium et expediens comprobatur, ut acta principum, que debent robori perpetuo subiacere, scripture testimonio et testium uiuacitate taliter perhennentur, ut querentibus que non sua sunt et uersutis precludatur imposterum omnis occasio malignandi. Huius rei causa transmittere cupimus communi nationi presencium et felici successioni futurorum, quod nos dedimus et titulo donationis appropriauimus . . abbati, conuentui et ecclesie sancti Johannis baptiste in Stolp villam Slauicalem Belowe nominatam et proprietatem eiusdem uille cum limitibus et terminis ipsi ex antiquo tempore et ceteris pertinentiis deputatis, et cum libertate et omnimodo iure, quo prehabiti cetera bona et uillas possident atque habent, perpetuis temporibus quiete et feliciter possidendam. Testes istius donationis sunt Heinricus, Heidenricus de Heidebrake, Heinricus de Wodenswege, Heinricus pincerna, Fredericus de Palude, Hermannus Thuringus, Harnidus Vrsus, Arnoldus de Vizen, Wichemannus Glude, Otto de Versne, milites, item Heinricus de Zaienz noster marscalcus et plures alii fide digni, quorum hic non sunt nomina innotata. In cuius donationis nostre firmam memoriam et stabile munimentum et ut nomine nostro, heredum nostrorum ac successorum nostrorum hec donatio nostra nunquam immutari ualeat uel infringi, prefatis ecclesie abbati et conuentui presens instrumentum inde confectum cum appensione nostri sigilli fecimus elargiri. Datum Trebetow per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini M°.C°C.LXXII°. nono kal. Augusti.

Siegel mit Schnur nicht mehr vorhanden.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Kl. Stolp Nr. 16.

Gedruckt in Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 114 Nr. 73.

961.

1272 August 12. (pridie idus Augusti) Stolp.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß die Ritter Rudolf Munt und dessen Sohn Friedrich zwei Mark an das heil. Geisthospital zu Anklam aus den Gütern der Stadt geschenkt haben, mit der Bestimmung, daß eine Mark zur Krankenpflege, die andere für den Priester verbraucht werden solle, ferner daß die Frau Helpe 25 Schillinge aus den Gütern der Stadt dem Hospital überwiesen habe.

Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam ad nostre pertinet sollicitudinis dignitatem, vt deo dicatis ecclesiis in donacionibus, quas ipsis facimus pro adipiscenda clemencia saluatoris, scriptis auctenticis et testibus veridicis taliter caueamus, ut processu temporis super hiis excludatur omnis occasio malignandi, propter hanc causam noscere debet generacio tam presencium quam futurorum, quod nos dedimus proprietatem duarum marcarum argenti domui sancti spiritus in civitate nostra Tanglym iacencium in censu mansorum iam prehabite ciuitatis, quas Rodo[l]fus[1]) Munt miles et filius suus Fredericus Munt miles a nobis in feodo habuerunt et coram nobis eidem domui resignarunt, vt pariter in vita et in morte in dicta domo ipsorum memoria perpetuo habeatur, et vna marca de hys ad opus veniet egrotorum eiusdem domus et altera marca cedet ad operam sacerdotis officiantis dictam domum. Item appropriauimus et dedimus sepedicte domui sancti spiritus proprietatem viginti quinque solidorum iacentium in censu mansorum eiusdem ciuitatis, quos domina Helpe feodaliter habuit a nobis, quos de nostro consensu coram nobis sepius dicte domui resignauit, vt particeps fiat omnium bonorum operum, que intra domum sancti spiritus peraguntur; antedictas duas marcas et prefatos viginti quinque solidos eidem domui et proprietatem ipsorum donauimus perpetuis temporibus feliciter possidendos. Testes harum donacionum sunt Conradus prepositus Stetinensis clericus, item Oldagus, Borko, Gerardus Lepel, Arnoldus de Dusdow, Hermannus de Palude, milites, item Heinricus de Zaienz marscalcus noster, Geuardus de Sabow magister coquine noster, et consilium Tanglimense et plures alii fide digni. Vt autem hee donationes nostre nomine nostro heredum et successorum nostrorum nunquam mutari valeant uel infringi, presens instrvmentum super hys confectum cum appensione nostri sigilli iam sepius dicte domui sancti spiritus in firmam memoriam duximus largiendum. Actum Stolp et datum ibidem per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii, anno domini M̊.CC̊.LXXII̊. pridie idus Augusti.

Original-Transf. vom 1. Januar 1339 im Stadt-Archiv zu Anklam s. r. Nr. 66; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplom. civit. Anclam. S. 33 Nr. 24; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 475.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibl. V S. 228 Nr. 16; Stavenhagen, Chronolog. Beschreibung der Stadt Anklam S. 323 Nr. 6.

962.

1272 August 25. (VIII̊. kalendas Septembris) Vznam.

Herzog Barnim I. schenkt eine Wiese am Ryck und eine Hausstelle in Greifswald, welche ihm durch Erbschaft von Herzog Wartislaw III. zugefallen, der Stadt Greifswald.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omni-

[1]) Das Transsumt hat Rodofus.

bus in perpetuum. Omnium actorum habere memoriam et nullius rei obliuisci non est humane industrie, sed diuine. Ideo necesse est ut acta principum, que debent robori perpetuo subiacere, ne cum tempore defluente transeant in obliuionem, ut veridicorum virorum testimonio et scripturarum serie perhennitate adeo stabiliantur, ne processu temporis immutari ualeant uel infringi. Huiusmodi propter causam transmittere cupimus communi nationi presencium et felici successioni futurorum, quod nos dedimus et donando appropriauimus ciuitati nostre Grifeswold et dilectis consulibus et burgensibus eiusdem ciuitatis inhabitatoribus ac eorum successoribus vniuersis pratum nostrum, quod iacet iuxta Reke, et vnam aream uel locum curie que sita est infra munitionem prehabite ciuitatis, et tam pratum quam area fuerunt nostri dilecti consanguinei domini Wartizlai ducis Diminensis pie memorie, que ad nos exstiterant iure hereditario deuolute. Hec inquam pratum et aream ipsis donauimus in perpetuum feliciter possidenda. Testes harum donationum nostrarum sunt Heinricus Vrsus, Johannes Romelo, Heinricus Steding, Hermannus de Vizen, Johannes Scolentin, Wichemannus Glude, milites, et Heinricus Zaienz, marscalcus noster, et plures alii fide digni. Vt autem hee donationes nostre nomine nostro heredum et successorum nostrorum nunquam ualeant uiolari, prefatis ciuitati consulibus et burgensibus presens instrumentum super hiis confectum dari fecimus, sigilli nostri munimine roboratum. Datum Vznum per manum magistri Rodolfi, curie nostre notarii, anno domini M.CC.LXXII. VIII. kalendas Septembris.

Siegel an gelb- und rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 18.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibl. III S. 412; Schwarz, Diplom. Gesch. der Pomm. Städte S. 267; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 115 Nr. 79.

963.

1272 September 6. (octauo idus Septembris) apud Novum Forum.

Herzog Barnim I. erlaubt dem Kloster Colbatz, die Slaven aus seinen und seiner Vasallen Gütern auf den Klostergütern frei von aller Belästigung anzusiedeln und nimmt die Lebensmitteltransporte der Mönche in seinen Schutz.

Barnym dei gratia dux Slauorum vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in domino. Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri, quod nos dilectis nobis in Cristo abbati et conuentui monasterii sancte Marie uirginis in Colbas et vniuersis successoribus eorum hanc gratiam donauimus et prerogatiuam fecimus specialem, ut Slaui in dominio nostro constituti siue in nostris siue in vasallorum nostrorum villis manentes, si ad predictum abbatem et conuentum causa manendi in villis eorum transferre se voluerint, liberi sint et exempti ab indebita uexatione et iniusta aduocatorum, bedellorum aliorumque officialium nostrorum et insuper vasallorum nostrorum quomodolibet, postquam sepedictis abbati et conuentui fideiussores certos posuerint, quod ad villas eorum venire velint et debeant ad manendum, nulli cuiquam, postquam ut predictum est fideiussores posuerint, aliquid seruicii aut emolumenti debentes ultra communem omnium Slauorum in terra nostra manencium iusticiam, sed communi iusticia contenti libere ad predictos abbatem et conuentum et ad villas eorum transibunt a qualibet vexatione liberi et exempti. Insuper scientes quod nos

nuncios supradicti domini abbatis et conuentus in nostram recepimus protectionem et conductum, volentes et mandantes sub obtentu gratie nostre, quatinus in ducenda annona quam in uersum cibariorum suorum deducunt pro alleciis comparandis nullatenus inpedire presumatis, intendimus ipsum claustrum sicuti tenemur omni diligentia promovere. Vos uero aduocati nostri ipsum, sicuti diligitis nos, et ipsos nunccios ipsorum amore nostri fideliter et efficaciter promouete, cum fueritis ab ipsis requisiti. Vt autem hec omnia firma permaneant, presens scriptum eis dedimus pro testimonio nostro sigillo roboratum. Actum apud Nouum Forum anno domini M°CC°LXXII° octauo idus Septembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 39 Nr. 158; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 476.

964.

1272 October 7. (nonas Octobris).

Der Ritter Reinbert von Wacholt bezeugt, daß Johann, Abt zu Dargun, ihn gegen einen Canon von 12 Mark mit der Zacharien-Mühle belehnt habe und daß nach seinem Tode seine Erben 18 Mark jährlich zu zahlen haben sollen, falls sie auf das Lehen Anspruch machen.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Reinbertus miles dictus de Wagholt salutem. Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod dominus Johannes abbas Dargunensis cum omni conuentus sui consensu nobis molendinum, quod Zacharien dicitur, infeodauit sub hac forma, ita uidelicet ut singulis annis conuentui Dargun per vite nostre terminum in die beati Jacobi duodecim marcas dabimus denariorum, nobis molendini redditus ut fructuosius poterimus facientes. Si uero post nostrum discessum nostris heredibus complacuerit factum tale, XVIII marcas dabunt ecclesie prelibate, molendinum iure perpetuo possidendum; sin autem, cum omnibus edificiis in ecclesie bonis edificatis una cum hereditate in manus domini abbatis resignabunt, nichil postea iuris habentes, libere et solute simul cum campo, qui adiacet molendino. Si uero heredes nostri molendinum predictum pro censu decem et octo marcarum retinere uolunt, dominum abbatem certificare debent, ut censum istum sine impedimento termino persoluant predicto. Testes huius rei sunt Tidericus de Campo, Johannes de Gramsowe, Johannes de Erteneburg, milites, Paridam et Hinricus fratres nostri, et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M°.CC°.LXX°II°. nonas Octobris.

Zwei Siegel an Pergamentstreifen anhängend, das dritte fehlt nebst Streifen.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt bei Lisch, Meklenb. Urkunden II S. 149; Mekl. Urk.-Buch II S. 437 Nr. 1258.

965.

1272 November 3. (tertio nonas Novembris) in Stetin.

Herzog Barnim I. belehnt Godekin Scriptor und Johann Vinke mit der Crampe und ihrer Umgebung.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam interest principum

suorum subditorum fidelitatem dignis recompensationibus sublimare et ea que ab ipsis in tempore ordinantur, ne simul cum fluxibilitate temporis a memoria evanescant, scriptis autenticis et vocibus testium expedit perhennari. Sane notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos de bona voluntate nostra contulimus dilectis et fidelibus nostris Godekino Scriptori et Johanni dicto Vinke coniuncta manu necnon vtriusque heredibus eorum aquam Krampe vsque in duram mericam versus Golnow, a dura merica per circuitum vsque in antiquum Yna, ab antiquo Yna usque in Domanze, a Domanze in Rodun fluuium, a Rodun e conuerso usque in Crampe, cum omnibus vsuagiis in hiis terminis contentis, tam in lignis quam in pratis, pascuis, nemoribus, piscationibus, insulis, iuriditionibus, aduocatiis, agris cultis pariter et incultis[1]) et omnibus que in eis ipsorum[que][2]) profectibus poterint ordinari perpetuis temporibus quiete et pacifice possidenda. Vt autem hec donacionis nostre ordinatio robur sempiternum optineat, prefatis scriptum exinde confectum cum appensione nostri sigilli predictis Godekino et Johanni et eorum heredibus duximus largiendum. Testes huius nostre collationis ac donationis sunt nostri fideles Conradus prepositus Stetinensis clericus, Johannes de Levenow, Conradus de Massow, Gobelo marscalcus, Fredericus de Hinneborch, Arnoldus de Dusedow, milites, Jacobus aduocatus, Thomas camararius(!), Thidericus Sapiens[3]), Wernerus Judeus et Johannes de Brakel, consules Stetinenses, et alii quam plures clerici et layci fidedigni, quorum hic nomina non sunt annotata. Datum in Stettin et actum in curia prepositi Conradi anno domini M°.CC°.LXXII°. tertio nonas Novembris.

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stettin s. r. Tit. I Sect. I Nr. 2; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatar. civit. Stettin P. II Nr. 4; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 477; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1272) Nr. 9.

966.

1272 Stetin.

Herzog Barnim I. sichert der Stadt Stettin zu, daß kein Fremder im ganzen Lande von der Ernte bis zu Ostern Getreide kaufen solle.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis sev audituris in omnium exordiali auctore salutem. Quoniam principum interest suorum subiectorum fidelitatem, quam certis et evidentibus indiciis frequentissime sunt experti, prouidenter circumplecti retributionis munere debito et condigno, nacionibus presentibus et posteris sub perpetua memoria volumus esse notum, quod nos ex mera nostra liberalitate cum consensu nostrorum vasallorum et consilio nobis dilectis ac fidelibus consulibus et ciuitati nostre Stetin nec non tote terre nostre donauimus ac dedimus ob specialem gratiam, vt nullus hospes annonam aliquam in tota terra nostra ab eo, quo noualia frugum incipiunt usque ad festum pasche emere debeat vel presumat. Nos vero volentes hec perpetualiter obseruari in evidens

---

1) Das in in incultis ist gekürzt als ÷
2) que fehlt im Original.
3) Das Original hat Sapienst.

testimonium presentem paginam nostri sigilli munimine roboratam duximus largiendam. Datum Stetin anno domini M.CC.LXXII.

Original-Transf. Herzog Ottos I. vom 21. Sept. 1308 im Stadt-Archiv zu Stettin; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplom. civit. Stettin. I. Nr. 43 Transf. vom 21. Sept. 1308; Nr. 44 Transf. vom 15. Juni 1309.

Gedruckt in Dähnert, Samml. Pomm. Urk. III S. 443 Nr. 1.

967.

1273 Januar 13. (octauo epiphanie domini) Stettin.

Hermann, Bischof zu Camin, schenkt dem Nonnenkloster zu Berchen den Zehnten von sechs Hufen zu Flemendorf.

Hermannus dei gratia Caminensis episcopus omnibus inperpetuum. Quia expedit ut acta presentium scripture testimonio ad noticiam perueniant futurorum, notum esse cupimus tam presentis quam futuri temporis vniuersis, quod nos ad laudem et honorem gloriose virginis Marie contulimus ecclesie in Virchin proprietatem decime sex mansorum in Vlemanstorp sitorum, mandantes districtius, ne quis eas in hac nostra donatione presumat impedire. Vt autem nostra donatio firma maneat perpetuo et inconuulsa, presentes literas nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum Stettin anno domini M.CC.LXXIII octauo ephiphanie (!) domini.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Berchener Original-Matrikel fol. 30v; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 492; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Berchener Matrikel S. 41 Nr. 29.

968.

1273 Februar 28. (pridie kalendas Marcij).

Wizlaw II., Fürst von Rügen, bestätigt mit Einwilligung seines Bruders Jaromar, daß das Kloster Neuencamp das halbe Dorf Cordshagen und eine Hufe zu Krönnewitz mit der Gerichtsbarkeit von Bernhard von Schaprode gekauft hat.

Wizlaus dei gracia Ruianorum princeps hoc scriptum visuris in perpetuum. Quoniam ab humana cicius elabantur memoria que nec scriptis nec uoce testium fuerint eternata, vniuersis uobis ac singulis tenore presentium declaramus, quod nos de consensu et beneplacito dilecti fratris nostri Jaromari et heredum nostrorum, ob honorem dei et gloriose virginis Marie necnon in remissionem peccaminum nostrorum simul nostrorum progenitorum contulimus ecclesie Noui Campi proprietatem medie uille, que uocatur Conradishagen, cum terminis suis, et vnius mansi in Croneuiz, cum omni juridicione siue judicio LX solidorum et infra, que bona dominus abbas et eiusdem ecclesie conuentus emerunt a Bernardo dicto de Scaprode, jure perpetuo possidenda. In cuius rei firmamentum sigillum nostrum presenti pagine duximus appendendum. Testes hii aderant: dominus Andreas junior de Bornholme, dominus Godekinus Dodenberg, milites, Ludekinus dictus Bokeman, Henricus de Oste, Jo-

hannes de Obeliz et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo tercio, pridie kalendas Marcij.

Siegel von der grün- und gelbseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 25; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 491; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1273) Nr. 5; Klempzen, Extr. fol. 33v

Gedruckt in Fabricius III Nr. 110.

969.

1273 März 19. (X.IIII. kal. Aprilis) in Camin.

Lambert Probst, Johann Dekan und das ganze Domkapitel zu Camin verleihen das Eigenthum des Zehntens aus Rottmannshagen und Pribbenow an das Kloster Dargun.

Lambertus dei gracia prepositus, Johannes decanus totumque capitulum Caminensis ecclesie omnibus in perpetuum. Uiros honorabiles et deuotos litteratos maxime affectus benigne caritatis ad hoc inducit, ut benefaciant illis qui corporibus suis plurima subtrahunt, ut peregrinis hospitibus et pauperibus eo habundancius valeant ministrare. Hinc est quod notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod nos venerabilium patrum nostrorum domini W[ilhelmi] et domini H[ermanni] episcoporum Caminensis ecclesie vestigiis inherentes proprietatem decime villarum Ratenowe ac Pripignewen de communi nostro consensu cenobio in Dargun fratribus ibidem deo iugiter famulantibus ob reuerenciam dei et gloriose virginis Marie liberaliter contulimus iure perpetuo possidendam. Vt igitur hoc factum nostrum semper firmum ac inconuulsum permaneat, presentem litteram in testimonium sigillo ecclesie nostre fecimus communiri. Testes huius rei sunt Lambertus prepositus, Johannes decanus, Hinricus custos, Gherardus scolasticus et alii quam plures. Datum anno domini M.CC.LXX.III. X.IIII. kal. Aprilis in Camin.

Siegel an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 448 Nr. 1269.

970.

1273 März 21. (feria tercia proxima post Letare) in Vkermunde.

Herzog Barnim I. bekundet, daß die Ritter Johann Scholentin und Johann Rahmel dem Lübecker Bürger Siegfried von Brügge 36 Mark Einkünfte aus dem Zoll zu Greifswald für 360 Mark zum Besten des h. Geist-Hospitals zu Lübeck verkauft haben.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Ne ea que fiunt in tempore, processu temporis euanescant et pereant, solent testium et scripture testimonio perhennari. Notum igitur esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod communicato consilio vasallorum nostrorum

pariter et consensu nos cum nostris heredibus de libera voluntate permisimus ob reuerenciam sancti spiritus et pro remediis animarum nostrarum ac illustris connati nostri Werzlai bone memorie necnon omnium amicorum nostrorum, quod milites nostri Johannes Scholentin et Johannes Romele rite ac racionabiliter vendiderunt iam et modo debito resignarunt pro trecentis et sexaginta marcis denariorum Sifrido de Ponte dicto ciui Lubicensi ad vtilitatem perpetuam domus sancti spiritus in Lubeke redditus triginta et sex marcarum denariorum, quos idem milites a nobis in feodo tenuerunt in theloneo Gripeswolde percipiendos anno quolibet ad opus dicte domus per prouisores ad hoc ab ipsa domo deputatos sine contradiccione qualibet expedite, quorum reddituum proprietatem conferimus domui sepedicte juri nostro renunciantes, quod nobis et nostris successoribus in illis conpetit aut conpetere posset tempore procedente, resignantes ipsos ecclesiastice libertati. Vt autem hoc pium et racionabile factum perpetuam obtineat firmitatem, presencia sigilli nostri munimine duximus roboranda. Testes sunt milites nostri Rolf de Noua Ecclesia, Johannes de Berlin, Johannes Vulpes, Hermannus de Vitzen et frater eius Arnoldus, Fredericus Munt et Wichmannus Glode, item Johannes de Kolonia ciuis Lubicensis. Datum et actum in Vkermunde anno domini M°.CC°.LXX° tercio, feria tercia proxima post Letare.

Siegel an gelb- und rothseidener Schnur anhängend.

Original im städtischen Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 19; Original-Transs. von 1360 im Archiv des heil. Geist-Hospitals zu Lübeck.

Gedruckt in Cod. dipl. Lub. I S. 318 Nr. 338 (Regest.).

971.

1273 März 21. (feria tercia proxima post Letare).

Herzog Barnim I. bekundet, daß die Ritter Johann Scholentin, Johann Rahmel und Rolf von Neuenkirchen dem Lübecker Bürger Siegfried von Brügge 44 Mark Einkünfte aus dem Zoll zu Greifswald für 440 Mark zum Besten des h. Geist-Hospitals zu Lübeck verkauft haben.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit in perpetuum. Ne ea que fiunt in tempore, processu temporis euanescant et pereant, solent testium et scripture testimonio perhennari. Notum igitur esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod communicato consilio vasallorum nostrorum pariter et consensu nos cum nostris heredibus de libera uoluntate nostra permisimus ob reuerenciam sancti spiritus et pro remediis animarum nostrarum ac illustris connati nostri Werzlai bone memorie necnon omnium amicorum nostrorum, quod milites nostri Johannes Scholentin et Johannes Romele et Rolf de Noua Ecclesia rite ac racionabiliter vendiderunt et modo debito resignarunt pro quadringentis et quadraginta marcis denariorum Sifrido dicto de Ponte, ciui Lubicensi [ad vtilitatem perpetuam] domus sancti spiritus in Lubeke redditus quadraginta [et quatuor marcarum denariorum, quos] idem milites a nobis [in feodo tenuerunt in theloneo Gripeswolde, percipiendos anno quolibet ad opus dicte domus per prouisores passim] ad hoc ab ipsa [domo deputatos sine contradiccione qualibet expedite; quorum reddituum] proprietatem conferimus [domui sepedicte, juri] nostro renunciantes, quod nobis et nostris successoribus in illis competit aut competere posset tempore procedente, resignan-

tes ipsos ecclesiastice libertati. Vt autem hoc pium et rationabile factum perpetuam obtineat firmitatem, presencia sigilli nostri munimine duximus roboranda. Testes sunt milites nostri Johannes de Berlin, Johannes Vulpes, Hermannus de Vitzen et frater eius Arnoldus, Fredericus Munt et Wichmannus Glode et ciuis Lubicencis Johannes de Kolonia. Datum et actum anno domini M.CC.LXX tercio, feria tercia proxima post Letare.

Siegel an gelb- und rothseidener Schnur anhängend.

Original (stark beschädigt) im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 20; Transs.[1]) von 1360 im Archiv des h. Geist-Hospitals zu Lübeck.

Gedruckt im Cod. dipl. Lubec. I S. 317 Nr. 337.

972.

1273 März 30. (tercio kalendas Aprilis) Vkermunde.

Herzog Barnim I. befreit 30 Haffkähne des Klosters zu Usedom, darunter 22 als Ersatz für das Dorf Susznizce, und acht, welche es bereits früher gehabt hatte, von jeder Abgabe.

Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus cristifidelibus in perpetuum. Cum constituti simus in partem gubernationis populi cristiani ab eo, per quem reges regnant et principes optinent principatum, ad nostre pertinet sollicitudinis dignitatem, viris religiosis et deo dicatis ecclesiis sic adesse ut ipsorum status et conditio debitum suscipiant incrementum, et quoniam propter continuam fluxibilitatem temporis nulla certitudo sub celi ambitu continetur, necesse est ut donationes quas temporaliter facimus scriptis autenticis et testibus veridicis in perpetuitatem stabilem redigamus. Hanc propter causam notum esse uolumus vniuersis nationibus presentibus et futuris, quod nos ecclesie, abbati et conuentui sancti Godeardi in Vsnam ordinis Premonstratensis dedimus et titulo donationis appropriauimus in duabus villis ipsorum videlicet Watecow et Monechow triginta naues que uulgariter vocantur hafcane, viginti duas in restaurum ville Susnizce et octo quas antea habuit uilla Watcow liberas et solutas ab omni censu aque, taliter inquam, quod homines inhabitantes prehabitas duas uillas cum predictis triginta nauibus et cum ceteris retibus et instrumentis aliis quibuscumque excepta magna sagena in recenti mari, quod haf dicitur, habeant plenariam potestatem piscandi et pisces in ipso mari ubique libere capiendi, nulli hominum inde unquam soluentes aliquam pensionem. Testes huius rei sunt Teszlaus de Cummerow, Venzlaus, Rodolfus de Nienkerken, Oldagus, milites, Conradus Pawenstert, Tidemannus de Blankenborch et plures alii fidedigni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem hec donatio nostra a nobis et heredibus et nostris successoribus vniuersis in sempiternum maneat inuiolabilis et inconcussa, presens instrumentum super ipsa confectum ecclesie, abbati et conuentui dilectis nobis in Christo cum appensione nostri sigilli duximus largiendum. Actum et datum Vkermunde per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii, anno domini M.CC.LXXIII. tercio kalendas Aprilis.

Siegel mit Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 37; Pudaglaer Matrikel (p. 89) Nr. 44 fol. 23ᵛ (XIX. D); Transsumt vom 13. Juni 1317 fol. 32ᵛ (XXVIII. E); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 482; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzens Extract fol. 116ᵛ.

[1]) Vergl. die Anmerkung zu Nr. 731.

973.

1273 April 3. (III nonas Aprilis) Sundis.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, setzt mit Zustimmung seines Bruders Jaromar die jährliche Abgabe der Stadt Stralsund auf 200 Mark fest, behält sich aber seine Ansprüche für den Fall einer Vereinigung des Orts mit einer etwaigen neuen Anlage außerhalb des Bereichs seiner derzeitigen Befestigung vor.

Uvizlauus dei gracia Ruianorum princeps vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in domino. Sicut nobis, qui temporalem a domino licet immeriti aministrationem suscepimus, a nostris uolumus subditis congruam obedienciam exhiberi, sic nimirum inuigilare debemus, ut ipsis libertates suas a nostris progenitoribus seu a nobis indultas illibatas seruentur, preparando commodum eis, in quorum quiete quiescimus et fouemur in pace. Sane cum dilectis nobis burgensibus consulibus Sundensibus habito tractatu diligenti, fratris quidem nostri Jaromari accedente consensu ac pocioribus curie militibus nostre assistentibus, fuit concordatum vnanimiter in hunc modum, quod nobis et nostris heredibus perpetuo singulis annis ducentas marcas denariorum usualium, centum quidem in natiuitate beati Johannis baptiste ac centum in festo natiuitatis dominice, exsoluent consules Sundenses nomine vniuersitatis uille eiusdem, ita quod quacumque prosperitate temporalis habundancie circa uillam hanc succedente nunquam de cetero per nos uel posteros nostros predicte pensionis quantitas debeat augmentari. Nomine autem uille Sundensis hic intelligi uolumus id solum, quod tempore huius nostre concessionis intra septa munitionis eiusdem uille dinoscitur comprehensum, vnde si communicato discretorum consilio aliquo tempore extra prenominate uille munitionis ambitum uillam de nouo fundatam tamquam priori annexam edificari contigerit, per concessionem pretactam nobis seu nostris heredibus nolumus in hac parte aliquod preiudicium generari, quo minus in illa plantatione adiecta pensionem huiusmodi, prout uisum fuerit rationabiliter et secundum toleranciam, exigere ac recipere ualeamus. Ut autem huius donationis nostre libertas eternam obtineat firmitatem, presentem paginam inde confectam ydoneorum testium annotatione et sigillo nostro duximus roborandam. Testes hii aderant: domini milites Borantus, Ghotanus, Johannes de Gristowe, Johannes Bere, Reimuerus de Penitz, Johannes Mordhere et plures alii fide digni. Datum et actum Sundis, anno dominice incarnationis M.CC.L.XXIII. III nonas Aprilis, concurrente VI.

Siegel an roth-, grün- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 480 (1272).

Gedruckt in Dähnert, Sammlung II S. 6 (1272); Schwarz, diplom. Gesch. der Pomm. Städte S. 52 (1272); Fabricius III Nr. 111; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 116 Nr. 80.

974.

1273 Mai 1. (kal. Maij) Damme.

Herzog Barnim I. bestätigt der Stadt Greifenhagen das von ihr gekaufte Dorf Damerow und befreit es von allen Lasten.

Barnim dei gracia dux Sclauorum omnibus in perpetuum. Notum esse volumus

vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris, quod nos bona uoluntate et vasallorum nostrorum fidelium maturo consilio villam Dambrowe, quam consules nostri Griphenhagenses cum agris et prato emerunt rationabiliter, ipsi ciuitati iam dicte Griphenhagen ad communem vsum appropriauimus cum omni iure et libertate et iudicio ipsis consulibus permanente, volentes etiam ne nostri successores siue heredes aut aduocati exactionem, precariam siue aliqua seruitia a dicte uille incolis accipiant aut requirant. Vt uero hec nostra donatio perpetua permaneat, presentem paginam eisdem dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Huius testes sunt dominus Conradus prepositus canonicorum sancte Marie Stetin, et Jo. eiusdem eclesie(!) decanus nostre curie capellanus, Roderus magister coquine, Otto cum plata milites, Nicolaus prefectus Griphenhagensis, Rolf de Belecow noster herodiarius, et quam plures alii fide digni. Datum Damme per manus magistri Rodolfi nostre curie notarii anno incarnationis domini M°C°CLXXIII kal. Maij.

Bruchstück des Reitersiegels Herzog Barnims anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifenhagen; Abschrift im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Stett. Arch. P. I Tit. 65 Nr. 3.

Gedruckt in Baltische Studien V. 2. S. 168; v. Medem, Gesch. der Stadt Greifenhagen S. 20 (zweite Auflage).

975.

1273 Juni 4. (pridie nonas Junii) Damb.

Herzog Barnim I. vergleicht sich über den Zehnten der Länder Camin und Colberg und deren angrenzenden Wüsteneien mit dem Bischofe zu Camin und den Domkapiteln zu Camin und Colberg dahin, daß der Herzog zu dem einen Viertel, welches er bereits von den genannten zu Lehen trägt, auch die übrigen drei Viertel, ausgenommen die Zehnten von den Gütern der Klöster und des Landes Doberen, zu Lehen nimmt und hierfür die Abgaben der deutschen und slavischen Bewohner dieser Länder an den Bischof und die beiden Kapitel bestimmt. (Erste Ausfertigung.)

Barnym dei gracia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus presens instrumentum audituris in perpetuum. Ab eo per quem reges regnant et principes obtinent principatum constituti in partem sollicitudinis monarchie, nostra interest cultum ampliare diuinum et deo dicatis ecclesiis sic adesse, vt ipsarum condicio emendetur et in locis nostri dominii sub vasta solitudine constitutis nomen domini iugiter inuocetur. Nouerint igitur naciones tam presencium quam futurorum, quod inter venerabilem patrem Hermannum episcopum, Lambertum prepositum, Johannem decanum et capitulum ecclesie Caminensis nec non Henricum prepositum et capitulum Colbergense ac eorundem successores vniuersos ex vna et nos heredes nostros et omnes nobis succedentes ex parte altera super decimis terrarum Caminensis et Colbergensis et super desertis ipsis terris adjacentibus talis ordinacio intercessit, quod in desertis vbicunque episcopus quartam partem et dicti canonici duas partes liberas habuerunt et nos quartam eiusdem decime a dictis ecclesiis in feodo tenebamus, nos et heredes nostri quartam partem episcopi et duas partes canonicorum ab altaribus ecclesiarum memoratarum recipientes in feodum dictas decimas recompensauimus episcopo et capitulis eo modo, quod de quolibet manso in eisdem desertis sitis(!), culto siue inculto, Toutonici(!)

incole villarum cujuscumque fuerint condicionis, milites, armigeri seu coloni vnum solidum denariorum episcopo et duos solidos capitulis vsualis monete singulis annis in Camin et Colberg infra octavam beati Martini per villarum villicos presentabunt, exceptis decimis ad loca religiosa pertinentibus et decimis terre Dobere, quas episcopus et capitulum Caminense sibi ex integro reservarunt. Possessores vero villarum, qui pro quarto manso villas possidebunt, a solucione pensionis predicte pro eo quod infra octavam Martini dictos solidos Camin et Colberg representent sub suo periculo et in suis laboribus et expensis reddidimus absolutos, ita tamen quod si infra predictam octavam solidos non presentauerint memoratos, penam triginta solidorum incurrant, decem episcopo et viginti capitulis persoluentes. Si autem penam cum pensione ab octava Martini vsque ad octo dies non persoluerint, extunc excommunicationis sententie subjacebunt. Ab illo uero die in antea vsque ad quatuordecim dies si non satisfecerint competenter, interdicto ecclesiastico subjacebunt. Quod si interdicti et excommunicationis sentenciam vilipenderint, nos pro nobis et heredibus nostris episcopo et capitulis obligauimus memoratis, quod per nuncios nostros cum ab episcopo uel nuncio suo canonico uel canonicis fuerimus requisiti Camin et Colberg pignora contumacium presentabimus. Si vero per negligenciam nostram uel nostrorum aut quocunque alio modo dicta pignora infra mensem a tempore monicionis Camin uel Colberghe non fuerint presentata, territorium in quo contumax uel contumaces manserint, subjacebit ecclesiastico interdicto, donec contumax uel contumaces tam de dampno quam contumacia satisfecerint debite et condigne. Ceterum si dominus ville villicacionis emerit mansos uel quocunque modo ad eum fuerint deuoluti, de ipsis sicut villicus respondebit. In villis autem in quibus ecclesie Caminensis et Colbergensis et canonici earundem integras decimas habent talis ordinacio interuenit, vt si quis vel si qui villam uel villas habens uel habentes volens uel volentes eam uel eas cum Teutonicis possidere, duas ad minus partes Teutonicorum, si plures habere non poterint, in locacione habebunt, et sic dominus uel domini ville aut villarum a personis ecclesiarum quas capitula statuerint, medietatem decimarum recipiet uel recipient in vero feodo et legali. Possessores autem villarum decimas quas [de] mansis racione possessionis habent, medietatem a dominis villarum suarum et aliam medietatem a personis ecclesiarum recipient in feodo et tenebunt, pro quo feodo collectores decimarum et trituratores in expensis propriis procurabunt et decimas collectas in suis receptaculis collocabunt, quousque coloni villarum construant horrea in areis villicorum. Signatis autem decimis in agris a nunciis canonicorum, coloni quorum annona fuerit decimata, decimam prius suis laboribus deducent ad horreum deputatum antequam presumant inducere suam messem. Si autem canonicus vel canonici pro negociis ecclesiarum bis aut ter in anno ad aliquem transierint villicorum, expensis decentibus procurabuntur mane et vespere ab eodem. Canonici autem de decimis suis tam communibus quam minutis habebunt liberam facultatem vendendi, ducendi et prout ipsis placuerit ordinandi. Paleam vero et stramina pro expensis villicus retinebit, nisi forte tres uel quatuor plaustrate a canonicis requirantur. A ceteris insuper seruiciis canonicis exhibendis villici sint exempti. Ville Slauicales que non fuerint Teutonicis possesse dabunt integras decimas et persoluent. Testes autem harum ordinacionum sunt Hermannus episcopus, Johannes prepositus et capitulum ecclesie memorate, Hermannus abbas de Colbas, Thomas abbas de Belbuc clerici; item Borco, Bertoldus Thuring, Conradus de Massow, Adolfus de Nienkerken, Ghobelo, Heydenricus de Clutsow, Johannes de Brelin, Fredericus de Hindenborch, Johannes de Letenyn, Hermannus Thuringus, Gherrardus Vrsus, Harnidus Vrsus, Gherbertus Balke, Virchewiz, Johannes de Scolentin, Tammo iunior, Dobizlaus, Gneumarus, milites, item Otto comes de Euersten et Pribico de Wolyn, Hinricus de Zaienze

noster marscalcus, Luchter aduocatus noster Stetin, et plures alii fidedigni quorum hic non sunt nomina subnotata. De decimis vero villarum que cum Sclauis fuerint possesse est taliter ordinatum, quod de vnco episcopo sex denarios et capitulo Caminensi vnum solidum et capitulo Colbergensi vnum solidum denariorum tribuent et persoluent. Vt autem hec omnia a nobis et nostris heredibus rata sint et perpetuis temporibus maneant inconuulsa, presentem paginam inde confectam nostri sigilli munimine consignatam episcopo et capitulis prenotatis in euidens testimonium duximus largiendam. Actum Damb et datum ibidem per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini M.CC.LXXIII. pridie nonas Junii.

Original-Transf. vom 8. März 1321 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 31; Retransf. vom 19. Juli 1356 im Wolg. Arch. Tit. 25 Nr. 3 sub Nr. 5; Auszug im Wolg. Arch. Tit. 28 Nr. 5 fol. 17ᵛ (1274); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 484; Caminer Matrikel fol. 12 (16) (p. 39); Transf. von 1321 fol. 12 (16); Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1273) Nr. 14; Colberger Matrikel S. 12.

Gedruckt in v. Eickstedt, Urk.-Samml. I S. 56 Nr. 19.

976.

1273 Juni 4. (pridie nonas Junii) Damb.

Dieselbe Urkunde (zweite Ausfertigung).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis christifidelibus in perpetuum. Cum preceptum de soluendis decimis sit mortale, nemini videri debet absonum et absurdum, si secundum statum temporum et locorum persolucio decime varietur, quippe cum dominus ea, que in veteri testamento statuerat, mutauit in nouo. Nouerit igitur venerabilis etas presencium et discat reuerenda successio futurorum, quod ad ampliandum cultum diuinum et ad extendendam fidem nominis christiani et vt terra, que sub desolatione posita fuerat, ad cultum debitum redigatur, inter nos et heredes nostros ex vna et venerabilem patrem dominum Hermannum episcopum et suos successores et capitulum ecclesie Caminensis nec non capitulum ecclesie Colbergensis ex parte altera super decimis terre Caminensis et terre Colbergensis et desertis ipsi terre Caminensi adiacentibus talis ordinatio intercessit, quod in desertis vbicunque dictus dominus episcopus quartam partem decime habuit et capitulum suum predictum duas partes liberas habuit et nos quartam partem decime eiusdem ab ecclesia Caminensi in feodo tenebamus, nos et heredes nostri quartam partem episcopi ab ipso et suis successoribus et duas partes canonicorum Caminensium ab altari ipsius ecclesie in feodo recipientes, dictas decimas recompensauimus episcopo et eidem capitulo eo modo, quod de quolibet manso in eisdem desertis sito, culto siue inculto, Teutonici incole villarum, cuiuscunque fuerint condicionis, milites, armigeri seu coloni, vnum solidum denariorum episcopo et capitulo Caminensi duos solidos vsualis monete singulis annis in Camyn infra octauam beati Martini per villarum villicos presentabimus, exceptis decimis ad loca religiosa pertinentibus et decimis terre Dobere, quas episcopus et capitulum sibi ex integro reseruarunt. Possessores vero villarum, qui pro quarto manso villas possidebunt, a solucione pensionis predicte pro eo, quod infra octauam Martini dictos solidos Camin representent sub suo periculo et in suis laboribus et expensis, reddimus abso-

lutos, ita tamen quod si infra predictam octauam Martini solidos non presentauerint memoratos, penam triginta solidorum incurrant, decem episcopo et viginti capitulo persoluentes; si autem penam cum pensione ab octaua Martini vsque ad octo dies non persoluerint, extunc excommunicacionis sententie subiacebunt, ab illo uero die inantea vsque ad quatuordecim dies, si ecclesie non satisfecerint competenter, interdicto ecclesiastico subiacebunt, quodsi excommunicacionis et interdicti sententiam vilipenderint, pro nobis et heredibus nostris episcopo et capitulo nos obligauimus memorato, quod per nuncios nostros cum ab episcopo uel nuncio suo canonico uel canonicis fuerimus requisiti, in Camin pignora contumacium presentabimus. Si uero per negligenciam nostram uel nostrorum aut quocunque modo alio dicta pignora infra mensem a tempore monicionis Camin non fuerint presentata, territorium in quo contumax uel contumaces manserint, subiacebit ecclesiastico interdicto, donec contumax uel contumaces tam de dampno quam contumacia satisfecerint debite et condigne; si uero aliqui quod absit in excommunicacione anno et die, id est sex septimanis, contumaciter perstiterint, nos et nostri heredes contra ipsos procedemus, prout dictauerit iuris ordo, ne de sua contumacia et contemptu videantur [commodum reportare]. De decimis uero villarum, que cum Slauis fuerint possesse, est taliter ordinatum, [quod de vnco episcopo sex denarios et] capitulo solidum singulis annis tribuent et persoluent. Ceterum si dominus ville man[sos uillicacionis emerit uel quocunque] modo ad eum deuoluti fuerint, de ipsis sicut villicus respondebit. In villis [autem, in quibus Camynensis et Colbergensis] ecclesie prehabite integram decimam habent, talis ordinacio interuenit, vt si quis uel si qui [uillam uel uillas habens uel habentes] volens uel volentes eam uel eas cum Teutonicis possidere, duas ad minus [partes Teutonicorum, si plures habere] non poterit, in locacione habebit et sic dominus uel domini ville uel villarum a personis [ecclesiarum, quas capitula statuerint,] medietatem decime recipiet uel recipient in fe]odo. Possessores uero villarum [decimas, quas de mansis] ratione possessionis habent, medietatem a dominis villarum suarum et aliam medietatem a [personis ecclesiarum in fe]odo possidebunt, pro quo feodo collectores decime et trituratores id ist vnam personam [uillicus cuiuslibet] ville in expensis propriis procurabit et decimas collectas in suis receptaculis villici collocabunt, [donec coloni vil]larum construant horrea in areis villicorum. Signatis autem decimis a nunciis canonicorum in agris, [coloni quorum] annona fuerit decimata, decimam propriis suis laboribus deducent ad horreum deputatum, antequam presumant [inducere sua]m messem; si autem canonicus uel canonici pro negociis eclcesiarum bis uel ter in anno ad aliquem transierint [uillicorum,] in expensis decentibus mane et vespere procurabuntur a villico memorato; canonici autem dictarum ecclesiarum de decimis suis communibus et minutis habebunt liberam facultatem vendendi, ducendi et prout ipsis placuerit ordinandi. Paleam autem et stramina pro expensis villicus retinebit, nisi forte tres uel quatuor plaustrate a canonicis requirantur; a ceteris autem seruiciis canonicis exhibendis villici sint exempti. Ville autem Slauicales, que Teutonicis non fuerint possesse, dabunt integram decimam et persoluent. Item domini villarum, Teutonici siue Slaui, milites et armigeri uel cuiuscunque condicionis fuerint, medietatem decimarum tam de suis aratris, quam ciuium suorum dabunt canonicis memoratis, excepta parte, que pro villicis est statuta, videlicet quartus mansus. Preterea eandem penam superius contra contumaces statutam in transgressores tocius ordinacionis volumus et precipimus obseruari. Testes autem harum ordinacionum sunt venerabilis pater dominus Hermannus episcopus et sua capitula ecclesiarum predictarum, Hermannus abbas de Colbas, Thomas abbas de Belbuc, clerici; item Borco, Bertoldus Turinghus, Conradus de Massow, Rodolfus de Nyenkerken, Gobelo, Heydenricus de Clutsow, Johannes de Berlin, Fredericus de Hindenborch,

Johannes de Letenin, Hermannus Thuringus, Gerardus Vrsus, Harnidus Vrsus, Gerbertus Balke, Virchwiz, Johannes de Scolentin, Tammo iunior, Dobizlaus, Gneumarus, milites; item nobiles viri Otto comes de Euersten et Pribico de Wolin, item Hinricus de Zaienz marscalcus, Luchte aduocatus noster de Stetin et plures alii fidedigni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem hec omnia a nobis et nostris heredibus inuiolabiliter stabilia perseuerent et in perpetuum maneant inconuulsa, presens instrumentum super hiis confectum cum appensione nostri sigilli ipsi episcopo et suis successoribus necnon capitulis memoratis duximus largiendum. Actum Damb et datum ibidem per manum magistri Rodolfi, notarii nostri, anno domini MCCLXXIII pridie nonas Junii.

Nach dem stark beschädigten Original-Transsumt vom 8. März 1321 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 44, mit Hinzuziehung des Transs. vom 19. Juli 1356 s. r. Bisth. Camin Nr. 115; Caminer Matrikel fol. 4 (7) (p. 18); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 483; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzens Extract fol. 233ʳ fol. 265ʳ.

Gedruckt in Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 118 Nr. 82.

977.

1273 Juni 11. (in die Barnabe apostoli).

Herzog Barnim I. verleiht dem Kloster Eldena die Mühle Wusterbode zwischen Lubmin und Vierow, welche Bernhard, Sohn Heinrichs von Heydebreck, bisher zu Lehen getragen und nun unter Vorbehalt der lebenslänglichen Nutznießung für sich und seine Gemahlin Godela dem Kloster überwiesen hatte.

Nos Barnim dux Slauorum vniuersis presens scriptum visuris in perpetuum. Ne ea que in tempore gesta sunt processu temporis a memoria elabantur, merito scriptis facta mortalium commendantur. Hinc est quod vniuersitati vestre duximus declarandum, quod Bernhardus miles dictus de Heydenbracken filius Heinrici de Heydenbracken molendinum Wsterbode, situm inter Lubemyn et Wirohe, quod a nobis in pheodo tenuit, ad manus nostras resignauit, vt iamdictum molendinum abbati et conuentui monasterii in Hylda Cisterciensis ordinis Caminensis dyocesis in remissionem peccaminum nostrorum et suorum perpetuo conferremus, ad quam donationem ob honorem beate Marie virginis inclinati cum magna liberalitate fratribus eisdem in nostro dominio constitutis supra dictum molendinum cum omnibus attinentiis videlicet lignis, pascuis, riuis, piscationibus et ceteris iuribus suis, nichil penitus excipientes, sollempni donatione conferimus in perpetuum possidendum tran[s]lata proprietate nostra et dominio ad eosdem, ita plane ut predictus B. et vxor eius nomine Godela quoad ipsi uixerint usumfructum percipiant, post mortem uero vtrorumque omnia libere et absolute supradicto cedant monasterio, omnibus heredibus eorum penitus exclusis. Hanc paginam super hys confectam, ne quis temerarius in posterum quoquomodo infringere valeat, sigilli nostri munimine roboramus. Testes huius rei sunt Johannes de Heidenbracken, Johannes Scolentin, Lyppoldus Vrsus, Heinricus iunior de Heidenbracken, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo LXXIII in die Barnabe apostoli.

Siegel von der gelb- und roth-seidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 31; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 486; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1273) Nr. 6; Klempzens Extract fol. 82ʳ.

Gedruckt in Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 117 Nr. 81.

978.

1273 September 3. (III. nonas Septembris) in ponte Drawe.

Mestwin II., Herzog von Pommerellen, nimmt seine Lande Stolp und Schlawe von den Brandenburgischen Markgrafen zu Lehen, behält sich jedoch die Verleihung von Gütern vor und verpflichtet sich zur Heeresfolge gegen Jedermann, außer Herzog Boleslaw von Polen.

In nomine domini amen. Nos Mastwinus dei gratia Pomeranorum dux notum esse volumus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus vniuersis, quod illustrium principum dominorum nostrorum Johannis, Ottonis et Conradi marchionum Brandenburgensium sinceritate fideique non ficte constancia discrecionis oculo verius intuentes, ob spem fauoris et gratie nec non adiutorii perpetuo nobis et nostris pueris faciendi eisdem marchionibus castra et terras nostras, scilicet Stolp et Zlawen, cum omnibus eorundem attinentiis et juribus de bona nostra voluntate resignauimus et easdem terras cum castris prenominatis feodali titulo recepimus ab eisdem, omagio et fidelitate debita ipsis facta, et hoc ipsum nostris pueris seruabunt inuiolabiliter eadem bona post nostram mortem ipsis modo simili conferentes, solummodo illa terra excepta, que nobili viro domino H. de Keuerenberg, sororio nostro dilecto, a nobis dinoscitur assignata, nosque nichilominus habebimus dandi de eisdem nostris bonis, bono et honesto modo, pro salute anime nostre, ecclesiis vel cenobiis liberam facultatem. Ad hec promisimus dominis marchionibus data fide, quod ipsos et ipsorum heredes sine aliqua fictione et dolo manu iuuabimus infra decem septimanas, postquam ab ipsis requisiti fueri[mus][1]) et moniti, contra quoslibet hostiliter ipsos et heredes ipsorum volentes inuadere, vbi ipsis iusta vel amicabilia nequiuerimus placita procurare, solo tamen domino Bolizlao illustri duce Polonie excepto, contra quem tamen dictos marchiones iuuabimus, vt premissum est, si causam contra marchiones prosequi voluerit[2]) minus iustam et cessare monitus a nobis noluerit ab eadem; quod et dicti marchiones vna cum nobilibus viris domino Walthero de Arnsten, domino Gunthero comite de Dorenborch, fide data nobis similiter promittentes nobis et nostris pueris sine qualibet fictione et dolo facient vice uersa. Vt igitur predicta omnia a nobis et a nostris pueris in perpetuum inuiolabiliter obseruentur, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari, adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: dominus H. Caminensis episcopus, Beteko de Benthz, Georius et Thydericus de Kirchowe, C. Cliest, Heydenricus de Bentz, et alii quam plures. Actum et datum in ponte Drawe anno domini M.CC.L.XXIII. III. nonas Septembris.

Copialbuch I C. 4 in 4° Cop. Ascan. Berol. I fol. 40ᵛ im Königl. Geh. Staats-Archiv zu Berlin; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Loepersche Bibl. Mscr. 9 Berliner Abschr. Nr. 9 (1273 non. Sept.); Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 488.

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. II. 1 S. 121 Nr. 158; Gercken, Cod. dipl. Brand. I S. 210; Kletke, Regesta Neom. S. 27.

---

1) Das Copialbuch hat fuerint, ist jedenfalls verschrieben für fuerimus.

2) Das Copialbuch hat voluerint.

979.

1273 October 14. (pridie idus Octobris) Vkermunde.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster zu Usedom das Dorf Pudagla mit dem Zehnten und allem Rechte, sowie dem vorbeifließenden Bache Pritolniza.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam ex continua reuolucione primi mobilis, quam fabricator omnium creaturarum sua ammirabili potencia in primeua rerum origine moueri constituit motibus irrequietis, uices temporum cum fluitatione incessabili effluunt et emergunt, per quas genus humanum ex lapsu primi parentis ignorancie nubilo dampnabiliter obfuscatur, necesse est ut donationes principum que debent subici robori sempiterno et maxime quibus subueniunt deo dicatis ecclesiis et personis religiosis, qui sunt frequenter diuinis obsequiis deputati, ne transeant in obliuionem per temporis alternitatem, scripture ueritate et proborum uirorum testimonio stabiliantur, vt in eisdem in posterum precludatur querentibus que non sua sunt omnis occasio malignandi. Hanc ergo propter causam transmittere cupimus uniuerse nacioni presencium et felici successioni futurorum, quod nos pro nostra et nostrorum predecessorum abolicione peccaminum commissorum dedimus ecclesie necnon abbati et conuentui sancti Godehardi in Vznam proprietatem uille Putglow et ipsam uillam per donacionis titulum appropriauimus eisdem cum pratis, pascuis, siluis, nemoribus, agris cultis pariter et incultis, paludibus, stagnis, aquis, piscacionibus et aliis omnibus contentis infra terminos dicte uille. Donauimus eis eciam fluuium Pritolniza defluentem ante dictam uillam, ut in eodem edificent molendinum et exerceant piscaturam. Dedimus inquam prenotatis abbati et conuentui sancti Godehardi in Vznam ipsam uillam cum integra decima et cum omni iure, quod in ipsa nominari poterit uel acquiri in perpetuum, pacifice et feliciter possidendam, transferentes in ipsos omne ius, quod nos et heredes nostri in uilla habuimus memorata. Testes huius rei sunt dominus Rodolphus abbas Stolpensis, Hinricus pincerna, Aldachus, Richardus de Gork, Hinricus Lukere, Arnoldus de Dusdow, Hermannus de Palude noster aduocatus, Gherardus Lepel, Gherardus Bunninghus, Johannes Romelow, et alii quam plures, quorum hic nomina non sunt subarrata. Vt autem hee donationes nostre nomine heredum nostrorum et omnium successorum nunquam immutari ualeant uel infringi, sed ut firma et inconuulsa maneant in eternum, sepedictis abbati et conuentui presens instrumentum inde confectum nostri sigilli munimine consignatum duximus largiendum. Acta sunt hec in Vkermunde anno incarnationis domini M°CC°LXX°III pridie idus Octobris. Datum per manus magistri Rodolphi nostri notarii.

Original-Transs. vom 13. Juni 1317 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 60; Pudaglaer Matrikel (p. 90) fol. 23ᵛ Nr. 45 (XIX. E); Transs. vom 13. Juni 1317 fol. 34 (XXX. C); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 485; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzen, Extract fol. 108.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibl. II S. 268.

980.

1273 October 14. (pridie idus Octobris) Vznam.

Herzog Barnim I. gewährt dem Kloster zu Usedom Zollfreiheit in Wolgast für die Schiffe, welche Häringe für dasselbe herbeibringen.

Barnim dei gratia dux Slauorum uniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam generatio preterit et generatio aduenit et ex temporum fluxibilitatibus nichil certi sub celi ambitu continetur, necessarium esse dinoscitur, ut acta principum que fiunt temporis sub momentis scripture testimonio adeo perpetuentur, ut in posterum non possit suboriri mutatio circa ipsa. Igitur notum esse uolumus nationibus presentibus, quod damus dilectis nobis in Christo . . abbati et conuentui in Vznam naues liberas ducentes ipsorum necessaria ad coquinam, ita quod cum eundo et redeundo de captura allecis precedendo Wolgost ibidem theloneum nullum soluant, sed a solutione thelonei dicte naues et homines in eis existentes sint annis singulis Wolgost precedentes liberi et exempti. Et hanc libertatem a nostris progenitoribus perpetuo habuerunt, quam dantes ipsis iterum confirmamus pacifice possidendam sub approbatione nostrorum fidelium, quorum nomina subsequuntur, nobilis viri domini Conradi comitis de Guzscow, Johannis de Scolentin, Gerardi Lepel, Johannis Romelo, Gerardi Bunningi, Richardi de Gork, Hermanni de Palude, militum, et Henrici de Zaienzs marscalci nostri, et aliorum plurimorum fidedignorum, qui in hac serie non sunt scripti. In cuius rei inuiolabilem memoriam ecclesie abbati et conuentui sancti Godehardi in Vznam dari fecimus presens instrumentum sigilli nostri munimine roboratum. Datum Vznam anno domini M°.CC°.LXXIII. pridie idus Octobris per manum magistri Rodolfi nostri notarii.

Siegel mit der Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 38; Original-Transf. vom 13. Juni 1317 ebendas. Nr. 73; Pudaglaer Matrikel (p. 91) fol. 24 Nr. 46 (XX. A); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 487 Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzen, Extract fol. 108.

981.

1274 Januar 5. (nonas Januarii) Dimin.

Herzog Barnim I. bestätigt der Stadt Camin das deutsche Recht, welches er früher verliehen, und fügt deren Besitz hinzu 40 Hufen, das Dorffeld Yatik, 60 Hufen, den Wald Zastan, die Wiesen und Weiden zwischen Schwantuß und der Dievenow, dem Meere und dem Caminer Bodden, die Fischerei auf dem Bodden, ausgenommen mit dem großen Garn, verleiht den Bürgern das Lübische Recht mit der Appell-Instanz in Greifswald, Freiheit von Zoll und Ungeld, den zuziehenden Bürgern dreijährige Freiheit, erwähnt seines Versprechens, die Stadt mit Planken, nicht aber mit einem Graben, zu bewehren, befreit die Brücke nach dem Dorfe Yatik von Zoll, gewährt das Recht, im Lande Camin, bei der Oder und Reglitz und am Haff Holz zu schlagen, frei von Abgaben in der Ostsee Häringe zu fischen und setzt endlich den Zoll für die in Camin verkehrenden Kaufleute gleich dem zu Greifswald fest.

Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam ex continuo

reuolucione primi mobilis que sub solis et lune corporibus continentur secundum varietatem temporum alternantur in omnibus et mutantur, necessarium esse discernitur et oportunum, ut acta principum que de generacione in generacionem procedere debent, sub perpetuo robore duratura, scriptis auctenticis et testibus ydoneis adeo roborentur et firmentur, ut malicie versutorum malignandi via et occasio penitus precludatur. Hinc est quod notum esse volumus tam nacionibus presentibus quam futuris, quod nos dilectis nobis consulibus et burgensibus de Camyn ipsam ciuitatem nostram Camyn de consilio discretorum vasallorum nostrorum jure Theutonico dedimus possidendam. Ut autem predicta ciuitas nostra cum possessione Theutonicorum melius recipiat incrementum, addidimus et dedimus jam dicte ciuitati nostre Camyn et burgensibus in ea manentibus quadraginta mansos qui ad eandem civitatem tempore Slauorum pertinebant et campum ville que vocatur Yatik cum suis terminis et attinentiis ab omni liberos pencione (!). Insuper dicte ciuitati nostre dedimus sexaginta mansos plenarie sine paludibus uel aquis mensurandos, vbicunque ipsos circa suos terminos pecunia poterint comparare. Dedimus insuper eidem ciuitati nostre Camyn et burgensibus siluam que uocatur Zastan et prata et pascua cum omni vsufructu, que jacent inter Swantust et Dyuennow et salsum mare et stagnum Camynense. Et in eodem stagno quod appellatur stagnum Camynense dedimus eisdem burgensibus civitatem nostram Camyn inhabitantibus plenam libertatem et facultatem piscandi et pisces capiendi cum minoribus retibus qualibuscunque et ceteris instrumentis valentibus ad piscandum, excepta sagena quam eisdem non licenciauimus. Donauimus eidem ciuitati nostre Camyn et burgensibus in ea habitantibus jus Lubicense, ut ydem burgenses se habeant et regant et jura sua et judicia exerceant et judicent secundum formam et statuta ciuitatis juris Lubicensis et ydem burgenses ciuitatis nostre Camyn, cum opus habuerint, in ciuitate nostra Gripeswold sua iura et sentencias afferant et requirant. Et ydem burgenses nostri Camynenses liberi et exempti erunt a solucione theolonii et vngheldi per totam terram nostram sicut sunt liberi ceteri burgenses qui in terra nostra et nostris ciuitatibus commorantur. Dedimus insuper libertatem civitati nostre antea datam omnibus de nouo intrantibus ex speciali gracia trium annorum plenariam libertatem. Insuper promisimus burgensibus Camynensibus quod velimus ciuitatem Camyn murare et firmare plancis et nichil eisdem promissi fecimus de fossato. Pontem qui transit stagnum versus uillam que vocatur Yatik liberum esse statuimus a theolonio et a qualibet alia pensione. Dedimus eciam eisdem burgensibus nostris Camynensibus liberam potestatem incidendi et secandi ligna in terra Camynensi et apud Oderam et circa Reghelisam et circa mare recens ad edificia construenda uel ad comburendum, vbi ipsis placuerit et visum fuerit expedire. Si uero ciues uel quidam de ciuibus Camynensibus in captura allec in salso mari suis retibus uel instrumentis pisces uel allecia capere voluerint quantum ad terram Camynensem pertinet, eorum remos uel recia ob omni solucione que nobis uel nostris debetur ea libera iudicamus. Cum alii extra nostrum dominium commorantes ciuitatem Camyn cum suis uel pro suis mercimoniis tam emendi uel uendendi uenerint, theolonium prout in ciuitate nostra Gripeswold statutum est et ibi recipitur, nobis soluent. Vt autem hec omnia firma et inconcussa et inviolabilia inperpetuo perseuerent, burgensibus nostris Camynensibus presens instrumentum in testimonium dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius rei sunt Conradus prepositus Stetinensis, Conradus de Massow, Johannes Romele, Johannes de Brelin, Fredericus de Hindenborgh, Hermannus Hakenbeke, Dauid, Hinricus Lupus, Otto de Lo, Fredericus de Palude et frater suus Hermannus de Palude, Johannes Wlpes, Fredericus Wlpes, Bernardus de Heydebrake,

Johannes Scolentyn, Willekinus Stoltevoth, milites, et alii quam plures fidedigni. Actum et datum Dimin anno domini M.CC. septuagesimo quarto, nonas Januarij.

Original-Transſ. vom 24. Juni 1331 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Stadt Camin Nr. 1; Original-Transſ. vom 25. Februar 1344 s. r. Bisth. Camin Nr. 85; Original-Transſ. vom 25. Februar 1344 und vom 30. Januar 1358 im städtischen Archiv zu Camin; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Original-Transſ. vom 26. November 1389 s. r. Bisth. Camin Nr. 208; Abschrift s. r. Staats-Canzlei P. II. Tit. 35 Nr. 3b; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 494a; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klemptzen, Extract fol. 267; Gundlingsche Urk.-Samml. T. III Mscr. boruss. Vol. 531 in der Königl. Biblioth. zu Berlin (Transſ. vom 24. Juni 1331).

Gedruckt in v. Eickstedt, Urk.-Samml. I S. 152 Nr. 39 (Transſ. vom 24. Juni 1331); Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 121 Nr. 83 (Transſ. vom 24. Juni 1331).

982.

1274 Januar 6. (in die epiphaniae domini) Ukermundae.

Herzog Barnim I. nimmt die Seefahrer gegen das Strandrecht in seinen Schutz.

Barnimus dei gratia dux Slauorum dilectis et fidelibus suis advocatis, ministerialibus, militibus et omnibus in dominio suo constitutis, ad quos praesens scriptum pervenit, salutem in omnium salvatore. Hinc est quod notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod nos omnes velificatores cum omnibus rebus ipsorum ita, si naufragium passi fuerint, quod absit, ubicumque circa partes dominii terrae nostrae continget, recepimus in nostram protectionem et defensionem, volentes omnibus modis ipsos cum universis bonis et rebus ipsorum esse liberos et securos, nec ab aliquo advocatorum vel ministerialium nostrorum ullatenus indebite gravari vel molestari. Commisimus etiam et in mandatis dedimus diligentibus consulibus et burgensibus nostris in Colberg, quod si aliquis praedictos naufragos indebite molestare praesumat in aliqua parte rerum ipsarum, ipsos una nobiscum fideliter defendendum et tuendum. Datum Ukermundae, anno incarnationis domini M.CC.LXXIV in die epiphaniae domini.

Gedruckt in Rango, Pomer. diplom. S. 331; Dähnert, Sammlung III S. 443 Nr. 2.

983.

1274 im Januar (mense Januarii) Camin.

Hermann, Bischof zu Camin, überträgt dem Grafen Otto von Eberstein die Stadt Naugard mit 700 Hufen zu Lehen.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesiae episcopus omnibus in perpetuum. Cum ea quae fiunt in tempore, simul cum tempore transeant et labantur, nouerint igitur tam praesentes quam futuri, quod nos de unanimi uoluntate et consensu capituli nostrae ecclesiae concedimus nobili uiro Ottoni comiti de Ebersten auunculo nostro dilecto ac suis heredibus castrum et oppidum Neugard cum septingentis mansis ad ea pertinentibus iure feudali perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendum. In cujus rei testimonium praesentes literas

tam nostri quam etiam nostrae ecclesiae capituli sigillorum munimine roborari praecepimus. Datum Camin anno domini M°CC°L.XXIIII mense Januarii.

Vidimirte Copie in den Ebersteinschen Lehns-Akten (nicht zu ermitteln); Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 506; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1274) Nr. 7.

Gedruckt in Schöttgen und Kreysig, Diplom. III S. 5 Nr. 5.

984.

1274 Februar 2. (in die purificationis beate Marie virginis) Werben.

Hermann, Bischof zu Camin, gestattet der Stadt Cöslin, den Bach Rodesse bis zum Jamundschen See abzuleiten und Mühlen darauf anzulegen, behält sich jedoch die Hälfte der Gefälle vor.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Cum ea que fiunt sub tempore, simul cum tempore transeant et labantur, expedit ut acta presencium scripture testimonio ad noticiam perueniant futurorum et sic posteris omnis dubietatis scrupulus et malignandi materia precludatur. Hinc est quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos prehabito maturo consilio indulsimus et licenciauimus dilectis nobis consulibus ac ciuibus vniversis opidi nostri Cusselin educendi et deducendi in propriis laboribus et expensis fluuium, qui dicitur paruus Rodesse, usque Cusselin et inde in stagnum Jamene et in eodem fluuio edificandi et construendi molendina ac alia commoda tam nobis quam ipsis vtilia, hiis adiectis conditionibus, quod media pars prouentuum seu reddituum ipsorum molendinorum ac aliarum vtilitatum, que in dicto fluuio fieri poterunt a loco, quo eductus fuerit usque in stagnum Jamene, predicto opido et alia media pars integraliter nobis cedat. Preterea dedimus eisdem libertatem solutionis a festo beati Martini nunc venturo ad sex annos proxime subsequentes. Ne igitur in posterum super his dubium eueniat, presentes litteras nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum Werben anno domini M°.CC.LXX°IIII. in die purificationis beate Marie virginis.

Siegelbruchstücke an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Cöslin Nr. 2; Original-Transf. vom 25. Januar 1291 ebendas.; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 507; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1291) Nr. 1.

Gedruckt in Haken, Gesch. der Stadt Cöslin S. 19.

985.

1274 Februar 16. (quarto decimo kalendas Marcii) Stetin.

Herzog Barnim I. schenkt der Stadt Stettin die Fähre nach Lübzin und den Krug daselbst.

In nomine domini amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam ex continua reuolucione primi mobilis, vnde temporum vices certis spaciis eueniunt et causantur, nulla rei certitudo sub celi ambitu continetur, necesse est ut acta principum

que temporaliter ordinantur, quorum constitucio robur attrahit sempiternum, scriptis autenticis et testibus ydoneis adeo stabiliantur, vt in ipsis excludatur omnis occasio malignandi. Huiusmodi propter causam notum esse uolumus nacionibus presentibus et futuris, quod nos honestis viris dilectis nobis sculteto, consulibus necnon burgensibus ciuitatis nostre Stetin et eciam ipsi ciuitati dedimus ac titulo donacionis appropriauimus transitum uel traductum naualem inter ipsam ciuitatem Stetin et inter villam Lubecyn uersus Golnow et partes illas cum precio siue fructu, qui de ipso traductu poterit deriuari, apponentes nichilominus tabernam ipsius] ville prehabitum ad traductum, eandem tabernam sicut et traductum dicte ciuitati et eius inhabitatoribus appropriando. Et non debet in dicta villa alia taberna aut taberne officium institui uel seruari, sed que pertinet ad traductum. Volumus insuper et decretis firmissimis statuimus, quod dictus traductus nec de Poliz neque de ullo alio loco, sed solummo[do][1]) de ciuitate Stetin ad dictam villam Lubecin peragatur, dantes inquam eisdem ipsum traductum et tabernam in sempiternum quiete et pacifice possidendum. Vt autem huius donationis perpetuitas a nobis et heredibus nostris et successoribus uniuersis maneat inconuulsa, presens instrumentum inde confectum cum appensione nostri sigilli eisdem duximus largiendum. Testes huius rei sunt Conradus de Massow, Gobelo, Fredericus de Hindenborch, Heidenricus de Clutsow, Johannes de Leuenow, Wernerus de Lypa, Wickerus de Elsholt, Heinricus pincerna, Johannes de Brelin, Johannes de Steinbeke, milites, et plures alii fidedigni. Actum et datum Stetin per manum magistri Rodolphi curie nostre notarii anno domini M̊.CC̊.LXX̊.IIII. quarto decimo kalendas Marcii.

Original-Transsumt vom 9./10. August 1293 im Stadt-Archiv zu Stettin; Abschrift in den Akten des Stettiner Stadt-Archivs s. r. Tit. XIII Sect. I[a] Lübzin Nr. 1 fol. 9.

986.

1274 Februar 24. (in die sancti Mathye).

Dethard, Gardian, und der ganze Convent der Franziskaner zu Stralsund verpflichten sich, die angefangene Mauerstrecke zu vollenden, bei Strafe des Anfalls des Raumes zwischen derselben und den Planken an die Stadt, und versprechen ferner, bei drohender Gefahr die Schlüssel zu der Mauerpforte an den Magistrat abzuliefern.

Vniuersis Christi fidelibus hoc scriptum inspecturis frater Thethardus, gardianus Sundensis, totusque conuentus pacem et salutem in filio uirginis gloriose. Ut ea que apud nos prouida deliberatione gesta sunt, a memoria non excidant in futuro, uolumus omnibus esse notum, quod nos dilectis amicis nostris, consulibus ciuitatis Sundensis, promisimus murum, qui incipit a stupa, usque ad murum iam consummatum debere consummare, et hoc pro nostra possibilitate, omnipotenti deo de anno in annum clementer respiciente, et supra hoc a nullo cogi posse. Quod si aliquis ex nostris sequacibus infringere uellet, tunc spatium illud quod est inter plancas et murum inceptum cederet ad usum consulum, ita si murum inceptum perficerent et fratres perficere nollent. Vt igitur in nostris iustificemur sermonibus apud posteros, promisimus non peti cum tabula nostra ad ecclesias parochiales, si hoc promissum a nobis fuerit uiolatum, in qua promissione concessum est nos per murum portam habere et firmiter obser[u]ari debere, ita tamen quod claues illius porte sint in potestate consulum manifesta necessitate inminente. Ad premissorum autem robur et memoriam

[1]) Das Original-Transsumt hat solummo.

presens instrumentum exinde confectum sigillo ciuitatis et nostro duximus muniendum. Datum in die sancti Mathye, anno domini M°CC°LXXIV°.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund (nicht zu ermitteln).

Gedruckt in Fabricius III Nr. 112.

987.

1274 März 18. (dominica Judica) in Stolpe.

Mestwin II., Herzog von Pommerellen, gestattet dem Kloster Bukow, seine Besitzungen mit Deutschen zu besiedeln, und verheißt denselben seinen Schutz.

Nos dominus Mestuuinus dei gratia dux Pomeranie vniversis Christi fidelibus hanc kartulam inspecturis presentibus declaramus, quod diuino instinctu cupientes profectum domus de Bucou, que a nobis et a nostris progenitoribus est fundata in nostrorum remedium peccatorum, ipsi contulimus hereditates quas possidet locandas libere cum Teuthonicis, omnem uero securitatem ex parte nostra et nostrorum hominum dictarum hereditatum incolis promittentes. In cuius rei testimonium presentem litteram nostri sigilli munimine confirmamus hiis testibus subnotatis: Vitcone palatino Gdanense, Waysil palatino Svecense, Martino palatino Stolpense, Jacobo tribuno, Swinza subcamerario, Pomorce subdapifero, officialibus de Stolpe, Cristiano capellano nostro. Datum per manum Gotfridi notarii nostri anno domini M̊.CC̊.LXX̊.IIII in Stolpe dominica Judica.

Das an grauer Zwirn-Schnur hängende Siegel Mestwins mit einem Theil der Urkunde abgerissen beiliegend.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bukow Nr. 3; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 495; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 39.

988.

1274 April 5. (nonis Aprilis) Werben.

Hermann, Bischof zu Camin, bezeugt, daß die Rathmannen der Stadt Massow sich wegen des ihrem Pfarrer Johannes zu liefernden Meßkorns mit demselben dahin geeinigt haben, daß sie ihm statt desselben zu seinen vier Hufen Acker noch weitere vier Hufen nebst einer Hausstelle zulegen.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Cum ea quae fiunt sub tempore, simul cum tempore transeant et labantur, expedit ut acta praesentium scripturae testimonio ad notitiam perveniant futurorum et sic posteris omnis dubietatis scrupulus et materia malignandi praecludatur. Hinc est quod nos notum esse cupimus tam praesentibus quam futuris, quod consules ac universitas ciuium opidi nostri de Massowe cum domino Johanne plebano ibidem nobis mediante concordaverunt super annona ecclesiastica, videlicet modiis et denariis in hunc modum, quod ipsi comparaverunt eidem et suae ecclesiae, cui prius mansi quatuor attinebant, insuper quatuor mansos suis denariis cum una area et tam jure hereditario quam omni iure eidem Johanni et suis successoribus quiete perpetuis temporibus possidendos; et dicti consules ac cives deinceps a solutione

praehabitae annonae ac denariorum liberi erunt et soluti. Nos vero hanc ordinationem ratam et gratam habentes donamus praefatae ecclesiae proprietatem mansorum praedictorum. Huius ordinationis testes sunt dominus Adam canonicus Guzstrowensis, Th. plebanus de Jermin, L. noster notarius, nostri capellani, Con. de Massowe, Ar. de Pinnowe, Degenardus de Lentein, Henr. de Melentin, et Jo. de Lentenin, milites, et alii plures fide digni. In cujus rei testimonium praesentes literas [sigilli] nostri impressione fecimus communiri. Datum Werben, anno domini M.CC.LXXIIII nonis Aprilis.

Gedruckt in Schöttgen und Kreysig, Diplom. III S. 5 Nr. 6.

989.

1274 April 12. (octavo nonarum Aprilis) in Pölitz.

Herzog Barnim I. schenkt der Stadt Greifswald das Eigenthum des Dorfes Helmshagen.

Barnim dei gratia Slavorum dux omnibus Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, salutem cum plenitudine omnis boni. Que geruntur coram viris providis et honestis ne possint cassari imposterum per aliquorum calumniam, literarum et fidelium caute testimonio roborantur. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod nos de bona voluntate nostra habito super hoc consensu dilecti filii nostri Bogislavi contulimus et donamus civitati nostrae Grypeswold proprietatem cum omnibus proventibus villae quae dicitur Helmerichshagen. Et ne haec donatio nostra et dilecti filii nostri Bogislavi ab aliquo possit incusari vel calumniari, praesentem paginam sigilli nostri et sigilli filii nostri Bogislavi roboratam praedictae civitati nostrae Grypeswold in testimonium firmitatis erogamus. Huius rei testes sunt Hinricus pincerna, noster Hermannus de Brake[1]), Olricus de Streckelin[2]), milites nostri, et Swano camerarius noster. Datum et actum per manum capellani nostri domini Theoderici in Pölitz anno incarnationis domini nostri 1274 octavo nonarum Aprilis.

Beglaubigte Abschrift im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Memorabilien-Buch St. G. fol. 8 Nr. 7; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 494^{b}.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibliothek III S. 413 Nr. 13; Schwarz, Gesch. der Pomm. Städte S. 268.

990.

1274 Mai 10. (sexto ydus Maji) in ciuitate nostra Stargarde.

Herzog Barnim I. verleiht dem Kloster Colbatz das Dorf Hökendorf, welches dasselbe von dem Ritter Jakob von Staffeld gekauft hatte, und beschreibt die Dorfgrenzen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Nouercari solet rerum noticie processus temporis, nisi scripti autentici memoria perhennetur. Noscat proinde presencium status et discat felix successio futurorum, quod Jacobus

[1]) Verschrieben für Brakel.
[2]) Desgl. für Stekelin.

de Staffelt villam Hoykendorp, quam a nobis pro tempore in pheodo possedit, domino abbati et conuentui suo de Colbas ordinis Cisterciensis de consensu et voluntate nostra ac filii nostri Buguzlaui cum omni iure et attinenciis suis, siluis, agris, pratis, aquis, molendinis et terminis secundum distructionem et diuisionem terminorum, quemadmodum Rodolfus miles dictus de Zedelin primis possessoribus ipsius uille Hoykendorp propria persona et manu distinxit, pro condigna summa pecunie vendidit de propria sua voluntate et omnium amicorum suorum consilio et consensu, ita tamen ne inposterum ab eodem Jacobo seu cognatis uel amicis suis in predicta villa iam dicto claustro Colbas penitus aliquorum dampnum oriatur uel perturbacio generetur. Nos uero et filius noster Buguzlaus intendentes promocioni et dilectioni, quam ex affectu ad memoratum claustrum ex antiquo habuimus, proprietatem predicte ville Hoykendorp cum omni iure et seruicio, quo nobis tenebatur, aduocaciam quoque liberam, iura maiora et minora libere et absolute eidem claustro ac fratribus ibidem commorantibus perpetuo jure contulimus et donauimus. Et ne in posterum super hac donacione nostra ac terminorum distinccione aliquod dubium oriatur, eosdem terminos de loco ad locum specialiter fecimus conscribi: a stagno Colpin uersus montem Wozs, sicud in antiquis priuilegiis ac terminis fratrum ac monachorum de Colbas continetur, dehinc ad stagnum, quod Szdonowelaz dicitur et sic per monticulos et arbores signatas per medium locum antiqui molendini quondam ibi situm(!) et sic per paludes et arbores signatas usque ad antiquos terminos, qui distincti sunt inter Dambe et Cedelin, et sic per antiquos terminos reuertuntur in stagnum Colpin. Insuper dimidium pratum, quod iacet infra villam Cedelin et stagnum Dambe, quod a prima collacione predicte ville Hoykendorp possessores pacifice et quiete possederunt, sepedictis fratribus et monachis in Colbas inperpetuum donauimus. In cuius rei testimonium presentes literas scribi fecimus ac sigillorum nostrorum videlicet et Buguzlavi filii nostri munimine roborantes memorato claustro in testimonium firmitatis erogauimus. Testes huius rei sunt Conradus de Massowe, Gobelinus marscalcus, Heydenricus de Clutzowe, Fredericus de Hindenborch, Johannes de Berlin, Johannes de Stenbeke, Johannes de Leuenowe, Wilkinus de Berkowe, Thomas, milites nostri, Hermannus de Rinowe, Suane de Polkowe et alii quam plures. Datum in ciuitate nostra Stargarde per manum domini Theodorici cappellani et notarii nostri anno incarnacionis domini M°CC°LXXIIII° sexto ydus Maji.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 21 Nr. 84; Transs. vom 1. März 1309 fol. 21ʳ Nr. 85; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 497.

991.

1274 Mai 15. (ydus May).

Herzog Barnim I. vergleicht das Kloster Colbatz mit Jakob von Staffeld, wonach Letzterer für 223 Mark Silber seine Ansprüche an Wardenberg aufgiebt und Hökendorf dem Kloster verkauft, zudem aber auch vom Banne gelöst wird.

Barnym dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis salutem in perpetuum. Attestacione presentium vestre patefacimus vniuersitati, quod lis et discordia que uersabatur inter dominum abbatem et conventum de Colbas ordinis Cisterciensis parte ex vna et Jacobum de Staffelde et suos heredes presentes et futuros

nec non consagwineos(!) et amicos eiusdem parte ex altera pro villa Wardenbergh ac aliis causis amicabiliter est sedata et composita in hanc formam, videlicet quod dominus abbas ac suus conuentus nomine sue ecclesie dederunt ducentas et viginti tres marcas argenti predicto Jacobo talibus diebus et terminis sic pretaxatis, scilicet in festo beati Johannis babtiste quinquaginta marcas, in festo beati Martini viginti tres marcas, in purificatione beate uirginis quinquaginta marcas, sequenti uero anno proximo in festo beatorum apostolorum Philippi et Jacobi quinquaginta marcas, in festo beati Jacobi apostoli quinquaginta marcas. Pro ista siquidem summa cum communi et pari manu fideiusserunt Otto dictus Plate, Arnoldus de Nouo Foro, Wipertus de Piriz, milites, Johannes de Clebow, Hinricus de Belliggen, [1]) Thilmannus de Nouo Foro, Arnoldus de Szisth, Conradus scultetus de Trebene, et si vnum ex his mori contigerit, alius in locum suum substituatur. Preterea venerabilis dominus Hermannus episcopus Caminensis eundem Jacobum et suos complices, quos excommunicauerat super excessu istius cause, a sua excommunicacione absoluit. Predictus uero Jacobus pro summa argenti supra memorata de consilio omnium suorum amicorum supradictam compositionem iniuit et ecclesie sepe memorate Colbaz pariter pro ipsa eiusdem summa villam que Hoykendorp dicitur vendidit, quam a nobis pro aliquo tempore iure pheodali possedit, et nos vna cum filio nostro Buguzlawo pro condigna pecunia eidem ecclesie proprietatem ipsius ville cum omni iure contulimus. Vendidit autem predictus Jacobus supradicte ecclesie iam nominatam villam cum omni utilitate aggerum, siluarum, nemorum, pratorum, molendinorum et omni prouentu secundum iustam et plenam decisionem seu divisionem terminorum, quam Rodolfus miles dictus de Cedelin beate memorie in prima collocacione eiusdem ville Hoykendorp possessoribus distinxit personaliter et signauit. Insuper etiam ab omni inpeticione et inpugnacione, quam habebat ipse et ceteri sui cognati et amici super villa Wardenberch, penitus cessaverunt et ad usus ecclesie Colbacensis vtrasque villas cum omni utilitate perpetuo resignauerunt. Verum tamen ne ista composicio tam rationabiliter facta possit in posterum ab aliquo inpugnari, eciam de filiis Johannis beate memorie fratris eiusdem Jacobi instantibus quasi per se fari id est loqui nisi valentibus precautum est et firmiter taliter ordinatum sed quod ipse Jacobus qui asseruit se tutorem esse atque rectorem iam dictorum paruulorum spospondit, quod cum ipsi venerint ad annos discretionis, similiter ipsam predictam villam Hoykendorp omni occasione postposita ad utilitatem supradicte ecclesie resignabunt. Pro qua compositione resignacionis Hoykendorp tam ex parte ipsius Jacobi quam puerorum Johannis fratris sui Hinricus de Belliggen[1]), Hinricus de Staffelt, milites, Rodolfus de Lubas et ipse Jacobus de Staffelt cum pari et communi manu promiserunt, tali tamen condicione, quod si vnum ex hiis mori contigerit, alius in locum ipsius ab aliis sociis huius promissionis substituatur usque ad annos discrecionis predictorum puerorum, quod ipsi pueri per se valeant resignare; nec tamen dicti promissores a sua promissione prius sint liberi, antequam predicta bona ab ipsis pueris ecclesie, sicud promissum est, rite fuerint resignata. Testes huius facti sunt dominus Adam plebanus in Konigesberghe, W. plebanus in Banis, Johannes de Leuenowe, Wilkinus de Berticow, Bertoldus Nusleuere[2]), Hinricus de Belliggen,[1]) Otto de Plata, Arnoldus de Novo Foro, Wipertus scultetus de Piritz, Hen. de Staffelt milites, Rodolfus aduocatus de Piriz, H. de Emingen, Ro. de Lubas, Tilmannus de Novo Foro, Arnoldus de Scizth, et alii quam plures. Vt autem hec supradicta omnia in perpetuum firma et rata ex utraque parte conseruentur, vtraque

[1]) Die Matrikel schreibt an erster Stelle Cenigen, an zweiter Selligen, an dritter aber Belliggen, und ist jedenfalls unter diesem Hinricus ein Mitglied der Familie von Belling zu suchen.

[2]) statt Insleue.

pars elegit compatris nostri domini Hermanni episcopi Caminensis nostri pariter et filii nostri Buguzlawi sigillorum munimine roborari. Acta sunt hec anno incarnacionis domini M°.CC°.LXXIIII°. ydus May.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 21ᵛ Nr. 86; Dreger. Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 496.

Die Urkunde ist entschieden verdächtig, nicht nur ihrer Form, der Verklausulirung wegen, welche die Colbatzer Mönche anzuwenden für gut befanden. Für den Verkauf von Wardenberg und von Hökendorf werden jedesmal besondere Bürgen gesetzt und nachher nochmals als Zeugen wiederholt. Die vorhergehende Urkunde, deren Zeugen völlig unverdächtig sind, ist bereits am 10. Mai ausgestellt und bestätigt die Abtretung von Hökendorf durch Jakob von Staffelde an das Kloster Colbatz. Sie weiß noch nichts von einer Irrung zwischen den beiden Parteien oder gar von einer Excommunikation durch den Bischof Hermann. Verdächtig sind auch verschiedene der Zeugen. Ein W. plebanus de Banis hat sich aus dieser Zeit nicht ermitteln lassen. Dagegen findet sich in einer Colbatzer Urkunde vom 25. Juli 1255 ein Wipertus de Banis und die Vermuthung liegt nahe, daß in dem W. plebanus de Banis ein Irrthum unterlaufen ist. Desgleichen würde man in der Colbatzer Urkunde vom 18. August 1274 wohl kaum unterlassen haben, dem Wicpertus de Piriz den Titel scultetus, wenn er ihn wirklich gehabt hätte, zu geben. Ein Ro. de Lubas sowie Arnoldus de Sciztb sind überhaupt nicht zu finden. Otto de Plata ist die deutsche Uebersetzung eines „Otto von Plate" aus späterer Zeit. Im 13. Jahrhundert aber konnte er nur Otto cum plata heißen.

992.

1274 Juni 13. (idus Junii) Lugduni.

Pabst Gregor X. bestätigt alle Rechte und Freiheiten des Klosters Colbatz.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati et conuentui monasterii in Colbas Cisterciensis ordinis Caminensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, [tam][1]) vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis supplicacionibus inclinati omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus per priuilegia seu alias indulgencias vobis et monasterio vestro concessas necnon libertates et exempciones secularium exaccionum a regibus et principibus et aliis Cristi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicud eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni idus Junii, pontificatus nostri anno tercio.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 88 Nr. 246.

993.

1274 Juni 29. (3 calend. Julii) Gripeswald.

Hermann, Bischof zu Camin, bekundet, wie er sich mit den Rathmannen der Stadt Greifswald dahin verglichen, daß, so lange sie den fürstlichen Zoll haben werden, seine Leute in der Stadt und hinwieder die Greifswalder Bürger in seinen Landen von allem Zolle frei sein sollen.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesiae episcopus universis praesens scriptum

[1]) Die Matrikel hat cum.

visuris salutem in domino sempiternam. Cum ea quae fiunt sub tempore simul transeant cum tempore et labantur, expedit ut acta praesentium scripturae testimonio ad notitiam perveniant futurorum, ut sic posterius omnis dubietatis ac malignandi materia praecludatur. Noverint igitur universi tam praesent[i]s[1]) temporis quam futuri, quod nos cum viris honestis consulibus universis civitatis Gripeswold concordavimus et convenimus super theoloneo in hunc modum scilicet quod quam dudum ipsi consules theolonium suae civitatis ab illustri principe duce Slavorum suo domino habuerunt, nostri homines singuli videlicet nostrarum villarum oppidorum ac civitatum in eadem civitate Gripeswald et e converso singuli burgenses praefatae civitatis in nostro dominio videlicet nostris villis oppidis ac civitatibus ab exactione theolonij liberi erunt et soluti. Testes huius sunt Ulricus marscalcus, Ludovicus de Lassan, milites, nobilis vir Otto comes de Everstein et alii plures fide digni. In cuius rei testimonium praesentes literas nostri sigilli impressione fecimus communiri. Datum Gripeswald anno domini 1274. 3 calend. Julii.

Beglaubigte Abschrift im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Memorabilien-Buch. St. G. Nr. 2.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibliotḥ. III S. 414; Schwarz, Gesch. der Pomm. Städte S. 271 Auszug.

994.

1274 Juli 7. (nonis Julii) Lugduni.

Pabst Gregor X. bestätigt der Marienkirche zu Stettin die Schenkungen Herzog Barnims I.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis . . preposito, . . decano et capitulo ecclesie Stetinensis Caminensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, vt id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod nobilis vir Barnem dux Slauorum quasdam villas, terras, possessiones, iura, iurisditiones, reditus et quedam alia bona sua uobis et ecclesie vestre pro sue et parentum suorum animarum remedio pia ac prouida liberalitate donauit, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc pie ac prouide factum est, ratum ac firmum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni nonis Julii pontificatus nostri anno tercio.

Fragmente eines Copiars des Marienstifts zu Stettin im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Mscr. des St.-A. I 51 Nr. 11.

---

1) Die Abschrift hat fälschlich praesentes.

995.

1274 Juli 8. (VIII idus Julii) in Dymin.

Hermann, Bischof zu Camin, verkauft dem Kloster Dargun die Hälfte der Zehnten aus den Dörfern Walkendorf und Stechow für 600 Mark und bestätigt, daß das Kloster die andere Hälfte von Fürst Nikolaus von Werle gekauft hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Hermannus dei gracia Caminensis episcopus omnibus in perpetuum. Jura docent, pietas suadet, illos non inmerito decimas possidere, qui carnem suam cotidie in dei seruicio decimant, se ipsos in holocaustum et uictimam in multis vigiliis et abstinenciis ac profectu bonorum operum offerentes. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos de benigno ac communi consensu capituli nostri monasterio in Dargun fratribusque ibidem deo iugiter famulantibus dimidiam decimam villarum Walkendorp et Stechowe vendidimus pro sexcentis marcis denariorum, proprietatemque aliam dimidie decime earumdem villarum, quam [a n]obili viro domino Nicolao de Werle emerunt, ipsis ob reuerenciam dei et gloriose virginis Marie donauimus, vt sic integram decimam istarum villarum iure perpetuo possideant cum omni iure, quod in eis habuimus vel habere ex nostro dominio videbamur. In cuius rei testimonium presentem litteram ipsis donauimus sigilli nostri ac capituli nostri munimine roboratam. Testes huius rei sunt Johannes decanus, Hinricus custos, Gherardus scolasticus, Wizlaus, Mauricius et alii quam plures clerici ac layci. In Dymin acta sunt hec anno domini M.CC.LXX.IIII, VIII idus Julii, pontificatus nostri anno vicesimo.

Siegelbruchstück an roth-, grün- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden I S. 150 Nr. 69; Mekl. Urk.-Buch II S. 489 Nr. 1334.

996.

1274 August 7. (septimo idus Augusti) in Colberg.

Heinrich, Probst, und das Capitel der Kirche zu Colberg treffen über den Zehnten des Dorfes Nessin mit dem Abte zu Dargun ein Abkommen dahin, daß letzterem die Hälfte des Zehntens zustehen soll

Hinricus prepositus totumque capitulum Colbergense omnibus inperpetuum. Notum esse uolumus uniuersis, quod nos de communi nostro consensu super decima ville Nesin cum domino abbate de Dargun concordauimus in hunc modum: proprietatem medie decime ville predicte tam mansorum possessorum quam omnium aliorum cenobio Dargun ob reuerenciam dei ac dilectionem ordinis Cysterciensis contulimus iure omni, quod in ipsa habuimus, perpetuo possidendam. Vt igitur hec nostra donatio semper firma permaneat, presentem litteram inde conscriptam sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Testes huius rei sunt Hinricus prepositus, Hildebrandus custos, Johannes, Nicolaus, Johannes, Heydenricus, Albertus, Andreas. Acta sunt hec [anno][1]) domini M.CC.LXXIIII in Colberg septimo idus Augusti.

Siegel nebst Schnur nicht mehr vorhanden.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Colberger Dom-Cap. Nr. 4ª.

---

[1]) Im Original ausgefallen.

997.

1274 August 7. (VII. ydus Augusti).

Johann, Abt zu Dargun, giebt der Kirche zu Colberg das Eigenthum von drei Hufen und die Hälfte der Gerichts-Gefälle dieser Hufen zu Nessin gegen die Hälfte des Zehntens in demselben Dorfe.

Frater Johannes dictus abbas in Dargun omnibus in perpetuum. Notum esse volumus uniuersis, quod nos de consilio seniorum nostrorum ecclesie Colbergensi in villa nostra Nesin contulimus proprietatem trium mansorum in signum proprietatis medie decime, quam nobis in eadem villa perpetuo donauerunt, ita sane, ut homines in predictis mansis commorantes sub judicio nostro maneant; excessuum autem medietatem ipsorum hominum tollent canonici Colbergenses, aliam vero partem sibi pro suis laboribus advocatus noster sibi liberam usurpabit. Testes hujus rei sunt Johannes de Kyrich, Ludolfus de Zwerin, monachi nostri, Gherardus scolasticus Camynensis. Datum anno domini M°.CC°.LXXIIII°. VII. ydus Augusti.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Colberger Matrikel S. 95; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Msc. II Nr. 508.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 492 Nr. 1338.

998.

1274 August 8. (datum sexto idus Augusti) Colberg, actum Bucowe.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, schenkt dem Kloster Bukow die Hälfte, nämlich 22 Hufen, des Dorfes Malchow.

Wislaus dei gratia Rugianorum princeps omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit in domino salutem. Que geruntur a viris prudentibus, ne qua possint acceptari calumpnia, perhennari solent linguis testium ac testimonio literarum. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ob reuerentiam dei nec non gloriose virginis Marie ac in salutem anime nostre nostrorumque parentum dedimus cenobio in Bucowe Cisterciensis ordinis Camminensis diocesis ad vsus fratrum inibi degentium et vniuersis successoribus eorum nomine nostro heredum ac successorum nostrorum nomine proprietatem dimidie ville Malchowe, videlicet viginti duos mansos cum siluis, pratis, pascuis, aquis, stagnis, riuis, piscariis, nemoribus pariter cultis et incultis, insuper libertatem aduocatie, omnes scilicet capitales et manuales causas judicandi vna cum jure reliquo, penitus nichil excipientes, perpetuis temporibus possidendam, translata proprietate nostra et dominio ad eosdem. Testes hujus donationis sunt Arnoldus plebanus de Stralsunde, Bispraus, Detlevius, Vircheuitz, Hinricus Halup, Goswinus, ciues in Colberch, et alii quam plures. Vt autem hec donatio nostra firma et inconvulsa perpetuis temporibus perseueret, presentem paginam inde confectam eis dari jussimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum Bucowe,

anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto. Datum Colberch, sub manu domini Arnoldi ejusdem(!) domini anno sexto idus Augusti.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 51; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 502.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 113.

999. Unecht.[1])

1274 August 8. (sexto idus Augusti) Bucowe.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, schenkt dem Kloster Bukow das Eigenthum des Dorfes Malchow und beschreibt die Grenzen desselben.

Wislaus dei gratia Rugianorum princeps omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit in domino salutem. Que geruntur a viris prudentibus, ne qua possint acceptari calumpnia, perhennari solent linguis testium ac testimonio literarum roborari. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ob reuerentiam dei nec non gloriose virginis Marie ac in salutem anime nostre nostrorumque parentum dedimus cenobio in Bukowe Cisterciensis ordinis Camminensis diocesis ad vsus fratrum inibi degentium et vniuersis successoribus eorum nomine nostro heredum ac successorum nostrorum nomine proprietatem ville Malchowe, videlicet cum siluis, pratis, pascuis, aquis, stagnis, riuis, piscariis, nemoribus, agris cultis pariter et incultis, ita plane, ut termini sic extendantur: a fluuio Mosteniz recto tramite vsque ad pirum et inde protendantur ad paruum stagnum et vlterius ad paludem, de qua exit riuulus, qui distinguit terminos inter Parpart et dicte ville Malchowe. Hos terminos distinxerunt dominus Bispraus et dominus Detleuius de Sletzsen ex nomine nostro. Insuper libertatem aduocatie, omnes scilicet sententias, capitales et manuales, vna cum jure reliquo, penitus nichil excipientes, perpetuis temporibus possidendam, translata proprietate nostra et dominio ad eosdem. Testes hujus donationis sunt Arnoldus plebanus de Stralsunde, Bispraus, Detleuius, Virchewiz, Hinricus Halup, Goswinus, ciues in Colberch, et alii quam plures. Vt autem hec nostra donatio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, presentem paginam inde confectam eis dari jussimus nostri sigilli munimine roboratam. Actum Bucowe anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto. Datum Bucowe, sub manu domini Arnoldi, nostre curie notarii, sexto idus Augusti.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 53.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 114.

---

[1]) Wegen der Unechtheit der Urkunde ist die vorhergehende zu vergleichen, ebenso die Bukower Urkunde vom Jahre 1285, wodurch das Kloster erst die zweite Hälfte von Malchow erhält.

1000.

1274 August 18. (quinto decimo kalendas Septembris).

Kasimir III., Sohn Swantibors, bestätigt dem Kloster Colbatz alle von ihm, seinen Vorfahren und Verwandten geschenkten Güter und Besitzungen.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Kazimarus filius Suantobori vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Cum propter labilem memoriam variasque hominum voluntates acta legitima sine causa rationabili multociens inbrigentur, a iure conueniens iudicatur, ut tali morbo cautele remedio succurratur. Hinc est quod cum nobis per legitima documenta bone memorie Kazimari aui nostri fratrisque sui Wartizlaui et filii sui Bartholomei patrisque nostri Suantobori et cognati nostri Wartizlaui, Bartholomei filii, predecessorum nostrorum, non cancellata non abolita nec in aliqua sui parte viciata per religiosos viros dominum abbatem et conuentum de Colbas Cisterciensis ordinis exhibita constitit euidenter, ipsum locum Colbas, Lade, Reptow, Recow, Soznowe, villam Theutunicorum, Smirdinzi cum omnibus terminis et attinenciis suis cum solitudine, que terminatur in Golnow, in cuius eciam ville terminis sita est villa que vocatur Bucholt, item Niznaw que Belcow dicitur, Zelowe, Jasniz, Lankne, Brukowe, Dambne, Cirnow que nunc Nienmarkt dicitur, in cuius opidi terminis sita est villa que Doberpul dicitur, item Cabowe que nunc Valkenberghe dicitur, Babin, Belitz, Zipberese que nunc Woltersdorp vocatur, et decem mansos, qui siti sunt inter duo fossata prope stagnum Gardena, Piacesno, Glina, villas, possessiones cum suis terminis a patre nostro Suantoboro plenius distinctis, prout in instrumentis ipsius desuper confectis plenius continetur, quam terminorum distinccionem corporali visu vidimus, ad predictam ecclesiam Colbas iusto titulo deuolutas tenore presencium confirmamus. Vt autem processu temporis omni cauillacioni denegetur locus, si dictas possessiones quandoque aliis nouis nominibus in futurum fortassis appellari contigerit, uel in siluis possessionibus antedictis attinentibus ville de nouo edificate fuerint cum nouis vocabulis sine omni capcione et contradiccione ratum habentes assentimus. Preterea nos ob salutem anime nostre nec non et parentum nostrorum has predictas possessiones et si quas alias habent ipsi fratres in priuilegiis patris nostri uel antecessorum nostrorum cum omnibus terminis suis et eis que infra ipsos continentur, scilicet in opidis et foris eorum et villis, agris, siluis, cultis et incultis, pratis, pascuis, fluminibus, riuulis, stagnis, aquis, piscacionibus, molendinis, ferrifodinis, salinis, viis et semitis, cum omni iure et utilitate, que nunc est vel in futurum haberi poterit in predictis. Aduocaciam quoque liberam tam in causis pecuniariis quam eciam criminalibus in omnibus bonis, que a progenitoribus nostris consangwineis uel afinibus possident, eisdem dilectis in Christo fratribus jure libero ac perpetuo confirmamus. Insuper promittimus pro persona nostra nostrorumque heredum, siue extranei sint uel legitimi, prenominatam ecclesiam in possessione omnium predictorum occasione hereditarie inpeticionis minime perturbare, sed ipsam in omnibus supradictis contra quemlibet pro uiribus defensare. Vt autem hec omnia rata et inconuulsa perpetuo permaneant, presentem paginam posteris relinquendam sigilli nostri appensione cum subscripcione testium roboramus. Testes huius rei sunt Johannes prior, Henricus cellerarius, Nicolaus camerarius, Anshelmus senior, monachi in Colbas, Fredericus de Hyndenborch, Otto Plate, Arnoldus de Nouo Foro, Wicpertus de Piritz, milites, et alii quam plures. Datum anno domini M°CC°LXXIIII°. quinto decimo kalendas Septembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 60 Nr. 206; Transf. vom 1. März 1309 fol. 61ᵛ Nr. 208; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 500.

1001.

1274 September 8. (sexto idus Septembris, in die natiuitatis gloriose uirginis Marie).

Mestwin II., Herzog von Pommerellen, schenkt dem Kloster Colbatz die Dörfer Viatrow und Labehn bei Stolp.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Mestewinus dei gratia dux Pomeranorum omnibus presens scriptum cernentibus salutem in deo saluatore nostro. Munificenciam principum vitam condecet sustentare spiritualium, vnde enim eis temporale subsidium in eternis mansionibus perpetuum sibi procurant domicilium. Inde est quod sancte dei ecclesie Colbacensi et fratribus ibidem deo famulantibus ob remedium anime nostre nec non et parentum nostrorum contulimus hereditates has, Viatrow et Lippeno, cum omnibus terminis ac attinenciis suis, agris, pratis, pascuis, siluis, cultis et incultis, aquis, stagnis, riuis, piscacionibus, in semitis et viis et omni utilitate, que est uel in futuro haberi poterit, nec non et ab omni decimarum uel cuiuslibet seruicii exaccione liberas perpetuo possidendas. Ne igitur in predictis possessionibus succedentibus temporibus prefatos fratres cuiusquam malignitas iure debeat inquietare, terminos predictarum possessionum per nostros barones distingwi permisimus. Vt hec ergo nostra donacio cum predictis possessionibus et suprascriptis terminis rata et inconuulsa sepedictis fratribus de Colbas perpetuo perseueret, sigilli nostri appensione cum testium subscripcione presentem paginam roboramus. Testes autem hy sunt: Hermannus plebanus de Suetz, Martinus palatinus Stolpensis, Witico palatinus Danensis, Suencso subcamerarius, Jacobus tribunus, Matheus filius Stephani, Pomorz subdapifer, Rodolfus filius Johannis de Suochow, milites, et alii quam plures tam clerici quam laici. Datum anno domini M°CC°LXXIIII° sexto idus Septembris, in die natiuitatis gloriose uirginis Marie.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 38ᵛ Nr. 157; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 499.

1002.

1274 September 30. (pridie kalendas Octobris) Cartlowe.

Herzog Barnim I. schenkt dem heil. Geisthospital zu Anklam sechs Mark Einkünfte vom Lassanschen Wasser, welche zuvor Johann von Scholentin zu Lehen besessen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus christifidelibus in perpetuum. Quoniam in rerum ordinatione nichil stabilitatis et certitudinis remanet iam sub sole, necesse est ut acta principum, [habere][1]) que debent robur perpetue firmitatis, scriptis autenticis et testibus ydoneis adeo stabiliantur, ut in eis processu temporis excludatur omnis occasio malignandi. Huiusmodi propter causam notum esse volumus nationibus presentibus et futuris, quod nos dedimus et titulo donacionis appropriauimus intuitu retribucionis diuine domui sancti spiritus et personis in ea degentibus in Tanglym ciuitate nostra sex marcas denariorum et proprietatem earundem recipiendas singulis annis in stagno siue aqua que vulgariter Lassanschwater nuncupatur, quas Johannes miles de Scolentin dilectus et familiaris noster a nobis in feodo tenens pro suis suorumque facinoribus abolendis resignauit et dimisit personis et domui memoratis feliciter et

[1]) Das Original-Transsumt hat sapere.

pacifice perpetuis temporibus possidendas. Testes huius nostre donacionis sunt Fredericus de Bertecow, Johannes Romelo, Hermannus de Vizen, Witemannus Glude, Gobelo, Johannes de Ertneborg, Arnoldus de Vizen, Thomas, milites, item Heynricus Zaienz marscalcus noster, et quam plures alii fide digni. Vt autem hec nostra donacio firmetur munimine sempiterno, vt a nobis nostris heredibus et successoribus vniuersis non possit inposterum infringi nec mutari, presens instrumentum inde confectum domui et personis predictis dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum Cartlowe anno domini M.CC.LXXIIII. pridie kalendas Octobris, per manum magistri Rodolfi, nostri notarii.

Original-Transsumt vom 1. Jan. 1339 im Stadt-Archiv zu Anklam Nr. 66; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplom. civit. Anclam. S. 35 Nr. 25; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 501.

Gedruckt in Stavenhagen, Chronolog. Beschreibung der Stadt Anklam S. 323 Nr. 7; Dähnert, Pomm. Bibl. V S. 229.

1003.

1274.

Johann, Probst, und der Convent des Klosters Verchen gestatten dem Kloster Reinfeld, im Dorfe Welzin, welches in ihrer Parochie belegen, eine Kirche zu bauen, und erhalten hierfür 30 Mark Entschädigung, mit welcher Summe sie eine Hufe in Borenthin erwerben.

Johannes dei gratia prepositus in Verchem, . . priorissa totusque conuentus ancillarum Christi ibidem omnibus hoc scriptum uisuris salutem in domino sempiternam. Presentibus protestamur dominum abbatem de Reyneuelde Anb. et ecclesiam nostram hoc optinuisse, quod nostro iure cedentes bannuale concederemus, ut in uilla Welzcin, que ad nostram parrochiam pertinebat, ecclesia edificaretur ad sui monasterii patronatum perpetuo pertinenda, quam commutacionem dominus episcopus noster Caminensis suo priuilegio confirmauit. Nos uero receptis a predicto abbate et suo conuentu .XXX. marcis denariorum in restaurum comparauimus unum mansum in uilla Borenthin ad manus ecclesie nostre cum predicto precio perpetuo possidendum. Huius rei testes sunt dominus Reimbernus de Wacholt, dominus Johannes de Gramesow, dominus Thidericus de Campe, dominus Fridericus et dominus Hemmo dicti Welpes, dominus Heinricus Ursus et alii plures. Ne autem hoc factum ueniat in dubium, presentem litteram eisdem contulimus in testimonium sigillorum nostrorum munimine communitam. Datum anno domini M.CC.LXXIIII.

Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Verchen Nr. 1.

1004.[1]

1274.

Hermann, Bischof zu Camin, verleiht auf Ersuchen des Ritters Friedrich Voß dem Kloster Reinfeld den halben Zehnten von 44 Hufen zu Sülten bei Stavenhagen.

Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus vniuersis Christi fidelibus presens

[1]) Vergl. Seite 142 Anm. 1.

scriptum visuris in perpetuum. Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore, perhennari solent testimonio scripturarum. Hinc est quod tenore presencium tam presentibus quam futuris volumus intimari, nos cum beniuolo et vnanimi consensu nostri capituli ad promocionem domini Frederici militis dicti Wlpis suorumque amicorum contulisse . . abbati et conuentui ecclesie in Reynevelde, Lubicensis dyocesis, Cysterciensis ordinis, dimidietatem decime quadraginta quatuor mansorum in villa, que dicitur Sulta prope Stouenhaghen, transferentes eandem in perpetuum ius predicte ecclesie et liberam proprietatem. Ne vero valeat in posterum super hoc questio suboriri, presens scriptum sigillis nostro et predicti capituli nostre ecclesie communitum eisdem contulimus in testimonium et cautelam. Testes huius rei sunt dominus Johannes decanus, dominus Hinricus custos Caminensis ecclesie, dominus Arnoldus prepositus in Juenak, dominus Lambertus notarius noster, Olricus miles dictus Saxo, Ludolfus dictus Lassan, Arnoldus miles de Sconevelde, Fredericus Wlpes et alii quam plures. Datum anno domini M.CC. septuagesimo quarto.

Siegel an grün- und rothseidenen Schnüren anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 472 Nr. 1309.

1005.

1274.

Nikolaus, Fürst von Werle, verleiht dem Kloster Neuencamp die Mühle zu Bök.

Nicolaus herr van Werle ouergifft dem abte die mole Boke.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzens „Extract der breue des Klosters Niencamp" fol. 11.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 472 Nr. 1308.

1006.

[1274.]

Hermann, Bischof zu Camin, legt das Dorf Moyzliz bei Gilow, welches früher zur Malchiner Kirche gehörte, dem Dargunschen Klosterdorfe Gilow zu.

Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus hanc litteram visuris [salutem] in domino. Notum esse uolumus vniuersis, quod nos villam Moyzliz, que est ecclesie Darg[u]nensis, que pertinebat ad ecclesiam Malechin, quam nunc abbas Dargunensis habet sub propria agricultura, ab ecclesia Malechin excipimus, ut quamdiu uillam nullus inhabitat, nullam questionem mo[uere] possit de uilla illa, quod cum ad nos uillarum vnio pertineat, ipsarum etiam diuisio ad nos pertinet ipso iure. Ne igitur aliquis super huius-

modi villa ecclesiam Dargunensem turbare possit, presentes eid[em dedi]mus sigilli nostri robore communitas.

Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden I S. 153 Nr. 70; Meklenb. Urk.-Buch II S. 490 Nr. 1335.

1007.

1275 Januar 10. (IIII idus Januarij) in Hylda.

Herzog Barnim I. spricht dem Kloster Eldena die Güter Gribenow, Pansow und Subzow mit Zubehör, welche demselben entfremdet gewesen, wieder zu.

Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis presens scriptum cernentibus salutem. Conquestus est nobis abbas et conuentus de Hylda super quasdam iniurias et alienationes quarundam possessionum, scilicet Gribenow, Pansow, Subezow, cum omnibus pertinenciis, aquis, pratis, siluis, agris. Nos vero, nostris priuilegiis et progenitorum nostrorum et ceterorum fundatorum ecclesie diligenter inspectis, ulterius molestiam et iniuriam sustinere nolentes et nostram elemosinam minui non sustinentes, recognoscimus predicta bona monasterio de Hylda cum omni iure pertinere. Verum quia proprio sigillo ad presens caremus, presentes litteras sigillo dilecti filii Bucgeszlai roborari fecimus. Datum in Hylda anno domini M.CC.L.XX.V. IIII idus Januarij. Testes vero sunt filius noster Bucgezlaus et dominus Johannes, decanus Caminensis, et dominus Walterus, capellanus noster.

Siegel mit Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 32; Bibliotb. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzens Extract fol. 90.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 115.

1008.

1275 März 31. (in dominica qua cantatur, Judica me deus) in Vkermunde.

Herzog Barnim I. bestätigt der Stadt Anklam das Dorf Tuchow, welches sie von den Brüdern Heinrich, Johann und Hermannn de Zagense gekauft hat.

Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus inperpetuum. Cum modernorum actuum memoria labilis habeatur, igitur ad nostre solicitudinis pertinet dignitatem, ut ea que inprofectum (!) fidelium nostrorum ordinamus, scriptis autenticis et testibus ueredicis taliter caueamus, ne in eis posterum uersucia locum inueniat malignandi. Noscat ergo tam generacio presentium quam futurorum, quod nos de bona nostra uoluntate maturoque consilio nostre ciuitati Tanclim bona, que emerunt a dilecto nostro marscalco Hinrico de Zagense suisque fratribus Johanne et Hermanno, videlicet uillam Tuchov et alia adjacencia, contulimus iure ciuili cum pratis et pascuis, cum agris cultis et incultis, et sub eisdem terminis, et omne

ius, quod ipsi in predictis habere bonis usque in hunc diem dinoscebantur, perpetuo iure possidendum. Ne igitur in factis predictis per lapsum temporis ulla ambiguitas possit immineri uel ab aliquibus infringi, presentem paginam exinde confectam munimine nostri sigilli duximus roborandam, testibus subscriptis, quorum nomina hic continentur: dominus Fredericus de Bertecou, dominus Romulo, dominus Radolfus de Nienkerken, dominus Fredericus Munt, dominus Hermannus aduocatus, dominus Albertus de Robekov, dominus Conradus de Nienkerken, dominus Gerardus Wlpes, milites, Tammo de Zagense et Brus, Henricus marscalkus suique fratres Johannes et Hermannus; ex parte civitatis Johannes de Parchim, Johannes Rufus, Willerus, Hermannus de Gutzcov, Johannes Holsatus, Johannes Swederi, Everhardus de Spantecov, Zachteleuent, Hermannus Westval, Reimarus et ceteri quamplures uiri fide digni, quorum nomina hic non sunt scripta. Datum anno domini M̊.CC̊LXX̊V̊. in Vkermunde in dominica qua cantatur, Judica me deus.

Reitersiegel Barnims an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Anklam s. r. A. Nr. 2; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplom. civit. Anclam. S. 1 Nr. 1; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 511.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibl. V S. 218; Stavenhagen, Chronolog. Beschreibung der Stadt Anklam S. 319 Nr. 2.

1009.

1275[1]) April 7. (septimo idus Aprilis) in Nouo Campo.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, bestätigt dem Kloster Bukow alle Besitzungen und Rechte und beschreibt die Grenzen des Klostergebiets.

Witzlaus dei gratia Rugianorum princeps vniuersis presens scriptum visuris in perpetuum. Pia progenitorum nostrorum studia imitare precipue in religiosorum partibus cupientes notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos pro remedio anime nostre et parentum nostrorum et eterne felicitatis premio conquirendo dilectissimis fratribus nostris monasterii in Bucowe omnes possessiones ac libertates, quas laudabilis memorie dominus Swantopolcus, dux Pomeranorum, auus noster, pro salute anime sue liberorumque suorum simulque progenitorum animarum salute promerenda fundauit, confirmamus et damus liberaliter omnia bona villasque, quas dicto claustro Bucowe memoratus auus noster dominus Swantopolcus suique filii, nostri scilicet auunculi, dominus Mestuinus et dominus Wartislauus, duces Pomeranorum, et dominus Barnim, dux Slauorum, noster consanguineus, et alii fideles in remissionem peccaminum suorum successiue dederunt vel confirmauerunt videlicet villas cum terminis suis subnotatas, Bobolin, Pomelowe, Poretz, Bonsowe, Peristowe, Guriz, Pankonin, Damerowe, Carnsuitz, Parpart et proprietatem istius ville Malchowe simul et loca villarum, scilicet Wich, Slouin, Pintzmechowe, Glesenowe, Belechowe, aliaque loca villarum, que sunt infra terminos bonorum dicti claustri Bucowe, cum omnibus attinentiis dictarum villarum atque locorum, videlicet cum siluis Grabowe et Lissina et ceteris siluis et nemoribus, paludibus, pascuis, pratis, agris cultis pariter et incultis, aquis, riuis, stagnis,

---

[1]) Nach einer Conjektur des Herrn Dr. Perlbach zu Greifswald, wonach das V des Originals von dem Schreiber der Matrikel in vero verlesen ist.

piscationibus, venationibus, clausuris, molendinis, et cum vniuersis vtilitatibus quas in terra fodiendo vel in aqua vel super terram siue aquam laborando arte qualibet fratres premissi claustri et eorum homines possunt adipisci. Damus et ipsi claustro et confirmamus stagnum Bucowe integraliter vna cum bonis inter ipsum stagnum et salsum mare jacentibus, ita sane vt ab illo Pristan, qui Brunne dicitur, recto tramite procedant eorum termini, hoc est a fine stagni predicti, vbi dictus Pristan situs est, vsque in salsum mare, indeque tendant vsque ad Nouam Recham et abinde in locum, qui Lichowe dicitur, directo tramite porrigantur trans aquam Thra in paludem, que diuidit Buchowe et Bobolin, ad locum vbi riuus influit, qui dicitur Doberowoda, in Thra, et per ejusdem ripe ascensum scilicet Daberawoda. [Hi][1]) sunt termini inter Syrawen et Poretz: tendunt versus orientem ad austrum juxta paruum montem, qui in claustri jacet terminis et uersus orientem procedunt recto tramite ad mericam, que uocatur Burescowogola, per quam mericam versus orientem diriguntur ad paludem paruulam in eadem merica sitam et ab illa parua palude procedunt itidem ad orientem et ad ripam paruulam veniunt modo directo, que dicitur Sinzicha. Vnde igitur directe tendunt ad locum qui Coribe nuncupatur, a quo loco iterum versus orientem directo vergentes tramite veniunt ad ripam altam Coripnitza dictam et terminantur ibidem. Exinde autem ab eadem ripa incipiunt terminorum distinctiones inter villam claustri dicti Poretz et Selnowe et procedunt versus orientem directo modo ad paruum montem, qui Jaswin appellatur. Vnde iterum ad orientem tendendo perueniunt directo tramite ad ripam, que Lankauitz nuncupatur, per quam ascendendo diriguntur ad paludem, que vocatur Diosintablotta, juxta quam ascendendo paulatim versus austrum se flectentes veniunt ad paludem jacentem juxta aquam Mostenitz, que fluit inter Malchowe et Slouin ad stagnum vnde effluit idem riuus, quod stagnum diuidit predictam villam Malchowe et Guriz; et de palude dicti stagni procedunt ad quandam voraginem, que Theutonice Zol dicitur, inde ad antiqua sepulchra et de antiquis sepulchris ad vallem profundam et per descensum vallis ad viam, que tendit versus Nemiz ad pontem, de ponte Nemiz per descensum aque versus montem qui Scina vulgariter nuncupatur. Hi sunt termini inter Nemiz et Pankonin: et de monte Scina versus austrum ad paludem, vnde riuus effluit, qui Sarimna dicitur, et distinguit terminos inter Casra et de predicta palude versus austrum ad locum vbi oritur fons Zelinza, et a descensu fontis illius in Polinz recto tramite termini procedere dinoscuntur, et per descensum Polintz vsque ad locum vbi riuulus influit Miscenitza ex vtraque parte jam dicti riuuli Carnescwiz dinoscitur pertinere, nam ab antiquis temporibus coloni fenum ibi primitus messuerunt, et per ascensum iam dicti riuuli Miscenitza vsque ad montem Colsin, vbi due quercus in testimonium processus terminorum sunt signate, deinde ad locum qui vulgariter Veckeuitz dicitur, vergunt termini in directum. Hi sunt termini inter Schiben et Carnesuitz: et de jam dicto loco Veckeviz usque ad montem Wolowagora, deinde recto tramite vsque ad riuulum, qui dicitur Stazal, et de descensu dicti riuuli Stazal, quousque influit riuulus, qui dicitur Grabowastruga, et per ascensum jam dicti riuuli, quousque veniatur ad locum, qui dicitur Bolesowe, dicti termini protenduntur, de Bolesowe vero usque Mangonscastruga et abinde vsque ad finem montis qui dicitur Cunagur et abhinc in directum, quousque veniatur ad quercum, in qua tres cruces secte sunt in testimonium vere progressionis horum terminorum. Hi sunt termini intra Jewenthin et Scuch et Carneswiz: et de predicta quercu signata tribus crucibus recto tramite vsque ad cliuum, in quo site sunt

[1]) Die Matrikel hat qui.

due quercus circa sepulchra paganorum, deinde in directum vsque ad quercum, que sita est juxta paruum torrentem, et abinde procedunt contra tres quercus in vno trunco constitutas, deinde recto tramite contra quercum que habet crucem versus orientem vsque ad illum locum, qui dicitur Pristan Jewenthin, et de Pristan Jewenthin ad Pristan, qui dicitur Brunne, inde abhinc in salsum mare predicti claustri Bucowe termini protenduntur, hoc] plane volentes, vt omnia que infra dictos terminos fuerint, vtilitatibus perueniant dicti claustri. Ipsam vero Nouam Recham cum omnibus clausuris ejus totaliter predicto claustro damus et cum hac libertate confirmamus, videlicet vt tam fratres ipsius claustri quam eorum homines in captura allecum vel aliorum piscium ad predictam Nouam Recham manendo nulli nisi soli abbati teneantur quicquam dare vel de jure aliquo respondere, aliis nichilominus hominibus qui de abbatis licentia pro simili causa demorati fuerint eadem indulgentes, omnesque, qui infra terminos nominati claustri ad littus maris ex causa predicta manserint, eadem qua et homines claustri dicti libertate fruantur. Item sepedictis fratribus tam longe, vt eorum termini circa littora maris salsi porriguntur, in eodem mari piscandi licentiam indulgemus. Preterea domino abbati et fratribus ejus molendina in aqua Thra et in aliis aquis ipsorum et clausuras piscium edificare concedimus, homines ipsorum ab omni exactione, vrbium exstructione, pontium positione ac vtrorumque reparatione, et ab omni thelonio et ab omni expeditione dimittimus liberos, ita vt nulli quicquam nisi soli deo et claustro dicto ex debito teneantur. Insuper libertatem advocatie, omnes scilicet sententias, et manuales et capitales, dicto claustro damus vna cum jure, quod de naufragio sibi solent terrarum principes vsurpare, quod ipsorum discretioni et judicio relinquimus, quotiens factum fuerit naufragium infra terminos eorundem. Damus atque confirmamus abbati predicto patronatum ecclesie in Nemiz cum quatuor mansis et decima ville predicte Nemiz cum decima ville Bartholin et cum omni jure, quod pertinet ad eandem. Ceterum sepedicto claustro Bucowe duas areas in ciuitate nostra Rugenwolde cum duobus mansis et proprietatem damus eorundem mansorum et arearum, quam et donationem perpetuo confirmamus. Hujus itaque donationis et confirmationis testes sunt hi: dominus Alexander abbas Noui Campi, dominus Hinricus Resenikel, dominus Johannes de Rebetin, Hinricus de Ost marschalcus noster, Nicolaus camerarius noster, et alii quam plures. Datum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo [quinto] septimo idus Aprilis, per manum capellani nostri in Nouo Campo.

Bibliotb. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 46; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 561.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 128 (1277 April 13. unvollständig).

1010.

1275 April 30. (pridie kalendas Maii) in Virchin.

Hermann, Bischof zu Camin, giebt dem Ritter Hermann von Metzekow 40 Hufen in Basepohl, welche letzterer von Herzog Barnim erworben, zu Lehen.

Hermannus dei gratia ecclesie Caminensis episcopus omnibus imperpetuum. Cvm omnium habere memoriam diuinitatis potius sit quam humanitatis, et ea que fiunt, huius

decliui temporis in decursu facilime permutentur, forma tamen et modus eorum, que cum ratihabitione sunt seruanda, scriptis sigillatis aptissime retinentur. Nouerint igitur tam presentis quam future etatis homines uniuersi, quod nos de capituli Caminensis ecclesie communi consensu et plenaria uoluntate Hermanno militi dicto de Metsekowe et ipsius fratribus, filiis et omnibus suis heredibus quadraginta mansos in Bosepol, quos ipse a nobili domino Barnim prece et precio comparauit, cum tocius iuris integritate, videlicet plenitudine iudicii, ecclesie patronatu, agris cultis et incultis, nemoribus atque pratis, aquis et piscationibus, iure contulimus feodali perpetualiter et pacifice possidendos. Huius rei testes sunt venerabilis dominus Johannes abbas de Dargun, dominus Johannes prepositus de Virchin, dominus Arnoldus prepositus de Ivenak; milites dominus Theodericus, dominus Wedekindus dicti de Osten, dominus Reimbernus de Wacholte, dominus Johannes et dominus Reinfridus dicti de Penz, et alii quam plures. Ne autem super premissis odientium persecutio locum habeat et in eisdem oriatur dubii corruptela, presentem paginam predicto Hermanno militi suisque fratribus et heredibus nostri sigilli munimine roboratam dedimus in testimonii firmamentum. Acta sunt hec in Virchin, anno ab incarnatione domini M°.CC°.LXXV°. pridie kalendas Maii.

Siegel von der rothseidenen Schnur abgeschnitten.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 510 Nr. 1357.

1011.[1]

1275 Mai 14. (pridie idus Maji) in Stolpis.

Mestwin II., Herzog von Pommerellen, bestätigt sämmtliche Besitzungen und Freiheiten des Klosters Bukow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Mestuinus dei gratia dux Pomeranorum vniuersis presens scriptum visuris in perpetuum. Pia progenitorum nostrorum studia imitari precipue in religiosorum partibus cupientes notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos pro remedio anime nostre et parentum nostrorum et eterne felicitatis premio acquirendo dilectissimis fratribus nostris monasterii in Bucowe omnes possessiones ac libertates, quas laudabilis memorie dominus Swantopolcus dux Pomeranorum pater noster pro salute anime sue nec non pro salute progenitorum promerenda fundauit, confirmamus et damus liberaliter omnia bona villasque, quas dicto claustro Bucowe memoratus pater noster et dominus Barnim dux Slauorum et Woizslaus princeps Rugianorum consanguinei nostri et alii fideles in remissionem peccaminum suorum successiue dederunt et confirmarunt, videlicet villas cum terminis suis subnotatis, Bobolin, Poretz, Pomelowe, Bonsowe, Piristowe, Gurritz, Panchonin, Damarowe, Carnescviz, Parpart et proprietatem dimidie ville Malchowe simul et loca villarum scilicet Sclouin, Pintzmechowe, Wich, Glesenowe et Belcowe, aliaque loca villarum, que sunt infra terminos bonorum dicti claustri Bucowe cum omnibus attinentiis dictarum villarum atque locorum, videlicet cum siluis Grabowe et Lissina et ceteris siluis et nemoribus, paludibus, pascuis, pratis, agris cultis pariter et incultis, aquis, riuis, stagnis, piscationibus, venationibus, clausuris, molendinis et cum vniuersis vtilitatibus, quas in terra fodiendo vel in aqua vel super terram siue aquam laborando arte

[1]) Vergl. S. 248 Nr. 935.

qualibet fratres premissi claustri et eorum homines possunt adipisci. Damus et ipsi claustro et confirmamus stagnum Bucowe integraliter vna cum bonis inter ipsum stagnum et salsum mare jacentibus, ita sane vt ab illo Pristan, qui Brunne dicitur, recto tramite procedant eorum termini, hoc est a fine stagni predicti, vbi dictus Pristan situs est, vsque in salsum mare, indeque tendant vsque ad Nouam Recham et abinde in locum, qui Lychowe dicitur, recto tramite porrigantur trans aquam Thra in paludem, que diuidit Sucowe et Bobolin, ad locum, vbi riuulus fluit, qui dicitur Doberowoda, in Thra, et per ejusdem ripe ascensum scilicet Doberawoda. [Hi] sunt termini inter Syrawen et Poretz: tendunt versus orientem ad austrum juxta paruum montem, qui in claustri jacet terminis et versus orientem procedunt recto tramite ad mericam, que vocatur Buresco Wogola, per quam mericam versus orientem diriguntur ad paludem paruulam in eadem merica sitam et ab illa palude paruula procedunt itidem ad orientem et ad ripam paruam veniunt modo directo, que dicitur Ginsurza. Vnde item directe tendunt ad locum qui Coribe nuncupatur, a quo loco iterum versus orientem directo vergentes tramite veniunt ad ripam altam Coripniza dictam et terminantur ibidem. Exinde autem ab eadem ripa incipiunt terminorum distinctiones inter villam dicti claustri Poretz et Selnowe et procedunt versus orientem directo modo ad paruum montem, qui Jatzwin appellatur. Vnde iterum ad orientem tendendo proueniunt recto tramite ad ripam, que Lancauitz nuncupatur, per quam ascendendo diriguntur ad paludem, que vocatur Diosintablotta, juxta quam procedendo paulatim versus austrum se flectentes veniunt ad paludem jacentem juxta aquam Moscenitz que fluit inter Malchowe et Sclauin ad stagnum, vnde effluit idem rivus, quod stagnum diuidit predictam villam Malchowe et Gurtz. Et de palude dicti stagni procedunt ad quandam voraginem que Theutonice Zol [dicitur],[1] inde ad antiqua sepulchra et de antiquis sepulchris ad vallem profundam et per descensum vallis ad viam que tendit versus Nemiz ad pontem, de ponte Nemiz per descensum aque Thra versus montem qui Schina vulgariter nuncupatur. Hi sunt termini inter Nemitz et Panchonin: et de monte Scina versus austrum ad paludem, vnde riuus effluit, qui Scirmina dicitur et distinguit terminos inter Guritz et Panchonin, et de predicta palude versus austrum ad locum, vbi oritur fons, qui nuncupatur Zelinza, et ad descensum fontis illius in Polinza recto tramite termini procedere dinoscuntur, et per descensum Polintz usque ad locum, vbi riuulus paruulus influit Miscniza, ex vtraque parte [ripe] jam dicti riuuli Carnescwiz dinoscitur pertinere, nam ab antiquis temporibus coloni de Carnescwiz fenum ibi primitus messuerunt, et per ascensum jam dicti riuuli Misceniza vsque ad montem Golsin, vbi due quercus in testimonium processus terminorum sunt signate, deinde ad locum qui vulgariter Vetebre dicitur, vergunt termini in directum. Hii sunt termini inter Sciben et Carnescwiz: et de jam dicto loco Retheuiz vsque ad montem Wolowagora, deinde recto tramite vsque ad riuulum, qui dicitur Stazal, et de descensu dicti riuuli Stazal, quousque influit riuulus, qui dicitur Grabowa Struga, et per ascensum dicti riuuli, quousque veniatur ad locum, qui dicitur Bolesowe, dicti termini protenduntur, de Bolesowe vero vsque Magonscastruga et abinde vsque ad finem montis, qui dicitur Cunagur, et ab hinc in directum, quousque veniatur ad quercum in qua tres cruces facte[2]) sunt in testimonium vere progressionis horum terminorum. Hi sunt termini inter Gewenthin et Scugk et Carnescwiz: et de predicta quercu signata tribus crucibus recto tramite usque ad clivum, in quo site sunt due quercus circa sepulchra paganorum, deinde in directum vsque ad quercum, que sita est juxta paruum

[1]) Fehlt in der Matrikel.
[2]) secte ist übergeschrieben.

torrentem, et abinde procedunt contra tres quercus in vno trunco constitutas, deinde recto tramite contra quercum, que habet crucem versus orientem, vsque ad illum locum, qui dicitur Pristan Jewenthyn, [et de Pristan Jewenthyn][1]) ad Pristan qui dicitur Brunne, et abhinc in salsum mare predicti claustri Bucowe termini protenduntur, hoc plane volentes, vt omnia, que infra dictos terminos fuerint vel deinceps fieri poterint, in vtilitates proueniant dicti claustri. Ipsam quoque Nouam Recham cum omnibus clausuris ejus totaliter predicto claustro damus et cum hac libertate firmamus videlicet, vt tam fratres ipsius claustri quam eorum homines in captura allecum vel aliorum quorumlibet piscium ad predictam Nouam Recham manendo nulli nisi soli abbati quicquid teneantur de jure dare vel de jure aliquo respondere, aliis nicholominus hominibus qui de abbatis licentia pro simili causa demorati fuerint ibidem eadem indulgentes, omnesque qui infra terminos nominati claustri ad littus maris ex causa predicta manserint, eadem qua et homines dicti claustri libertate fruantur. Item sepedictis fratribus tam longe, vt eorum termini circa littora salsi maris porriguntur, in eodem mari piscandi licentiam indulgemus. Preterea domino abbati et fratribus ejus molendina in aqua Thra et in aliis aquis ipsorum et clausuras piscium edificare concedimus hominesque ipsorum ab omni exactione, vrbium exstructione, pontium positione ac vtrorumque reparatione et ab omni theloneo et ab omni expeditione dimittimus liberos, ita vt nulli quicquam nisi soli deo et claustro dicto ex debito teneantur. Insuper libertatem aduocatie, omnes scilicet sententias et manuales et capitales, dicto claustro damus vna cum jure, quod de naufragio sibi solent vsurpare terrarum principes, quod ipsorum discretioni et judicio relinquimus, quotiens factum fuerit naufragium infra terminos eorundem. Damus atque confirmamus abbati predicto patronatum ecclesie in Nemiz cum quatuor mansis et decimam ville predicte Nemiz cum decima ville Bartholin et cum omni jure, quod pertinet ad eandem. Ceterum sepedicto claustro Bucowe duas areas in ciuitate nostra Rugenwolde cum duobus mansis et proprietatem damus eorundem mansorum et arearum, quam et donationem perpetuo confirmamus. Hujus itaque donationis et confirmationis testes sunt hi: dominus Johannes notarius noster, dominus Cristianus magister in Slawen, Woitzlaus plebanus in Belgart, preterea Woitel palatinus de Gdanzk, Swenso castellanus de Stolp, et Laurentius frater ejus, Pomorza dapifer, et alii quam plures tam clerici quam laici fidedigni. Datum in Stolpis anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto pridie idus Maji.

Bibliothek. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 27; Dreger, Registr. II (1275) Nr. 8; Klempzens „Extract der zu Rügenwalde befindl. Urkunden" von 1543 fol. 315ᵛ; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 512.

1012.

1275 Mai 24. (nono kalendas Junii) Grifeswold.

Herzog Barnim I. schenkt der Stadt Greifswald den Zoll daselbst, sowie dessen Erhebung und Nutzung gegen eine jährliche Abgabe von 150 Mark an seine darauf angewiesenen Vassallen, verpflichtet sich auch, keinen andern Zoll oder Ungeld je in Greifswald einzuführen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum uniuersis christifidelibus in perpetuum. Quoniam omnium rerum gestarum habere memoriam humane non competit creature, sed ad naturam pertinet angelicam et diuinam, necesse est ut acta principum que robur sortiri debent perpetue firmitatis et maxime, que inter prin-

[1]) Fehlt in der Matrikel.

cipes et ipsorum dilectos et fidelissimos ordinatione ydonea et legittima statuuntur, ne obliuiscantur cum tempore decurrente, ut scripture testimonio et ueritate testium adeo stabiliantur ut in eisdem excludatur imposterum omnis occasio malignandi. Huius rei propter causam noscere debet preclara natio presentium et felix successio futurorum, quod nos dilectis nostris . . consulibus necnon vniuersitati burgensium ciuitatis nostre Grifeswold et ipsi ciuitati nostre Grifeswold dedimus et titulo donationis appropriauimus theloneum et ipsius thelonei receptionem et perpetuum usum, ita quod de ipso theloneo uasallis nostris qui in ipso censum habent, persoluant singulis annis centum et quinquaginta marcas denariorum, qui census non debet nec poterit aliqua ratione minui uel augeri, sed semper immutabilis permanebit sub prehabita pensione. Dedimus inquam prenominatis consulibus, burgensibus et ciuitati Grifeswold proprietatem dicti thelonei in perpetuum feliciter et pacifice possidend[a]m.[1]) Insuper nos et nostri heredes et successores non faciemus nec statuemus in ipsa ciuitate Grifeswold aliud thelonium uel vngeldum, quam quod in ipsa est ex antiquo tempore obseruatum. Testes huius nostre donationis et appropriationis sunt Borco, Rodolfus de Nienkercken, Heinricus Ursus, Johannes Scholentin, Heinricus et Heidenricus de Heidebrake, Johannes Romelo, Harnid et Harnid Ursi, Wigerus de Elsholt, Fredericus et Hermannus de Palude, milites, item Heinricus de Zaiens marscalcus noster, et plures alii fide digni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Vt autem a nobis, nostris heredibus et successoribus vniuersis hec omnia firma et inuiolabilia perpetuis temporibus perseuerent, presens instrumentum cum appensione nostri sigilli inde confectum consulibus, burgensibus et ciuitati Grifeswold in euidens testimonium duximus largiendum. Actum et datum Grifeswold, per manum magistri Rodolfi nostri notarii, anno domini M̊.CC̊.LXXV̊. nono kalendas Junii.

Siegel an gelb- und rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibl. III S. 414; Dähnert, Samml. Suppl. I S. 1156; Schwarz, Gesch. der Pomm. Städte S. 273 (Bruchstück); Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 127 Nr. 87.

1013.

1275 Juni 4. (pridie nonas Junii) Camin.

Herzog Barnim I. transsumirt die Urkunde Herzog Kasimirs vom Jahre [1176] (Bd. I S. 43 Nr. 69) für den St. Johannis-Dom zu Camin.

Barnym dei gratia dux Sclauorum omnibus in perpetuum. Beneficia donacionum ac libertatum, quas nostri progenitores, fundatores ecclesie Caminensis, ipsi ecclesie donauerunt cupientes stabilire et ad memoriam transmittere posterorum. Notum esse volumus nacionibus presentibus et futuris quod vidimus et audiuimns priuilegium illustris principis domini Kazimari filii Wartizslai super donacionibus necnon libertatibus datum ecclesie Caminensi. Est autem priuilegii huius tenor talis: (Folgt Bd. I S. 43 Nr. 69.)

Nos igitur has donaciones et libertates ratas et gratas habentes, sicut sunt rationabiliter et legitime facta, valore presentis scripti confirmamus. Acta sunt hec Camin presen-

[1]) Das Original hat possidendum.

tibus venerabili patre domino Hermanno episcopo, Johanne decano, Hinrico custode et canonicis Caminensibus clericis, necnon Kazimaro, Tezslao Albo, Reymberno de Wachold, Johanne Kulen, Tezslao de Cummerow, Bispraho, militibus. Datum ibidem per manum Radolfi curie nostre notarii anno domini M°CC°LXXV° pridie nonas Junii.

Original-Transsumt vom 22. Febr. 1321 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 38; Transsumt vom 22. Febr. 1321 im Orig.-Transs. vom 19. Juli 1356 ebendas. Nr. 110*; Caminer Matrikel fol. 23 (30); Transs. von 1321 fol. 4 und 119.

1014.

1275 Juli 23. (feria tercia ante Jacobi apostoli) Lokenisz.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt eine Urkunde des Pabstes Gregor IX. d. d. 1237 October 3. (Bd. I S. 258 Nr. 344), worin er das Kloster Colbatz in seinen Schutz nimmt.

Honorabili viro et discreto, domino C. preposito Hauelbergensi, iudici a sede apostolica delegato, ceterisque Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus salutem in omnium saluatore. Veniens ad nos abbas et conuentus monasterii in Colbas Cisterciensis ordinis humiliter supplicarunt, ut cum eis a sede apostolica sit indultum, ne possint per sedis eiusdem literas conueniri, que de Cisterciensi non fecerint memoracionem, qui articulus coram multis eis est necessarius ad probandum, ne contra sua priuilegia fatigentur, et difficile sit et periculosum, priuilegia per loca ducere timorosa, quatinus ipsum priuilegium videremus et examinari subiceremus, ut de ipso possemus plenum et sanum testimonium perhibere. Nos igitur ipsorum precibus inclinati votis eorum annuimus et tenore presentium protestamur, quod priuilegium Gregorii pape non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum vidimus in hec verba: Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati monasterii de Colbas eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis inperpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et monasterium de Colbas Caminensis diocesis, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus, inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus etc. ut supra, ut secundo originali Gregorii pape IX habetur, sub tali signo etc. Nos vero Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus in huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus dignum duximus apponendum. Datum Lokenisz anno domini M°CC°LXXV° feria tercia ante Jacobi apostoli.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 91ᵛ Nr. 256*.

1015.

1275 September 4. (pridie nonas Septembris) in Dimin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Nonnenkloster zu Verchen sieben Hufen zu Löckenzin.

B. dei gratia dux Slauorum omnibus hanc paginam audituris salutem in domino.

Quia congruum est et omni prorsus consentaneum rationi, ut priuilegium nostro munimine insignitum robur obtineat et ualidum firmamentum, ut sic in eo ueritas elucescat, ne modernorum uersucia locum habeat in eodem, eapropter notum esse uolumus vniuersis tam presentis temporis quam futuri, quod nos septem [mansos][1]) in Lokencin dominabus sanctimonialium in Virchim de consensu heredum nostrorum proprietatis titulo [contulimus][2]) liberaliter possidendos. Huius rei testes sunt dominus Andreas plebanus Diminensis, dominus Johannes de Erteneborg, dominus Johannes de Gramesouue, dominus Reybernus de Wacholte, dominus Hermannus de Metsecowe, dominus Borchardus de Kalent, milites, et alii quam plures. Ne autem super premissis dubium oriatur, hanc paginam sigilli nostri impressione signatam una cum heredibus nostris predictis dominabus sanctimonialium in Virchim et preposito, qui pro tempore fuerit, in testimonium ualidum erogamus. Acta sunt hec in Dimin anno ab incarnatione domini M̊.CC̊.LXX̊.V̊. pridie nonas Septembri[s][3]).

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 26; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 513; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 33.

1016.

1275 September 21. (in die sancti Mathei apostoli et euuangeliste) in Rozstoc.

Wizlaw II, Fürst von Rügen, verleiht mit Zustimmung seines Bruders Jaromar das Eigenthum des Dorfes Stubbendorf auf Betreiben des Ritters Redag, Vogts zu Rostock, welcher dasselbe von ihm für 100 Mark gekauft hat, dem Kloster Neuencamp.

Wizlauus dei gracia Ruianorum princeps vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et pacis federa sempiterne. Quoniam ea que geruntur in tempore, simul labuntur cum tempore, nisi ante decursum temporis stent iuste rationis prouisione et scripture lege perpetuata siue fida testium annotatione fuerint roborata, quapropter ob decorem et magnificenciam nostri principatus ad causas, quas intendimus, iusti et clementes cupimus inveniri et ea, que statuimus, volumus lege fidei roborari et ueritatis federe confirmari. Que uero sit intentionis cavsa progrediens, benignitate principali cunctis audientibus hec nota facimus tam presentibus quam futuris. Ad promotionem strenui militis et honesti amici nostri, Redagi aduocati de Rozstoc, ex consensu dilecti fratris nostri Jaromari nec non heredum nostrorum tam presentium quam futurorum, conferimus ecclesie Noui Campi, ordinis Cisterciensis, cuiusdam ville proprietatem Stubbindorp nuncupate, a nobis eidem militi pro centum marcis vendite, cum vniuersis attinentiis suis et terminis iam distinctis, hoc est cum pascuis, pratis, paludibus, piscaturis et cum integrali iudicio sangvinis, causarum maiorum atque minorum, eo iure et libertate, qua cetera bona sua ipsi a nostris progenitoribus sunt collata et a nobis retinet confirmata, prout in priuilegio, quod iam pridem

---

[1]) mansos ist in der Original-Matrikel ausgefallen. Vielleicht sollen zwei rothe Striche an dieser Stelle auf die gleichfalls rothe Ueberschrift der Urkunde „Priuilegium domini Barnim super septem mansos in Lokencin" hinweisen.

[2]) In der Original-Matrikel ausgefallen.

[3]) In der Original-Matrikel Septembri.

super omnia bona dicti monasterii manv pia porreximus atque liberali, in quo villarum termini, iura, donationes et cetera ad ius priuilegiorum pertinentia, prout opus est, plenius distinguntur. Porro ipsa villa eo modo sita est, vt ex vno latere habeat uillas has, Wockenstede et Teggelin, ex altero uero latere Vesekowe et Barneslawendorp, cuius etiam termini vsque in riuulum Tribulam porriguntur. Quos uidelicet dicte uille mansos et terminos iam distinctos ita vt modo sunt manere volumus indiuisos et indiscissos, nec cuiquam hominum liceat in preiudicium uel dampnum sepe dicte ecclesie denuo mensurare. In cuius facti munimentum presenti scedule, cum subscriptione testium, sigillum nostrum duximus appendendum, vt ex hoc nunc et in totum tempus reliqum(!) stabilem sumat et optineat firmitatem. Testes autem hii sunt: Chottannus, Reinfridus de Penz, Redagus de Rozstoc, milites, Albertus de Cusvelde, ciuis de Rozstoc. Datum anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, per manum cappellani nostri Vrowini, in Rozstoc in domo Alberti de Cusvelde, in die sancti Mathei apostoli et euuangeliste.

Siegel mit Schnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 26; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 514; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1275) Nr. 7; Klempzen, Extrakt fol. 45.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 116; Mekl. Urk.-Buch II S. 523 Nr. 1372.

1017.

1275 September 27. (V° kalendas Octobris in die Cosmi et Damiani martirum) in opido Gristow in cimiterio.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, bekundet, daß er seine Vasallen Bolto und dessen Sohn Ludolf von Schlagsdorf, Ludwig Kabold, die Brüder Henneke und Reinbern von Gristow und Nikolaus Kabold bewogen habe, sich zum Besten des Klosters Eldena der angemaßten Fischerei bei der Insel Koos zu begeben.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Wizscislaus dei gratia Ruianorum princeps omnibus presens scriptum intuentibus in perpetuum. Quoniam super diuersis negociorum contractibus generari solet calumpnia, ob id expedit ut acta presencium, que robur sortiri debent, litterarum monumentis annotentur et testium subscriptionibus muniantur. Pateat igitur tam presencium quam futurorum generacionibus, quod dominus Bolto de Slawesdorp, Ludolphus suus filius, Lodewicus Cabolt, Henneco de Gristow, Reinbernus suus frater, Nicolaus Cabolt quandam piscaturam, que distinguitur a uilla Wampen usque Cuzsze, et sic per circuitum Cuzsce versus orientem donec ad finem Cuzsce siue castrum quod Ghart dicitur, preterea mediam partem stagni Lecenizs ville sibi contra iusticiam et forte ignoranter vsurpauerant et attraxerant, quam videlicet piscaturam domui ac conuentui Hyldensis ecclesie a nostro patre, domino Jermaro felicis memorie, collatam esse nouimus et donatam. Set cum magis sit pium et humanum religiosorum locorum vtilitatibus intendere, quam ad eorum dampna et dispendia attemptare, ob amorem iusticie nostros de hoc expediuimus vasallos prenotatos et commonuimus, quod animarum suarum considerato uehementi discrimine ab eorum calumpnia cessauerunt penitus et resignauerunt dicto conuentui Hildensi ipsam piscaturam iuxta modum distinctionis pretaxatum, nomine omnium heredum suorum,

eorum vsibus integre profuturam. Testes huius resignacionis, in quorum presencia hec sunt acta, hii sunt: dominus Johannes de Gristow, dominus Borant, Chotam Mordher, Johannes Mordher, Borchardus de Rethim, Marquardus cum torace, milites, dominus Johannes abbas Hyldensis, Matheus, Simon, Arnoldus cellerarius, Martinus subcellerarius, Jacobus Cuze, Bertrammus Rocghenbuk, frater Didericus stagnatus, et alii quam plures. Vt autem conuentus Hyldensis prehabitus primeua gaudeat collacione et possessione et ne resignacio ipsius piscature coram nobis acta eis imposterum infringatur, presentem cedulam, confirmando eis collacionem primeuam, nostro sigillo duximus roborandam. Acta sunt hec in opido Gristow in cimiterio, anno M°.CC°.LXX° quinto, V° kalendas Octobris, in die Cosmi(!) et Damiani martirum.

Siegel von der Hanfschnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 33; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 515; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1275) Nr. 6.

Gedruckt in Kosegarten, Geschichts-Denkmäler S. 253; Fabricius III Nr. 117.

1018.

1275 September 28. (quarto kalendas Octobris) Stetin.

Herzog Barnim I. und sein Sohn Bogislaw belehnen die Ritter Heinrich, Lippold, Ulrich, Gerhard und dessen Brüder Harnid, Harnid und Heinrich, die Behr, und ihre Nachkommen mit den in ihrer Herrschaft belegenen Gütern derselben zu gesammter Hand.

Barnim, dei gratia dux Slauorum, et Boguzlaus filius eius uniuersis christifidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in omnium saluatore. Quum vniuersarum rerum gestarum sub tempore defluenti habere memorie stabilitatem conditioni humane non competit sed diuine, necessarium esse dinoscitur, ut acta principum que cum fidelibus in collatione statuunt et componunt, ne cum temporum momentis abeant in obliuionem, que memoriam impedit et eneruat, legittimis documentis et principum publicis instrumentis [firmentur],[1]) ut ea que forsan a memoria sunt elapsa, scriptis quibus omnia cognoscimus, possint imposterum vigorari. Propter quam causam transmittere cupimus venerande nationi presencium et felici successioni futurorum, quod contulimus Heinrico, Lyppoldo, Olrico, G[e]rardo[2]) et fratribus suis, Harnido, Harnido et Heinrico Vrsis, militibus dilectis et fidelibus nostris, necnon pueris et heredibus legittimis eorundem manu coniuncta et indiuisa omnia bona ipsorum, que in nostro dominio a nobis possident atque tenent, in verum feodum et legale perpetuis temporibus feliciter possidenda, ita ut quam diu aliquis ex ipsis vixerit, integraliter possideat bona memorata cum omni iure pacifice et quiete, hereditando de vno ad alium et cadendo. Vt autem hee nostre collationes firme et stabiles in perpetuum perseuerent, presentem paginam inde confectam cum sigillorum nostrorum appensione in efficax testimonium et rei euidenciam pleniorem ipsis duximus largiendam. Testes huius rei sunt Johannes de Scholentin, Fredericus de Palude, Gobelo, Johannes de Brelin, Fredericus de Hindenborch, Heidenricus de Clutsow, Johannes de Steinbek, Johannes de Leuenow, Wernerus

[1]) Zusatz von Lisch.
[2]) Das Original hat Grardo.

de Lipa, milites, et plures alii fide digni, quorum nomina non continet hec series litterarum. Datum Stetin, per manum magistri Rodolfi, curie nostre notarii, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, quarto kalendas Octobris.

Siegel von der roth- und grünseidenen Schnur abgefallen.

Original im Behrschen Familien-Archiv zu Bandelin.

Gedruckt in Oesterding, Pomm. Magazin 1780 Th. VI S. 76; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 128 Nr. 88.

1019.

1275 September 28. (quarto kal. Octobris) Stetin.

Herzog Barnim I. und sein Sohn Bogislaw belehnen die Ritter Harnid, Harnid, Heinrich, Gerhard und dessen Brüder, die Behr, mit der Bede aus ihren Lehngütern in Pommern.

Barnim dei gratia dux Slauorum, Boguzlaus, filius eius, vniuersis christifidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ad principatus pertinet sollicitudinis dignitatem, ut cum in subditis suis fidelitatis constanciam experitur, qui pro honorum incrementis principum subire iacturas et pericula non formidant, ut ipsorum labores dignis meritorum premiis recompescat. Sane notum esse uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos contulimus dilectis et fidelibus nostris militibus Harnido et Harnido, Heinrico et Gerardo et fratribus suis dictis Ursis, necnon pueris et heredibus legittimis eorundem manu coniuncta precariam exactionem in bonis ipsorum, que a nobis in nostro dominio possident atque tenent, in verum feodum et legale perpetuis temporibus feliciter possidendam. Et si bona ipsorum deuenire contingeret ad alterius dominii potestatem, in feodo dicte precarie exactionis non debent aliquatenus impediri, cum ipsorum dampna propter nos passa cum ipsa exactione precaria compensamus. Ut autem hec a nobis, nostris heredibus et successoribus vniuersis imposterum immutari non valeant nec infringi, presentem paginam super hiis confectam eisdem dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius rei sunt Johannes de Scholentin, Gobelo, Fredericus de Hindenborch, Johannes de Brelin, Heidenricus de Clutsow, Johannes de Steinbeke, Fredericus de Palude, Johannes de Leuenow, Wernerus de Lipa, milites, et quam plures alii fide digni, quorum hic non sunt nomina subnotata. Datum Stetin, anno domini M°.CC°.LXXV° quarto kal. Octobris.

Siegel von der roth- und grünseidenen Schnur abgefallen.

Original im Behrschen Familien-Archiv zu Bandelin.

Gedruckt in Oesterding, Pomm. Magazin 1780 Th. VI S. 78; Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 130 Nr. 89.

1020.

1275 October 28. (quinto kalend. Nouenbris) Dimmyn.

Herzog Barnim I. verleiht mit Zustimmung seines Sohnes Bogislaw das Patronat der Jakobikirche zu Greifswald an das heil. Geisthospital daselbst.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum

uniuersis cristifidelibus ad quos presens scriptum peruenerit in perpetuum. Quoniam constituti sumus in partem sollicitudinis monarchie ab eo, per quem reges regnant et principes optinent principatum, ad nostre pertinet sollicitudinis [dignitatem, deo] dicatis locis et membris Christi, id est infirmis et pauperibus, sic adesse, ut in suis necessitatibus consolentur sperantes sine fine mansura pro transitoriis adipisci cooperante gratia spiritus septiformis. Quam ob rem notum esse cupimus nationibus presentibus ac futuris, quod nos ex pio affectu caritatis et iustis petitionibus inclinati, ad id accedente consensu nostri karissimi filii Boguzlai, parrochialem ecclesiam sancti Jacobi et ius patronatus eiusdem in ciuitate nostra Grifeswold dedimus et iusto titulo donationis appropriauimus domui sancti spiritus ibidem pacifice et quiete perpetuis temporibus possidendum, ut exinde pauperum inibi degentium inopia salubriter subleuetur, nolentes autem quod domino Hermanno ipsius ecclesie plebano ex nostro dono aliquod preiudicium generetur temporibus uite sue; post decessum suum prefata domus dictam ecclesiam cum omnibus attinenciis libere possidebit. Ad habendam uero huius rei certitudinem indubitatam, ita quod nos heredes et successores nostri dictum donum non debeamus infringere nec mutare, presens instrumentum inde confectum iam dicte domui spiritus sancti et ipsius procuratoribus cum sigilli nostri appensione duximus largiendum. Testes qui huic pio operi aderant per ordinem subsequuntur: capellanus [noster Andreas, plebanus] in Dymin, Johannes Romele, Fredericus de Bertecow, Gobelo, Johannes de Brelin [marscalcus] noster, Johannes de Scolentin, Fredericus de Palude, Hermannus de Vicen, milites, item Henricus de Zaiens, Arnoldus Rosa, Olricus de Trebetow, Godeco de Parchem, Bolto, Hermannus, Ranneco de Dimin et plures alii fide digni. Datum Dimmyn per manum magistri Rodolfi nostre curie notarii anno domini M.CC.LXXV quinto kalend. Nouenbris.

Reitersiegel Barnims an gelb- und grünseidenen Fäden anhängend.

Original im Greifswalder Stadt-Archiv; Copiarium ebendas.

Gedruckt in Gesterding, Beiträge, Erste Forts. S. 38.

1021.

1275 November 4. (pridie nonas Novembris) Stralessunt.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, sichert allen Kaufleuten aus dem Herzogthum Stettin freien Verkehr in seinen Landen gegen gleiche Behandlung seiner Unterthanen zu.

Wislaus dei gracia princeps Ruyanorum omnibus scriptum hoc uisuris salutem in domino. Officii nostri debitum inuigilat commodis subditorum, quia dum eorum onera excutimus, dum scandala remouemus, nos in ipsorum quiete quiescimus et fouemur in pace. Proinde dilectorum nostrorum burgensium prece de Stralessunt paceque publica nec non omnium mercatorum vtilitate, quam semper amauimus et amabimus, inducti presenti decreto statuimus, ut omnes mercatores terre amantissimi cognati nostri domini Stetinensis incolarum ad terras iuriditionis nostre, rebus eorum et personis habundanti securitate prestita, passagium habeant mercationis caussa aut alia quacunque rationabili et honesta liberum et securum, aliqua dissensionis turbulentia, si qua quod absit, inter dominum Stetinensem aut posteros suos et nos medio tempore nata fuerit, non obstante; ita tamen hec manere volumus prelibata, quod mercatoribus nostris, cum ad terras domini Stetinensis transierint, similia concedantur. Ne autem munus istud a nobis aut posteris nostris aliqualiter infir-

metur, paginam hanc sigilli munimine signauimus ad cautelam. Datum Stralessunt, anno domini M°.CC°.LXX°V°. pridie nonas Novembris, cicli decemnouenalis anno III° concurrente primo.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund.

Gedruckt in Dähnert, Sammlung III S. 444 (unvollständig); Fabricius III Nr. 118.

1022.

1275 November 30. (pridie kalendas Decembris).

Wizlaw II., Fürst von Rügen, befreit die Angehörigen des Klosters Dargun vom Brücken- und Wasserzoll zu Loitz.

W. dei gracia nobilis princeps Ruyanorum omnibus litteram presentem uisuris salutem in domino. Cum teste scriptura omnia cum tempore transeant, diuicie fastus et gloria, hoc solum e cunctis estimamus salubrius, si terrenis celestia et transitoriis contrahamus sempiterna. Hinc est quod omnes presentis littere perlectores uolumus non latere, quod ob fauorem religionis et religiosorum solacium thelonium, quod in Lozeze a transeuntibus requiritur, cenobio Darghun liberum relaxamus in ponte aquaque, ita vt cum negociatores vel quoscumque dicto cenobio adherentes transire contingerit, huiusmodi thelonii exactionem minime incurrant, et presencium testimonio ipsos perpetuo solutos et liberos protestamur. Ne ergo de hoc facto scrupulum oriatur, hanc litteram dedimus sigilli nostri robore communitam. Datum anno domini M°CC°L.XXV., pridie kalendas Decembris.

Original-Transsumt vom 29. November 1342 zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Meklenb. Urkunden I S. 154 Nr. 71; Fabricius III Nr. 119; Mekl. Urk.-Buch II S. 527 Nr. 1380.

1023.

1275 December 17. (sexto decimo kalendas Januarii) in Warpa.

Herzog Barnim I. befreit 18 Haffkähne des Klosters Usedom aus den Dörfern der Halbinsel Liepe von Zahlung der Kahnpfennige und anderer Abgaben beim Fischfange.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnym dei gratia dux Slauorum universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit in perpetuum. Quoniam generatio preterit et generatio aduenit et nullius rei certitudo remanet jam sub sole, necesse est ut acta et donationes principum que in tempore decurrente ordinantur publicis instrumentis et legittimis documentis adeo stabiliantur, que si forsan a memoria sunt elapsa, scriptis quibus omnia cognoscimus ad cognitionem legittimam deducantur. Huiusmodi propter causam notum esse uolumus nationibus presentibus pariter et futuris, quod nos donauimus et appropriauimus libertatem et proprietatem ipsius libertatis ecclesie necnon dilectis nobis in Christo abbati

et conuentui in Vznam decem et octo nauium que dicuntur hafcane hoc modo, quod homines ipsorum habitantes in villis eorum iacentibus in insula que Lypa uulgariter nuncupatur in dictis nauibus et cum ipsis nauibus et cum retibus et instrumentis pertinentibus ad easdem in recenti mari quod haf uocatur et in stagnis circumiacentibus insulam prenotatam libere pisces capiant et piscationis officium exerceant, nulli omnino hominum inde censuales denarios qui canepenning appellantur aut ullam pensionem aliam persoluentes, sed quod in omni libertate in aquis dictis piscentur cum nauibus prelibatis, hanc libertatem ipsis perpetuam deputantes. Vt autem hanc nostram libertatem et proprietatem ipsius nos nostri heredes cum successione vniversali teneamus inuiolabilem et inconuulsam, ecclesie abbati et conuentui prenotatis presens instrumentum inde confectum dari fecimus cum sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius rei sunt Rodolfus de Nienkerken, Oldagus, Richardus de Gorek, Theodericus de Grapow, milites, item Conradus Pawenstert curie nostre marscalcus, et plures alii fidedigni. Datum in Warpa per manum magistri Rodolfi notarii nostri anno domini M°.CC°.LXXV°. sexto decimo kalendas Januarii.

Das Siegel von der Zwirnschnur abgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 39; Pudaglaer Matrikel (p. 91—93) fol. 24 (XX. B); Transsumt vom 13. Juni 1317 fol. 31 (XXVII. F); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 509; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempßens Extract fol. 112ᵛ.

1024.

[1275.]

Greifswalder Zollrolle.

Hic inuenitur theoloneum scriptum sicut pro diuersis rebus bonis et mercibus. Solet dari secundum antiquam consuetudinem. Primo quicumque wlt deducere allec, dabit pro lasta allecis II solidos. Item pro curru dantur IIII denarii, item pro karruca II denarii, item pro equo empto IIII denarii et si quis fecerit cum equo concambium, butinge dictum, dabit pro equo VIII den. Item si due rote uel plures posterius appense sunt vacue et secuntur currum aut karrucam, pro rota qualibet dabitur I den. Item plaustrum sicci allecis videlicet spicherinc VI den. et similiter recentis allecis VI den., siue siccum aut recens allec iam dictum deducatur per currus aut per naues. Item aliquis exiens de terra cum alienacione vniuersitatis, quam aleuare vocamus, dabit III sol. Item si aliquis hospes vinum abduxerit per currus seu per naues, dabit pro plaustro vini II sol. Item hospes quicunque veniens ad portum domini mei cum equis, et ipsos equos de naui exsalire fecerit in terra domini mei veniens ad ciuitatem cum equis, si wlt eos abducere, pro equo IIII den. Item aliquis volens depellere pecora viuencia a terra domini mei dabit pro boue seu vacca II den., pro porco vnum den., pro oue I den., pro capra I obolum. Item omnes Dani Normanni Sveci et omnes habitantes in Vemeren et in terra ducis Sleswich dabunt simile theoloneum, videlicet pro capite I sol. et dominus nauis IIII den. De hoc theoloneo sunt excepti illi de Gotlandia, de Ryga, de Kalmarnia et de Elvinge. Item Teutonicus, qui non est conciuis in Dacia Norwegia Swecia aut Fimbria uel terra Sleswich, si abducit mercimonia grauia, dicta swarlast, dabit pro lasta XV den., item pro lasta siliginis, tritici uel ordei, XX den., item pro punt humuli VIII den., si ducitur versus mare. Item si aliquis

Danus Normannus seu eis similis wlt abducere allec, dabit II sol. pro last, et si abduxerit equos et eos deducere wlt, dabit pro equo IIII den., excepto theoloneo sui capitis supradicto. Item hospes veniens nauigio piscibus vendendis dabit pro remo IX den. et pro gubernaculo nauis IIII denarios. Item quicunque deducit vinum uel allec, non conputabit theoloneum nec dabit pro grauibus rebus, quas swarla[s]t vocamus, sicut de illis prescriptum est, sed dabit pro ipsis vino et allece, ut dictum est, theoloneum speciale. Item Holtzati dabunt pro rebus suis theoloneum, sicut de aliis Teutonicis hospitibus est prescriptum. Item aliquis veniens cum naui ad portum tytulo vendicionis aperit et diuidit res suas quod si nominamus, ofte he sinen bŏnich breket, vendens aliquam partem rerum suarum, excepto quod licet ei parum vendere, cum quo conparet sibi necessarias expensas, pro parte tunc remanente, quam forte wlt abducere versus mare, dabit theoloneum, licet de ponte uel ciuitate nauem suam deducere vacuam Wych quod eam ibi [oneret] seu lastet, nisi prius det theoloneum uel optineat ex theolonearii licencia speciali. Item pro decem pulcris pannis III obolos, item pro libra cupri stanni et plumbi III denar. et pro syntener vnum denarium.

Abschrift im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Memorab.-Buch St. G. Nr. 1 fol. 18; Auszug im Königl Staats-Archiv zu Stettin s. r. Stett. Arch. P. I Tit. 54 Nr. 22 Vol. II fol. 31.

Gedruckt in Kosegarten, De Gryphiswaldia Hansae socia S. 11; Hansisches Urk.-Buch I S. 261.

1025.

1276 Januar 21. (XII kal. Februarii) Stetyn.

Herzog Barnim I. verleiht dem Augustiner-Kloster zu Ueckermünde das Eigenthum von Gobelenhagen mit der zugehörigen Heide und dem Patronat der Kirchen zu Sommersdorf und Belkow, welches Alles Gobelo demselben gegeben, und verordnet, daß daselbst zu Hagen ein Kloster gebaut werden soll.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus christifidelibus in perpetuum. Quoniam constituti sumus in parte sollicitudinis populi christiani ab eo, per quem reges regnant et principes optinent principatum, ad nostram pertinet dignitatem, vinee veri patrisfamilias operarios deputare, per quos decus et salus ecclesie augeatur et verbum doctrine et exemplum bone vite proficiat et luceat in seculo incessanter, ut quisque fidelis ab ipsis salubriter emendatus post portationem ponderis diei et estus in remunerationem recipiat denarium gaudii sempiterni. Quamobrem noscat reuerenda nacio presencium et discat felix successio futurorum, quod nos de consensu karissimi nostri filii Bugslai ob reuerenciam omnipotentis dei nec non intemerate virginis Marie genitricis eiusdem et Gobelonis militis dilecti et familiaris nostri petitionibus inclinati dedimus et tytulo donacionis appropriauimus proprietatem in indagine, que vocatur Gobelenhagen, priori et fratribus ordinis sancti Victoris viuentibus secundum regulam sancti Augustini ad habendum claustrum et cenobium ipsorum ordinis in eadem in quo debent esse de sex personis congregacio et conuentus. Sunt autem termini huiusmodi ville vel indaginis memorate videlicet a terminis oppidi Pulitz usque ad terminos ville Trestin et metis ipsius dicte ville donec ad metas ville Lesen, in alia autem parte Jazeniz versus mericam de terminis Coldenbekenhaghen vsque ad viam regiam, que ducit inter Stetin et Vkermunde. Ipsam inquam indaginem et omnia in aquis, riuulis, stagnis, pratis, pascuis, siluis, nemoribus,

molendinis constructis et construendis et piscationibus vtilibus vniuersis comprehensa infra terminos memoratos donavimus eisdem fratribus in sempiternum feliciter et pacifice possidenda libera et exempta ab omni potestate et seruicio seculari, transmittentes in ipsos omne ius quod habuimus in predictis. Dedimus eciam ipsis fratribus ius patronatus ecclesiarum in uillis Somersdorp et Belkow quiete in perpetuum possidendum. Ceterum dictus miles Gobelow eandem indaginem et dictas ecclesias a nobis in feodo tenens succensus igni diuini amoris desiderans appropinquare clemencie saluatoris ad opus ipsorum fratrum nobis liberaliter resignauit, et nos ipsis tam indaginem quam ecclesias et proprietatem earum deputauimus donacionis tytulo, vt est dictum, tali interposito tamen pacto, quod si iidem fratres motu proprio uel propter aliquam leuitatem nulla necessitate compellente relinquerent dictam villam, tunc indago et dicte ecclesie redibunt ad militem memoratum, neque in ipsis debet ab eisdem fratribus impediri. Si autem euidens necessitas compulerit ipsos deserere dictum locum, indaginem et ecclesias absque impedimento quolibet retinebunt cum possessione pacifica et qualibet libertate, sicut superius est expressum, excepto eo quod inhabitatores indaginis in communi necessitate et defensione terre cum plebe seruient vniuersa. Vt autem in hiis omnibus ipsis fratribus nulla calumpnia in posterum oriatur, sed ut a nobis et nostris successoribus inconuulsa et inuiolabilia perpetuis temporibus perseuerent, eisdem presens instrumentum inde confectum in firmam rei euidenciam cum sigilli nostri appensione duximus largiendum. Testimonium horum rerum faciunt Gobelo dictus, Johannes de Berlyn noster marscalcus, Fredericus de Hindenborgh, Heydenricus de Clutsowe, Johannes de Stenbeke, Thomas pincerna, Thydericus de Grapow, Arnoldus de Dussowe, Gherardus Lepel, milites, et plures alii fidedigni, quorum nomina non continet presens scriptum. Datum Stetyn per manum magistri Rodolphi curie nostre notarii anno domini M°C°CLXXVI°. XII° kal. Februarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jaseniţer Matrikel (p. 8) P. I. Nr. 5; P. II. Nr. 9; Transs. vom 29. Sept. 1278 P. I. Nr. 44; P. II. Nr. 25 (p. 66) (in diesem Transs. steht kal. Febr.); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 517.

1026.

1276 Februar 2. (in die purificationis sancte Marie virginis) in Nouo Campo.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, verkauft dem Kloster Neuenkamp für 120 Mark das Dorf Cordshagen mit der Mühle und verbietet die Ableitung des die Mühle treibenden Wassers.

Wizlaus dei gracia princeps Rvjanorum omnibus presentes litteras visuris uel audituris salutem in domino sempiternam. Quoniam ad ea que rerum temporalium ordinatione geruntur propter humane memorie imbecillitatem exigitur efficacia scripturarum, precipue tamen illa per que vigor hominis vtriusque subsistit, ne presumentium scvrilitas incursione temeraria debitas institutiones subrepat, in testimonium euidens debent firmitate perpetua scriptorum benefitiis solidari. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris et maxime nostris heredibus singulis et vniuersis huic pagine inspectoribus, nos per consensum dilecti fratris nostri Geromari cenobio uidelicet Novo Campo proprietatem molendini in Conradeshagen et proprietatem ipsius indaginis Conradeshagen, secundum quod termini constringunt, cum agris uidelicet cultis et colendis, pascuis, pratis, siluis, paludibus et rvbetis,

cum piscina superiori et inferiori in totali piscatione, cum omni iure, cum iudicio maiori et minori, in omni causa, in omnibus locis molendini et indaginis memorate, pro summa centum marcarum et viginti foro irretractabili vendidisse. Preterea ne quis rivum, cuius uirtute prefatum molendinum regitur, per aliquos aqueductus ad inpedimentum molendini seducere presumat, et retorsiones inferioris piscine, cuius tvmor rotas iam dicti molendini occupare posset, quod omnimodis absit, districtius prohibemus. Vt hec autem nostra tam voluntaria venditio rata perpetua et inviolabilis perseueret, hanc preiacentem kartam nostri sigilli munimine iussimus communiri. Hii sunt testes:[1]) dominus Boranta, dominus Chotannus Mordere, dominus Johannes de Gristov, dominus Andreas, dominus Renvardus de Penzt, dominus Johannes Mordere, dominus Lodewicus Kabolt et alii quam plures. Datum per manus notarii nostri Hinrici in Nouo Campo anno domini M.CC.LXXVI in die purificationis sancte Marie virginis.

Siegel von beiden Ausfertigungen abgerissen.

Original in zwei Ausfertigungen (Zeugenreihe verschieden) im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Neuencamp Nr. 28; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 526; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1276) Nr. 5 u. 6; Klempzen, Extract fol. 38.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 120 (kleinere Zeugenreihe).

1027.

1276 Februar 14. (die beati Valentini) Stralessund.

Johann von Gristow beschreibt die Grenzen der Dorfschaft Jeser, sichert den Einwohnern den freien Gebrauch der innerhalb dieser Grenzen belegenen Feldmark gegen Entrichtung der herkömmlichen Abgaben zu und bezeugt, daß erstere jede weitere Nachmessung für immer abgekauft haben.

Ego Johannes de Gristowe omnibus scriptum hoc visuris salutem in domino. Vt hiis que loquimur et loquentes facimus inueniamur stabiles et veraces, vniuersos scire uolumus, quod nos ab indagine, que dicitur Surehagen, directe supra montem quendam, ab isto monte usque proximum aggerem, ab isto aggere usque magnam quercum, ab ista quercu usque magnam paludem, que dicitur Elrebrooc, et ab ista palude per medium usque Reedwisch, et de ista Reedwisch per paludem usque metam indaginis Manhagen, ville que dicitur Jesere terminos esse recognoscimus, publice protestantes quod ciues huius uille omnibus infra terminos hos contentis libere et absque calumpnia in perpetuum perfruantur, ita tamen quod nobis et heredibus nostris ab hac uilla, sicut hactenus est consuetum, persoluantur. Ceterum autem nec nos aut heredes nostri uillam hanc in sempiternum dimensionis funiculo meciemur; hanc libertatem ciues hujus uille XXIX marcis denariorum a nobis sunt mercati, presentibus Detmaro Pust, Hinrico de Quitsin, Petro de Quitsin et Nycolao fratre suo, Laurencio de Starbrode et Hinrico de Starbrode. Datum Stralessund, anno domini M̊.C̊C.LXX̊V̊I die beati Valentini.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikula vnd Copienboek des Furstendomes Rügen Nr. 93; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 530.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 121.

---

[1]) Die zweite Ausfertigung hat als Zeugen: dominus Andreas de Burneholme, dominus Chottanus, dominus Reinfridus de Peinz, et alii quam plures.

1028.

1276 März 7. (nonas Marcii) in Colberg.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt der Dom-Kirche zu Colberg ihre sämmtlichen Besitzungen.

[In nomine domini amen. Hermannus dei gracia episcopus ecclesie Caminensis tam presentibus quam futuris Christi fidelibus vniuersis presens scriptum intuentibus salutem in domino Jhesu Christo. Omnes morimur et sicut aqua in terram dilabimur, vnde fit vt rerum gestarum memoria labentibus hominibus tepescat(!) et longo temporis cursu, nisi scripture juuetur subsidio, tandem penitus euanescat. Hinc est quod nos ex iniuncto nobis pastoris offitio ad ecclesiam venimus Colbergensem offitium visitationis implentes et inter cetera libertates ecclesie et priuilegia ipsius non concellata nec abolita nec in aliqua parte sui violata perspeximus. Sed quedam in aliqua parte sui vidimus aliquantulum vetustate corrosa. Dilecti igitur filii prepositus et capitulum predicte ecclesie nobis humiliter supplicarunt, vt ad cautelam sufficientem priuilegia sue ecclesie et libertatis cum decimis] et locis thuguriorum et nomina villarum in vnum volumen singula redigere [dignaremur. Nos igitur ipsorum precibus] rationabilibus inclinati omnia hec secundum quod nostris vidimus oculis rationabiliter [collata et sub hijs] uerbis plenius expressa de uerbo ad uerbum nostro priuilegio fecimus confirmari. [Villa Tramme cum terminis] suis, cum feudo et decima, cum omni iure et utilitate que exinde poterit prouenire, [item decima de villa Gansekov, de Zambowe, Zeliciz, Speprav, de quibus facta villa Schotsow, [item decima de Vritzow], Choristino, Copitlowe, Bagiz siue Runowe, Smogoroniz, Brodne, Lizow, [Sluch, hee quatuor ville] apposite sunt ad villam Mirim, item decima de campo Miciz apud Craznir, [decima de Swemyn, item de] Parsowe, de Breslino, Niedalino, item alia prebenda [1]) Chosesec, Bosneviz, [Chandurino, Burizsowe, Niemyre,] Niesino, Daygowe, item alia prebenda Moltowe, Grabiz, Zymbrowe, [Crune, Poplot, Vloztibure, villa] Petrekoviz, Clobetowe, Lubechowe, Dayziz, Pangarowe, Bardi, item alia [prebenda Wartecowe, Carcowe, Vyr]beke, Zvete, Putrecolze, Palycino apud Chandurin, Wosmoz, Symbre, Thessemina, Drenow, decima de Seuelde, que commutata est pro decima ville Bork, item alia prebenda Gysecowe, Nicloniz, Rutecowe et Rysicker, Cotlowe, Mizlebur, Canowe, item alia prebenda Wizeburowe, Robun, Malenowe, item alia prebenda Karstino, Goravin, item alia prebenda Sluanerowe, Baldecur, Balgurino et quatuor marce in moneta, item alia prebenda Mresino cum ecclesia sancti Nicolai in monte salis cum terminis suis et omni jure, item alia prebenda quindecim marce usualium denariorum in claustro Belebuk, item decima Ressentin, item alia prebenda Zimmizlowe, Lulleviz. Sunt autem ville communes cum decima et cum fundo et omni jure videlicet Boggentino, Charin, Zabowe, Seuelt que dicta fnit antea Wolnosna, Crune, Goressowe, item medietatem molendini in Niemer et totum molendinum in Buggentino et duas marcas in moneta et duas marcas in theolonio ad custodiam pertinentes. Thuguria autem in monte salis octo dictis canonicis collata rationabiliter in nomine domini confirmamus. Hnius ordinationis testes sunt Henricus prepositus, Johannes custos, Johannes dictus Scorto, Nicolaus, Albertus, Heidenricus, Andreas, Theodericus et alii canonici ecclesie eiusdem, Borco, Bizpraws, Burizlaus, Swanctus, Olricus et Fredericus de Beuenhusen, milites, Henricus dictus Juttiz, Hermannus de Belegart, Hermannus de Ergest, Fredericus Luscus, Henricus Chemelin et alii ciues Colbergenses fidedigni. Ne igitur super premissis predicte ecclesie inposterum dubium

---

1) Darsowe ist hier noch in dem Transsumt eingefügt.

oriatur, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum et datum in Colberg per manum nostri notarii magistri Lamberti anno domini M.CC.LXXVI nonas Marcii pontificatus nostri anno XXII.

Das Siegel des sehr beschädigten Originals von der grün- und rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Colberger Domkap. Nr. 5 (die eingeklammerten Stellen aus dem Original-Transf. Nr. 135 ergänzt); Original-Transf. vom 14. Mai 1528 ebendas. Nr. 135; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 532; Bibl. der Gesellschaft für Pomm. Gesch.: Colberger Matrikel S. 86.

Gedruckt in Wachsen, Gesch. der Altstadt Colberg S. 314.

1029.

1276 März 12. (in die beati Gregorii papae) in Stettin.

Herzog Barnim I. und sein Sohn Bogislaw IV. verkaufen alles Recht, welches sie an Gerichts- und sonstigen Gefällen in den Gütern des Klosters Belbuck haben, demselben für 200 Mark.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia et filius eius Buguzlaus duces Slauorum omnibus in perpetuum. Acta principum, ne cum temporum fluxibilitate in obliuionem transeant, sed in suo robore perseuerent, consueuerunt scriptis autenticis seu testimonio proborum uirorum adeo roborari, ut processu temporum nullius occasione dubietatis mutari ualeant uel infringi. Sane notum esse cupimus tam praesentibus quam futuris, quod nos dilectis nobis in Christo domino abbati et conuentui monasterii sancti Petri in Belboch vniuersisque successoribus eorundem pro ducentis marcis uendidimus omnia iura que in bonis ipsorum hactenus habuimus, de quibus titulum proprietatis ex priuilegiis ostendere uel de iuris ordine probare possunt, nichil nobis et aduocatis nostris iuris de bonis ipsius monasterii praedicti reseruantes, sed ut per suum aduocatum siue iudicem per eos tantummodo institutum et semper libere quotiens opus fuerit instituendum omnes causas tam maiores ut capitales et alias quasque cum minoribus causis iudicent et reforment. Vt autem haec vendicio robur obtineat firmitatis et in posterum a nostris haeredibus et successoribus perpetuo maneat inconuulsa, praesentem paginam sigillorum nostrorum munimine roboramus. Testes etiam hujus uenditionis sunt dominus Hermannus ecclesiae Caminensis episcopus, dominus Wiardus abbas Vznamensis, Johannes decanus Caminensis, Hinricus thezaurizarius(!) Caminensis, Witzlaus canonicus, Borko, Kazimarus, Theslaus, Gneumarus de Kumero, Hermannus Thuringus, Johannes de Berlin, milites. Datum in Stettin anno domini M.CC.LXXVI°. in die beati Gregorii papae.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matrikel (p. 48) fol. 26 Nr. 24; Transf. vom 21. Jan. 1310 fol. 55ᵛ Nr. 49 und fol. 64ᵛ Nr. 55; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 520.

1030.

1276 März 13. (tertio idus Martii) in Tribuses.

Fürst Wizlaw II. von Rügen schenkt dem Kloster Neuencamp die Mühle Gruel mit allem Zubehör.

Wizlaus dei gracia princeps Ruianorum omnibus presentium litterarum lectoribus uel

auditoribus salutem in domino sempiternam. Cum ex sui corruptione uitiata nátura huius doli trahat prauitatem, vt legitimum rei geste ordinem calumpniandi animo perturbare facili semper impetu moueatur, contra morbidam huius pestis corruptelam prudentium sollertia commodum satis adinuenit remedium, litterarum scilicet fideli memoria in hac re peruersorum conatibus obuiare. Huius igitur cavtele intuitu notum esse uolumus presentibus et futuris, quod nos, ob reuerentiam dei et gloriose uirginis Marie, de consensv dilecti fratris nostri Jaromari et heredum nostrorum, contulimus claustro quod dicitur Nouus Campus proprietatem molendini Gruel et omnium terminorum ad ipsum molendinum pertinentium, secundum quod in presenti distincti sunt, videlicet in agris cultis et colendis, pratis, pascuis, rubetis, paludibus, aquis, et totius aquarum piscature usque in fluuium Rekenize, cum omni iure, cum omni iudicio, maiori et minori, in omni causa, in omnibus locis terminorum supradictarum possessionum, prohibentes districtius, ne quis fratres pretaxati cenobii in huiuscemodi proprietatis libertate presumat parte aliqua molestare. In cuius rei perhennem memoriam presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Hii sunt testes: dominus Henricus notarius noster, dominus Nicolaus Hane, dominus Hermannus Musteke, dominus Bernardus de Hackenstede, Hermannus de Butsowe et alii quam plures. Datum anno gracie millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, per manus capellani nostri, in Tribuses, tertio idus Martii.

Siegel mit Schnur ausgerissen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin: s. r. Neuencamp Nr. 27; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 527; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1276) Nr. 4; Klempzen, Extract fol. 41ᵛ.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 123; Lisch, Urkunden des Geschl. Hahn I S. 67 Nr. 29; Meklenb. Urk.-Buch II S. 534 Nr. 1386.

1031.

1276 März 13. (tertio idus Martii, in crastino beati Gregorii) in ciuitate Gripeswold.

Fürst Wizlaw II. von Rügen bestätigt dem Kloster Eldena den Besitz des Landes Mönchgut auf Rügen mit allem Zubehör und untersagt den Einwohnern das Holzfällen und die Mast in demselben.

Wizlaus dei gracia princeps Ruianorum omnibus presentes litteras uisuris uel audituris salutem in domino sempiternam. Quoniam intra sanctam ecclesiam quamplurimos hodie felicissime ascensionis per aureum reclinatorium ueri Salomonis ascenditur, uidemus ascendere, uidelicet per religionis introitum, ut postposito libere uoluntatis arbitrio seruire domino in timore et sua abnegare eligunt, omnes pocius obedire humiliter quam neglienter(!) amittere dies paucissimos huius uite penitencie tantum deputatos, nostre iuriditionis exigit debitum, religiosam uitam eligentibus digno iuuamine non deesse, sed tocius solaminis subsidia que possumus pocius ministrare, vt cum habuerint ad necessitatem temporalia, fiducialius appetant sempiterna. Hinc est quemadmodum progenitores nostri felicis recordacionis, perlustratis rebus temporalibus, inter gradus ordinum Cisterciensium ordinem propter ipsius ordinis ueram obseruanciam pretulerunt et amabant, tum propter ueram et continuam diuinorum contemplationem tum propter opera karitatis, uidelicet hospitalitatis precipue et uere compassionis erga proximos, que ex institutionibus patrum ipsius ordinis in prememorato ordine non quiescunt. Nos itaque nostrorum progenitorum, qui priuilegio uere dilectionis prefatum

ordinem monachorum in Hylda quadam terra, que Redewiz appellatur, perpetuis donis dotauerunt, uestigiis inherentes, notum esse uolumus tam presentibus quam futuris et maxime nostris heredibus, nos per consensum dilecti fratris nostri Jeromari speciali ac dilecto nobis in Christo cenobio Hilda nuncupato ob reuerentiam omnipotentis dei et animarum nostrorum progenitorum ac successorum salutem predictam terram Redewiz in Ruia sitam cum omnibus pertinenciis et omni proprietate donatione perpetua, absque omni specie contradictionis seu scrupuli, donasse et concessisse libere possidendam. Et si quomodo in priuilegio beate commemorationis patris nostri Jeromari super distinctione terminorum prefate terre neglienter(!) oberratum est, ad honorem sanctissime virginis Marie locatim ipsius terre terminos presentibus nostris scriptis indesinenti reparatione aptissime duximus renouandos. Huius autem terre Redewiz terminos hoc modo distinguimus, incipientes a ueteri fossato in parte orientali sito usque in mare adiacens, et ab ipso mari usque ad terminum, qui Gorna uocatur, ab ipso termino Gorna per circuitum usque ad terminum Lobbe, qui coniunctus est ipso termino Gorna, a termino Lobbe usque in riwlum Scikerniz, et ipsum riwlum integrum usque in mare occidentale, et ipsum occidentale mare vsque ad terminum qui Redevizhouet appellatur, et ab ipso termino Redivizhouet per Girum usque ad uetus fossatum, ubi termini primum distinguntur, hac tamen addita propagatione, ut quicquid infra iam dictos terminos continetur, in aquis, siluis, pascuis, pratis, paludibus, agris cultis et incultis, cum omni circumiacenti piscatione et infra iacenti, cum omni proprietate et omni iure, judicium maius et minus, in omni causa et in omni loco, sempiterna donatione attribuimus cenobio memorato. Preterea uniuersitas incolarum Ruje quondam quadam praua consuetudine abutebatur, solita uidelicet undique ipsius terre per confinia ligna, uiridia et arida, ad usus suos indifferenter resecare. Hunc autem errorem abolere volentes, ne quis infra terminos suprascriptos ausu temerario ullius generis ligna presumat resecare districtius prohibemus. Precipimus eciam, ne quis porcos suos infra predictos terminos transmittat ad pascua uel ad fructus quercuum amplius uel fagorum, reddentes iam dictum cenobium quoad hanc nostram prescriptam donationem ab omnibus inpetitoribus liberum et exemptum. Vt hec autem nostra tam salubris donatio rata et inuiolabilis et ab omnibus inpetitionibus tuta ac libera perseueret, hanc presentem paginam perpetuo nostri sigilli munimine iussimus confirmari. Hujus rei testes sunt venerabilis pater dominus abbas Alexander de Nouo Campo, dominus Busco cappellanus noster, dominus Borantha, dominus Gothanus Mordere, dominus Johannes de Gristoue, dominus Reinwardus de Penz, dominus Johannes Mordere, dominus Johannes de Osten, dominus Ekehardus aduocatus, dominus Andreas de Borneholm, dominus Harnith Bere, dominus Marquardus cum plata, dominus Thomas cum plata, dominus Lodewikus Kabolt, hii milites, et alii quam plures uiri fide digni. Datum per manus notarii nostri Heinrici Reschinkel, in ciuitate Gripeswold, presentibus in perpetuum valituris, anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, tertio idus Marcii, in crastino beati Gregorii.

Die Siegel abgerissen. An der zweiten Ausfertigung hängt die gelb- und rothseidene Schnur.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 33ª (2 Ausfertigungen); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 528; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1276) Nr. 8; Klempßen, Extr. fol. 86 (1276) fol. 84ᵛ (1266).

Gedruckt in Fabricius III Nr. 122; Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 133 Nr. 91.

1032.

1276 Mai 13. (III. idus Maii).

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Dargun das Eigenthum der Dörfer Zettemin mit dem Rüzenwerder und Rottmannshagen und gewährt den Einwohnern Marktfreiheit.

Barnim dei gracia dux Stetinensis omnibus in perpetuum. Cum teste scriptura cuncta sub sole transeant, diuicie, fastus et gloria, et vanitati subiaceant vniuersa, hoc solum iudicauimus vtilius inter omnia, si terrenis celestia et transitoriis contrahamus eterna. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos de bona voluntate nostra venerabili domino nostro Hermanno, abbate(!) in Dargun, suoque conuentui dedimus proprietatem ville Cetemin cum terminis suis et insula Rucewerdere necnon et villam Ratenowe cum terminis suis cum omni jure, quod in eis habuimus vel habere videbamur. Preterea hominibus has villas inhabitantibus contulimus libertatem libere eundi ad omnia fora tam in terra nostra, quam extra terram nostram, ut nullus aduocatorum seu seruorum nostrorum eos in predictis libertatibus debeat inpedire. Nichil igitur omnino iuris vmquam nobis in hiis villis aut volumus aut possumus vendicare. Vt igitur hec nostra donatio semper firma permaneat, presentem litteram inde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes huius rei sunt Hinricus Vrsus, Johannes Scorenthin, Thidericus de Campe, Johannes Heydebrake, Johannes Ertheneborch, Hinricus Wlpis, Reynfridus de Peniz et alii quamplures. Hec acta sunt anno domini M.CC.LXXVI., III. idus Maii.

Siegel an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Zwei Originale im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Lisch, Urkunden des Geschl. Behr I S. 135 Nr. 92; Meklenb. Urk.-Buch II S. 537 Nr. 1392.

1033.

1276 Mai 13. (III. idus Maii).

Herzog Barnim I. schenkt dem Bisthum Camin das Eigenthum des Dorfes Zettemin mit dem Rüzenwerder und des Dorfes Rottmannshagen, gewährt auch den Einwohnern daselbst die Marktfreiheit.

Barnim dei gracia dux Stetinensis omnibus in perpetuum. Cum teste scriptura cuncta sub sole transeant, diuicie, fastus et gloria, et uanitati subiaceant vniuersa, hoc solum iudicauimus vtilius inter omnia, si terrenis celestia et transitoriis contrahamus eterna. Hinc est quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos de bona voluntate nostra venerabili domino nostro Hermanno Caminensi episcopo suoque conuentui dedimus proprietatem ville Cetemin cum terminis suis et insula Rucewerdere, necnon et villam Ratenowe cum terminis suis, cum omni iure, quod in eis habüimus vel habere videbamur, in siluis, nemoribus, aquis, piscationibus, molendinis, paludibus, pleno iudicio omnique libertate iure perpetuo possidendam. Preterea hominibus has villas inhabitantibus contulimus libertatem libere eundi ad omnia fora, tam in terra nostra, quam extra terram, ut nullus aduocatorum seu seruorum nostrorum eos in predictis libertatibus debeat impedire. Nichil igitur omnino iuris umquam nobis in hiis villis aut volumus aut possumus uendicare. Vt igitur hec nostra

donatio semper firma permaneat, presentem litteram inde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes huius rei sunt Hinricus Ursus, Johannes Scorenthin, Thidericus de Campe, Johannes Heydhebrake, Johannes Erteneborch, Hinricus Wlpis, Reynfridus de Peniz et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M.CC.LXX.VI. III. idus Maii.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Meklenb. Urk.-Buch II S. 538 Nr. 1393.

1034.

1276 Mai 14. (2. idus Maji in ascensione domini) in castro Stolpz.

Mestwin II., Herzog von Pommerellen, schenkt dem Heinrich, genannt de Werciberg, Schultheiß zu Stolp, die Mühle in der Stadt Stolp bei der Nikolaikirche mit einer halben Hufe gegen einen jährlichen Zins von einer Mark, zwölf mensurae[1]) Roggen- und vier mensurae Weizenmehl.

In nomine domini amen. Quoniam omnes morimur et quasi aquae dilabimur, necessario omnia quae fiunt silentio peribunt et quasi non fuerunt abscondentur, nisi uoce testium aut scriptorum memoriae commendentur. Qua propter notum esse cupimus tam praesentibus quam futuris hanc kartulam inspecturis, quod nos Mistywigius dei gratia dux Pomeraniae Hinrico dicto de Werciberg, sculteto ciuitatis nostrae Stolpensis, ibidem iuxta ecclesiam sancti Nicolai molendinum, quod nostrum et nostrorum antecessorum fuerat ex antiquo, cum dimidio manso a uia supra praefatum molendinum inferius iuxta riuulum procedendo, quo dicti rota pellitur molendini, contulimus iure haereditario perpetuo possidendum, hac conditione addita et adiecta, quod nullum superius aut inferius debeat construi molendinum, per quod impedimentum patiatur molendinum superius prenarratum. De ipso autem molendino et de medietate mansi additi hunc censum nobis annis singulis assignabit, uidelicet unam marcam argenti, duodecim mensuras farine siligineae, quatuor mensuras farine triticeae, et haec certis temporibus, sicut molendinariis persoluere est consuetum. Insuper nobis libere molet et nulli alteri, nisi pro sua matta, sicut est consuetudinis atque moris. Et ne super huiuscemodi donatione ad impedimentum praedicti Hinrici et suorum haeredum nobis uel nostris successoribus aliquis possit dubietatis scrupulus imposterum suboriri, praesentem literam in testimonium et in signum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Testes huius donationis sunt Swinza, castellanus Stolpensis, Jacobus tribunus, Laurentius Venator, Teszlaus subcamerarius, Pomorz subdapifer, Gotfridus clericus curiae nostrae. Datum in castro Stolpz in ascensione domini anno gratiae millesimo ducentesimo septuagesimo sexto 2. idus Maji.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matrikel (p. 47) fol. 25 Nr. 23; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 522.

[1]) Vergl. S. 188 Nr. 852 mensure, que porhowe dicuntur Slauice

1035.

1276 Mai 28. (kalendas Junii quinto) Worthingaeburgh.

Erich, König der Dänen und Slaven, giebt den Bürgern von Stralsund das Recht, auf den Schonischen Märkten einen richterlichen Beamten zur Entscheidung der zwischen ihnen und mit Anderen vorfallenden und nicht vor seine Beamten gehörigen Streitigkeiten zu bestellen.

Ericus dei gracia Danorum Sclauorumque rex et dux Estonie omnibus presens scriptum cernentibus in domino salutem. Noueritis quod nos dilectorum nobis ciuium de Stralaesunde precibus inclinati auctoritate presentium eis concedimus, quod quocienscumque in nundinis Scaniensibus inter eos materiam questionis oriri contingerit, siue inter ipsos et alios, dummodo huiusmodi questio ad examen officialis nostri, qui pro tempore ibidem prefuerit, non pertinere noscatur, coram suo proprio officiali possint et debeant super huiusmodi questionibus in forma iudicii agere et respondere et eam finaliter terminare, sicut ciuibus Lybicensibus et de Rostok a nobis et nostris progenitoribus est concessum. In cuius rei testimonium presentes eis litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Worthingaeburgh anno domini M°CC°LXX°. sexto, kalendas Junii quinto.

Siegelfragment an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund.

Gedruckt in Sartorius und Lappenberg, Urkundl. Gesch. Nr. 37[b]; Suhm, Historie af Danm. X. S. 1008; Fabricius III Nr. 124; Meklenb. Urk.-Buch II S. 539 Nr. 1395.

1036.

1276 Juni 13. (idus Junii) Stolp.

Radolf, Abt zu Stolp, bezeugt, daß Heinrich de Zagenz den Zehnten in den Dörfern Tuchow und Gnevezin an die Stadt Anklam abgetreten habe.

Radolfus dei gratia abbas ecclesie Stolpensis, Hartwicus prior totusque ibidem conuentus omnibus hoc scriptum visuris cum orationum deuotione salutem in omnium salutari. Qvoniam humano generi indita mortalitas reddit rationabiles hominum actiones in transitione generationum infirmas, nisi ex prouidencie cautela firma solidetur stabilitas, necessarium est auctentico scripti testimonio roborari, ea que posterorum debent tempore inviolabiliter obseruari. Nouerint igitur tam presentes quam futuri tenorem presencium inspecturi, quod nos ex consensu nostro matura prehabita deliberatione ad petitionem Heynrici de Zagenz et suorum confratrum suorumque amicorum proprietatem decime, quam habuimus in villa Tvchow et in villa Gnewencin et in campis earundem villarum provt in eisdem continetur terminis ciuitati Tanclim integraliter dimisimus, remota omni inpetitione, perpetuo feliciter possidendam. Ne autem alicui de hoc dubium oriatur, presens pagina sigillorum nostrorum munimine roboratur. Testes sunt hii: dominus Barnim dux Slauorum, Fredericus de Bertecow, Johannes Romolē, Rodolfus de Nigenkerken, Fredericus Munt, Gherardus Bunnig, Albertus de Robecow, milites, Johannes Ruffus, Hermannus de Gutzecow, Johannes Suederi, Johannes Sachteleuent, Hermannus de Palecenhaghen, Wolquardus de Demin, Johannes Longus, Ludolfus Sprinhintgut,

Timmo Crispus, Heinricus de Castro, consules Tanclimenses. Datum Stolp anno domini M.CC.LXXVI idus Junii.

Zwei Siegelfragmente an Pergamentstreifen anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Anklam s. r. A. Nr. 3; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomat. civit. Anklam. S. 172 Nr. 60.

Gedruckt in Stavenhagen, Chronolog. Beschreib. S. 320 Nr. 3.

1037.

1276 Juli 8. (octauo ydus Julii) Trebetowe.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Verchen das Dorf Löckenzin.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Deputati in partem sollicitudinis populi christiani ab eo, per quem reges regnant et principes obtinent principatum, ad nostre pertinet curationis dignitatem, deo dicatis ecclesiis et personis religiosis sic adesse, ut rebus temporalibus locupletarentur, quod laudacioni omnium creatoris valeant liberius inherere. Huiusmodi propter causam notum esse cupimus venerande nationi presentium et felici successioni futurorum, quod nos dedimus et titulo [proprietatis] [1]) donauimus pro nostro et pro nostrorum progenitorum remedio salutari dilectis nobis in Christo priorisse et conuentui nec non monasterio sanctimonialium in Virchin ordinis sancti Benedicti villam Lokencin nuncupatam cum pratis, paschuis, siluis, nemoribus, aquis et usuagiis vniuersis, et omni iure, quod in ipsa nominari poterit uel acquiri, transferentes in ipsas potestatem et omne ius, quod nos et heredes nostri habuimus in villa prenotata, et ipsam uillam in sempiternum feliciter et pacifice possidendam. Vt autem hec nostre proprietatis donatio a nobis, heredibus et nostris successoribus vniuersis, non possit uiolari in posterum uel infringi, presens instrumentum inde confectum monasterio et sanctimonialibus prenominatis cum sigilli nostri appensione duximus largiendum. Huius rei testimonium perhibent Tidemannus et Berhardus capellani nostri, Hinricus plebanus in Trebotuue [clerici], Gerhardus Crispus, Hermannus Thuringus, Fredericus de Palude, milites, Oto Predol, Conradus Pawenstert mar[s]chalcus noster, et alii quam plures fidedigni, quorum nomina non continet presens series litterarum. Datum Trebetowe per manum magistri Rodolfi notarii curie nostre anno M.CC.LXXVI. octauo ydus Julii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 19; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 523; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 24.

---

[1]) Fehlt in der Original-Matrikel.

1038.

1276 Juli 9. (VII. idus Julii) in Dargun.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt dem Kloster Dargun das Eigenthum der Dörfer Zettemin, Rottmannshagen und des Rüzenwerders gegen einen jährlichen Zins von einem Schilling von der Hufe und zwei Schillingen von der Mühle, verspricht auch diese Abgabe nicht zu veräußern.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Notum esse volumus vniuersis, quod proprietatem villarum Cethemin, Rathenowe et insule Rucewerdere cum terminis suis et omni iure, aquis, molendinis, pascuis, siluis, piscationibus, quam ecclesia Dargun a domino Barnim duce Stetinensi tenebat, idem dux nobis et ecclesie nostre Caminensi perpetuo contulit, et(!) ecclesia Dargun illam a nobis teneat cum omni iure, quod idem dux in ea habuit uel habere quoquo modo uidebatur. Hinc est quod presentibus protestamur, quod proprietatem istam semper tueri tenemur, quod nullus aduocatorum domini terre seu nuntiorum suorum siue quicumque alius in ea siue in homines ipsos turbationem seu uiolentiam aliquam faciat, sed homines in hiis villis commorantes a nobis et a domino terre ab omni exactione, petitione et seruitio semper sint liberi et soluti, ita tamen ut pro seruicio et exactione quilibet mansus nobis soluat singulis annis unum solidum et duos solidos molendinum. Ceterum sciant vniuersi, quod proprietatem istam numquam pro aliqua necessitate alienare debemus ab ecclesia Caminensi. Censum etiam istum mansorum iam pretaxatum numquam uendere uel infeodare possumus uel debemus, sed pro exactione et seruicio singulis annis in octaua Pasche semper dabitur census iste. In huius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus communiri. Testes: Johannes de Scolenthin, Johannes Romele, Hermannus de Palude, Johannes de Ertheneborch, Olricus marscalcus, Ludolfus de Lassan, Hermannus de Mezekowe, Bernardus de Pomerio, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec in Dargun, anno domini M.CC.LXX.VI. VII. idus Julii.

Siegel an grün- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 543 Nr. 1403.

1039.

1276 Juli 9. (VII. idus Julii) in Dargun.

Lambert Probst, Johann Dekan, Heinrich Küster, Gerhard Scholastikus und das ganze Dom-Capitel zu Camin bestätigen dem Kloster Dargun die Privilegien, welche Bischof Hermann demselben wegen der Dörfer Zettemin und Rottmannshagen mit dem Rüzenwerder verliehen hat.

Lambertus prepositus, Johannes decanus, Hinricus custos, Gherardus scolasticus totumque capitulum Caminense omnibus hanc litteram visuris salutem in domino. Notum esse volumus vniuersis, quod proprietatem ville Cethemin et Rathenowe et insule Rucewerdere, quam ecclesia Dargunensis a domino Barnim duci(!) Stetinensi aliquando tenebat, nunc autem tenet a uenerabili patre domino Hermanno Caminensi episcopo nostro, nunquam pro aliqua necessitate alienare debet ab ecclesia Caminensi, sed semper tueri et defendere homines com-

morantes in uillis superius memoratis. Nullus etiam umquam episcoporum ab hominibus istis exactiones, peticiones seu seruicia expetere debet, sed quilibet mansus solidum unum et molendinum duos singulis annis pro omni seruicio et exactione soluere tenebitur episcopo Caminensi. Nullus etiam umquam episcoporum censum istum uendere siue infeodare debet, sed semper sibi reseruare in testimonium huiusmodi libertatis. In huius rei testimonium presentem litteram sigillo nostri capituli fecimus communiri. Acta sunt hec in Dargun, anno domini M°CC°LXX°VI° VII° idus Julii.

Siegel an grün- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 544 Nr. 1404.

1040.

1276 Juli 12. (quarto ydus Julii) Tribezes.

Fürst Wizlaw II. von Rügen schenkt dem Kloster Jvenack das Dorf Neuendorf im Lande Loitz.

Wizlaus dei gracia princeps Ruianorum omnibus presentes litteras inspecturis salutem in vero salutari. Quoniam intra sanctam ecclesiam quam plurimos hodie felicissime ascensionis per aureum reclinatorium veri Salomonis [ascenditur], uidemus ascendere, videlicet per religionis introitum vt postposito libere voluntatis arbitrio seruire domino in timore et sua abnegare eligunt, omnes pocius obedire humiliter quam neglienter(!) amittere dies paucissimos huius vite penitencie tantum deputatos, cuiuslibet iuriditionis exigit debitum, religiosam uitam eligentibus digno iuuamine non deesse, sed totius solaminis subsidia, que possint, pocius ministrare, vt cum ad necessitatem habuerint temporalia, fidutialius appetant sempiterna. Hinc est quemadmodum nostri progenitores felicis recordationis perlustratis rebus temporalibus inter gradus ordinum Cistertiensium ordinem propter veram ipsius ordinis obseruantiam pretulerunt et amabant, tum propter veram et continuam diuinorum contemplationem, tum propter opera caritatis, videlicet hospitalitatis precipue et vere conpassionis erga proximos, que ex institutionibus patrum ipsius ordinis in prememorato ordine non quiescunt. Nos itaque nostrorum progenitorum, qui priuilegio uere dilectionis prefatum ordinem desideriis iugibus dotauerunt, vestigiis inherentes notum esse uolumus tam presentibus quam futuris et maxime nostris heredibus, nos per consensum dilecti fratris nostri Jeromari predilecto nobis in Christo cenobio sanctimonialium Yuenak appellato, ordinis Cisterciensis, ob reuerenciam omnipotentis dei et virginis beatissime Marie ac predecessorum nostrorum salutem cum omni iure proprietatis villam que Niendorp vocatur, sitam in terra Losiz, sempiterna donatione possidendam libere contulisse, cum vniuersis mansis contentis infra terminos a primeua situatione distinctos vsque ad riuulum Karschov superaugendo, cum omnibus pertinentiis, agris uidelicet cultis et colendis, aquis, piscacionibus, pascuis, pratis, siluis, paludibus, riuis pariter et rubetis, eidem attribuendo cenobio Yuenak perpetua collatione ac donatione omne ius, quod in prefata villa Niendorp hactenus habuimus, scilicet iudicium maius et minus, in omni causa et in omni loco, secundum ipsius ville distensionem terminorum. Vt hec igitur nostra tam salutifera donatio rata perpetua et inviolabilis perseveret, presentem paginam sigilli nostri munimine iussimus roborari. Hii

testes aderant: milites Johannes de Gristov, Chotanus Mordere, Reinvardus de Penz, Borantha, Johannes Mordere, Johannes de Osten, Lodewicus Kabolt, Marquardus cum platha, Hasso de Grammendorp, et alii quam plures viri fide digni. Datum Tribezes per manus notarii nostri Hinrici Reschinkel anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, quarto ydus Julii.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Original-Transsumt vom 5. Mai 1441 s. r. Kl. Jvenack Nr. 6; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 531.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 125; Mekl. Urk.-Buch II S. 545 Nr. 1405.

1041.

1276 August 2. (IIII. nonas Augusti) in Vriensten.

Otto und Conrad, Markgrafen zu Brandenburg, stiften zwischen dem Grafen Helmold zu Schwerin und seinem Bruder Gunzelin einen Vergleich über die väterliche Erbschaft, nach welchem Gunzelin mit Neu-Schwerin und dem Lande Daber in Pommern abgefunden wird und jährlich 150 Mark erhält.

Nos Otto et Conradus dei gracia marchiones Brandenburgenses recognoscimus presentibus publice profitentes, quod vniuersa que uertebantur inter nobilem virum dominum Helmoldum comitem Zwerinensem ex vna et fratrem suum Günccelinum parte ex altera sunt amicabiliter deposita et sopita in hunc modum, uidelicet quod idem Günccelinus nobis mediantibus renunciauit omni hereditati, quam sibi quondam pater suus nobilis vir comes Günccelinus felicis memorie assignauerat, et similiter priuilegio eidem super ea tradito atque dato. Huius rei occasione idem comes predicto fratri suo dimisit Nouum Zwerin cum terra Doberen et earum terminis, hoc adiecto quod ipse Günccelinus nichil debet vendere in iam dictis terris, sed conferre militibus et vasallis pheodaliter ibidem manere volentibus, qui ab ipso comite Helmoldo similiter recipere debent eadem bona ab ipso collata uero titulo pheodali. Illi autem, quos dictus Günccelinus in dictis terris inpheodauerit, non facient aliquam municionem siue castra, nisi fuerit de dicti comitis voluntate. Quod autem prescriptus Günccelinus in prehabitis terris subsistere poterit et subsidium expensarum habere valeat, sepedictus comes eidem dare debet in festo sancti Martini centum et quinquaginta marcas Zwerinensium denariorum singulis omnis percipiendis (!) aut ipse comes in fratris amicicia ordinabit. Et si eciam predictum Günccelinum de medio tolli contigerit, dicta bona ad ipsius fratres libere reuertentur. Vt autem hec inuiolabiliter conseruentur, presentem litteram conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari, adhibitis nichilominus testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: comes Güntherus de Lindow, et dictus comes et frater suus, qui promiserunt supradicta obseruare sub fidei dacione, Bertrammus de Bentz, Beteko de Ecstede, Johannes de Pütlest, Tidericus de Wosterbusch, Johannes de Stegelyz, Conradus de Quittsow, Johannes Crochere, Johannes dictus Man, milites, et alii quam plures fide digni. Acta sunt in Vriensten, anno domini MCCLXXVI IIII. nonas Augusti.

Die Siegel fehlen.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in den Meklenb. Jahrb. XI. S. 262 Nr. 23; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 6 S. 14; Meklenb. Urk.-Buch II S. 546 Nr. 1406.

1042.

1276 August 18. (feria tercia post assumpcionem beate virginis) in Poswalk.

Hermann, Bischof zu Camin, verkauft das Land Lippehne mit Ausnahme der Dörfer Lettnin und halb Köselitz für 3000 Mark an die Markgrafen Johann, Otto und Conrad von Brandenburg und bekundet, daß die Markgrafen mit 30 Rittern die Zahlung des schuldigen Kaufgeldes mit dem Gelöbniß des Einlagers in Pasewalk versichert haben.

Nos Hermannus dei gratia Caminensis episcopus recognoscimus protestando, quod illustribus principibus consangwineis nostris dilectis dominis Johanni, Ottone et Conrado, marchionibus de Brandenburch, vendidimus terram Lippene cum terminis suis et cum omni iure et proprietate, decimis, aquis, fluminibus, stangnis, fundo et omni utilitate preter villam Letenin cum terminis et attinentiis, quos dinoscitur antiquitus habuisse, et medietatem ville Coseliz, que sita est in parte terre Lippene, quas villas nobis et nostris successoribus reseruamus, pro tribus milibus marcarum argenti, de qua pecunia dicti principes soluent duo milia marcarum in festo Epyphanie et mille in Pasca festis proxime nunc venturis nobis siue successoribus nostris. Promisit autem dominus Johannes marchio cum XIIII^cim^ militibus et adhuc promittent .XVI. milites octo diebus, post quam prefati principes a nobis moniti fuerint, terminis premissis se soluturos pecuniam memoratam. Quod si in solucione cessauerint principes sepedicti, vnus marchionum eorundem cum militibus, qui secum promiserunt et promittent, .XV. diebus post monitionem nostram ciuitatem Poswalk intrabunt inde minime recessuri, nisi de pecunia memorata et dampnis si aliqua inciderimus occasione pecunie in premissis terminis non solute nos reddant indempnes liberos et solutos. Si vero aliquis militum de fideiussoribus Poswalk intrare non poterit, alium statuet loco sui. Dabimus etiam super premissis sepius nominatis principibus litteras nostras sigillo nostro nec non capituli nostri munimine roboratas. Datum anno domini M°.CC°.LXXVI° feria tercia post assumpcionem beate virginis in Poswalk et actum ibidem.

Königl. Geh. Staats-Archiv zu Berlin: Codex Berol. Ascan. Copialbuch I C. 4. in quarto I fol. 47; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 533; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Abschrift in der Loeperschen Biblioth. Mscr. 9 Berliner Abschriften Nr. 11.

Gedruckt in Gercken, Cod. dipl. Brand. S. 229; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1. S. 125 Nr. 165; desgl. I 18. S. 62 Nr. 2; Klette, Regesta Neom. S. 28.

1043.

1276 August 30. (III°. kalend. Septembris) Camyn.

Hermann, Bischof zu Camin, verkauft an die Markgrafen Johann, Otto und Conrad von Brandenburg das Land Lippehne, ausgenommen die Dörfer Lettnin und halb Köselitz, für 3000 Mark.

In nomine domini amen. Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Cum multociens actus legittimi propter diuersos casus, qui rebus humanis incidunt, inmutentur, expedit vt scriptis autenticis ad perpetuam rei memoriam quibus probari valeant confirmentur. Ad singulorum igitur notitiam tam presentium quam futurorum presens scriptum cernentium cupimus peruenire, quod nos de consensu communi terram

nostram Lippene cum proprietate et terminis suis vendidimus illustribus principibus dominis Ottoni, Johanni et Conrado fratribus marchionibus de Brandenburg et eorundem heredibus pro tribus milibus marcarum argenti, sicut et nos ipsam terram possedimus, cum aquis, fluminibus, riuulis, pratis, pascuis, stangnis, paludibus, piscariis, theloneis, pedagiis, siluis, nemoribus, agris cultis et incultis, vsuagiis, cum omni iure et vtilitate, que in dicta terra esse dinoscitur vel pro tempore in ea haberi poterit vel acquiri, preter villam Letenin cum terminis suis, item et medietatem ville Coseliz, sitam in terra Lippene, que sicut ad hec tempora habuimus cum omni iure nobis et nostris successoribus reseruamus. Testes autem hujus sunt . . . .[1]) Vt autem presens nostra ordinatio seu venditio perpetuam obtineat firmitatem, eam per presens scriptum desuper confectum per sigilli nostri nec non capituli nostri appensionem fecimus roborari. Datum Camyn anno domini M̊C̊C.LXXVI. III̊ kalend. Septembris.

Königl. Geh. Staats-Archiv zu Berlin: Codex Berolin. Ascan. Copialb. I C. 4 in quarto fol. 46; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 534; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Abschrift in der Loeperschen Biblioth. Mscr. 9 Berliner Abschriften Nr. 10.

Gedruckt in Gercken, Cod. dipl. Brand. I S. 228; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 125 Nr. 166; desgl. I 18 S. 63 Nr. 3.

1044.

1276 Camyn.

Die Herzöge Barnim I. und sein Sohn Bogislaw IV. verkaufen an Hermann, Bischof zu Camin, für 3500 Mark Silber Stadt und Land Colberg in den Grenzen, wie sie Kasimir und Borko als Burggrafen innegehabt, mit allen Nutzungen vorbehaltlich der Privilegien und Freiheiten, welche der Stadt Colberg verliehen worden sind.

In nomine domini amen. Dei gratia Barnym et suus filius Boguzlaus duces Sclauorum vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam in humanis rebus et actis nullius facti certitudo sub celi ambitu continetur, necessarium est et expediens, contractus empcionum et vendicionum scriptis, quibus omnia cognoscimus, adeo perhennari, vt in eisdem in posterum precludatur omnis occasio malignandi. Quam propter causam constare volumus generacionibus presentibus et futuris, quod nos sine omni coactione, motu proprio et libero, ciuitatem et terram Colberch vendendo transtulimus in venerabilem patrem dominum Hermannum episcopum Caminensem eandemque ecclesiam et successores suos, qui pro tempore fuerint, pro tribus milibus et quingentis marcis argenti, cum aduocacia et omni iure et libertate, necnon terminis antiquis, quos circa Colberg habuisse dinoscitur eo tempore, quando Cazymarus et Borco milites borchrauii erant in castro Colberg, et cum aquis, fluminibus, rivulis, pratis, pascuis, piscariis, theloniis, pedagiis, stagnis, paludibus, siluis, nemoribus, agris cultis et incultis, usuagiis, salinis, aurifodinis, argentifodinis, ferrifodinis, cum iuribus omnibus et vtilitatibus, que nominari in dicta terra pro tempore potuerint vel acquiri, reseruando dicte ciuitati et terre omnia priuilegia, que ipsis contulimus uel a nostris predecessoribus habuerunt, insuper libertatem vectigalium, viarum terrestrium et fluuialium, cum libertatibus omnibus, quas burgenses et terre predicte inhabitatores in nostro dominio habuerunt, antequam predictam ciuitatem et terram venderemus, promittentes fide data pro

[1]) Die Zeugen sind im Cod. Berol. Ascan. ausgelassen.

nobis et heredibus nostris, contra venditionem eandem minime uenire, nec eam per nos uel per alios quomodolibet retractare, sed omnia premissa episcopo et ecclesie predictis integraliter obseruare, renunciantes etiam exceptioni non numerate pecunie nec solute, deceptioni ultra dimidiam iusti precii, beneficio minoris etatis, dolo dante causam contractui vel qui incidit in contractum, et omni beneficio competenti de consuetudine seu de iure canonico uel ciuili, per quod nostra vendicio valeat infirmari. Testes huius vendicionis nostre sunt Hermannus episcopus, Johannes decanus, Heynricus custos, Gherardus scolasticus, Mauricius, Bernardus, Wizslaus, Heynricus, Conradus, Johannes, canonici Caminenses, Hyldebrandus abbas de Stolp, Wyardus abbas de Vznum, clerici, item Kazymarus, Borco, Theslaus Albus, Thezslaus de Cummerow, Dobizclaus, Prisniborizs, Henricus Vrsus, Reybernus de Wachold, Harnid Vrsus, Gherardus Vrsus,[1]) Johannes de Scolentyn, Johannes Romele, Lippoldus Vrsus, Olricus Saxo, Hermannus de Mozscow, Ludolfus de Lassan, Olricus et Fredericus de Beuenhusen, Dauid, Theodoricus de Weite, Gerardus Vrsus, milites, preterea nobiles viri Otto comes de Euersteyn, Pribico domicellus de Wolyn, et eciam Hinricus de Zaienzs, marscalcus noster, et plures alii fide digni. Vt autem horum omnium vigor et robur prescriptorum in sempiternum perseueret et maneat inconvulsum, presens instrumentum inde confectum sepedictis episcopo et ecclesie cum sigillorum nostrorum appensione duximus largiendum. Actum Camin et datum ibidem per manum magistri Rodolfi, curie nostre notarii, anno domini M.CC.LXXVI.

Original-Transsumt vom 8. März 1321 im Stadt-Archiv zu Colberg; Königl. Staats-Archiv zu Stettin; Transs. vom 8. März 1321 im Original-Transs. vom 17. Juli 1356 s. r. Bisth. Camin Nr. 110; Caminer Matrikel fol. 125; Transs. von 1321 fol. 130; Transs. von 1356 fol. 129; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 519; Bibliotheken der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1276) Nr. 2; Klempzen, Extract (Transs. von 1321) fol. 269.

Gedruckt in Rango, Pomerania dipl. S. 165 Nr. 6; Schöttgen und Kreysig, Diplom. III S. 6 Nr. 7 Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 131 Nr. 90.

1045.

1277 Januar 18. (acta in die sancte Prisce virginis) circa pontem qui vocatur Cynsowe, data in Golenbeke.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, verkauft den Markgrafen Johann, Otto und Conrad von Brandenburg das Land Schlawe mit den Burgen und der Stadt Rügenwalde für 3200 Mark Brandenb. Silbers.

In nomine domini amen. Nos Wizlaus dei gratia Ruyanorum princeps recognoscimus et publice protestamur presentibus, quod cum dilectis soceris nostris illustribus principibus Johanne, Ottone et Conrado marchionibus Brandeburgensibus placitando conuenimus in hunc modum, quod vendendo terram Zlauenn cum castris suis et ciuitate Ruyenwolde ipsi domini marchiones nobis promiserunt cum XX militibus fide data, tria milia ducentas marcas argenti Brandeburgensis, tali conditione interposita, quod duo milia CCC.as marcas, quas pro glorioso domino nostro Eryco rege Danorum cum nostris compromissoribus domino videlicet Barnim duce Slauorum et domino Woldemaro de Rodstok nostro consanguineo tenemus,

[1]) Steht bei Lisch unrichtig hinter Lippoldus Vrsus.

debemus de summa decuttere prenotata, si ipse predictus dominus noster rex Dacie et sui compromissores superuixerint et soluerint vt tenentur. Si vero quod absit contingeret, eundem Erycum dominum regem decedere et ipsi promissores casu emergente non soluerint dictam summam, extunc prescripti marchiones nobis ipsa duo milia .CCC.as marcas soluere tenebuntur sub hac forma: mille marcas post annum in carnis preuio[1]) et ipso anno resoluto item in carnis preuio mille marcas persoluent. Item de reliquis .CCC.tis marcis talis est conditio, quod recepimus .XXV. marcas auri de domino Eryco supradicto rege Dacie. Quidquid idem aurum soluerit, cum venditum fuerit, nobis tenebuntur soluere eo minus. Item in reconpensationem residuarum mille marcarum terram suam, quam possident ad presens sepedicti marchiones in regno Dacie, Erra videlicet, Seboy et Grosbol nobis titulo venditionis dimiserunt tali conditione interposita, si quatuor milites vtriusque partis iurati dixerint et fide prestita corporali, quod si ipsa terra minus M. marcarum ualuerit, ipsi addent prout taxauerint milites antedicti. Si vero plus .M. marcarum ualuerit, extunc ipsis marchionibus de ipsis .M. marcis debemus restaurum facere competens et condignum. Preterea sepedicti marchiones inmediate dicte terre Erre debent cum suis allodiis coram domino prenotato Erico rege Danorum secundum conswetudinem regni Dacie tamquam vere hereditatis warandiam facere digno modo. Econuulso ergo nos Wizlaus cum .XX. militibus subscriptis promisimus fide prestita corporali, quod per annum et diem terra Zlauna cum castris et ciuitate Ruyenwalde pro vero proprietatis titulo et hereditatis warandiam faciamus. Insuper pretaxati marchiones a .CCC.tis XIX marcis a iudeis in Magdeburg nos liberabunt. Huius rei testes sunt milites nostri et promissores . . . . Acta sunt hec circa pontem qui vocatur Cynsowe anno domini M.CC.LXXVII. in die sancte Prisce virginis. Data in Golenbeke.

Königl. Geh. Staats-Archiv zu Berlin: Cod. Berol. Ascan. Copialbuch I C. 4 in quarto f. 56v; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 560; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Abschrift in der Löperschen Biblioth. Mscr. 9 Berliner Abschriften Nr. 12.

Gedruckt in Gercken, Cod. dipl. Brand. I S. 247; Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 129 Nr. 170; Fabricius III Nr. 126; Mekl. Urk.-Buch II S. 561 Nr. 1427.

1046.

1277 Februar 6. (die beate Dorothee).

Ulrich, Abt des Klosters Michelsberg bei Bamberg, belehnt Ludwig, Joachim und Peter von Wussow mit 29 Hufen und der Vogtei derselben zu Mandelkow.

Nos Vdalricus diuina permissione abbas monasterii sancti Michaelis montis monachorum Bambergensis ordinis sancti Benedicti per presentes nostras litteras publice recognoscimus, quod validis nostris fidelibus dilectis Ludwico, Joachim et Petro de Wussow iure hereditario contulimus et in his scriptis conferimus viginti novem mansos in villa nostra Mandelkow prope Stettin cum vniuersis eorumdem vsufructibus nec non cum aduocatia et omni iure

[1]) Die Zeit, in welcher die Christen anfingen, sich vor den Fasten des Fleisches zu enthalten, besonders der Sonntag Septuagesimä.

perceptionis inde prouenientis ac etiam cum simplici feodo quatuor mansos in verum feodum et legale ac a nobis feliciter et pacifice possidendos. Prior tamen noster pro tempore parochialis ecclesie nostre sancti Jacobi Stetinensis super hominibus in predictis viginti novem mansis residentibus sicut aliis in eadem villa morantibus iudicio presidebit et iudicare habebit. Quitquid autem de excessibus hominum in prescriptis viginti novem mansis ratione iudicii poterit deriuari, in hoc dicti nostri fideles et vasalli in tollendo vel dimittendo illud iuxta eorum beneplacitum debent esse potentes dolo et fraude semotis. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri appensione duximus roborandas. Scripta die beate Dorothee anno etc. septuagesimo septimo.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatarium familiae Wussow Nr. 3.

1047.

1277 Februar 13. (ydus Februarij) in Virchin.

Herzog Barnim I. giebt dem Nonnenkloster zu Verchen das Recht, mit einem großen Wintergarn im frischen Haff frei von aller Abgabe zu fischen.

In nomine domini amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus inperpetuum. Euanescunt cum tempore, que in tempore ordinantur, si non stabiliantur legitimis documentis et principum publicis instrumentis. Quo circa notum esse uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos donauimus et appropriauimus monasterio, priorisse et conuentui in Virchin dilectis nobis in Christo ordinis sancti Benedicti vnam sagenam, que uulgo garn dicitur, liberam in recenti mari, quod haf uocatur, ut cum ipsa piscari faciant libere, inpedimentis quibuslibet indemptis, nulli omnino hominum inde dantes piscationis aut aque uel alicuius generis pensionem. In cuius rei testimonium eisdem sanctimonialibus dari fecimus presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam, adhibitis infrascriptis Reyberno de Vacholte, Johanne de Erteneborg, Heinrico Uulpe, Johanne Scolentin, militibus, et pluribus aliis fidedignis. Actum in Virchin et datum per manum magistri Rodolfi nostri notarii anno domini M.CC.LXXVII. ydus Februarij.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 23v; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 538; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 30.

1048.

1277 Februar 16. (XIIII. kalendas Marcii) Stetin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Nonnenkloster zu Verchen das Dorf Seltz.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, inperpetuum. Quoniam iuxta uerba uiri sapientis vanitas uanitatum et omnia uanitas et nullius rei certitudo sub celi ambitu continetur, necessarium et expediens comprobatur, ut acta principum, que ordinantur in prehabita uanitate, quorum robur in eternum stare debet, testimonio irreprehensibili, legi-

timis documentis et publicis instrumentis adeo stabiliantur[1]), ut inposterum mutari non ualeant nec infringi. Quam ob causam deuenire uolumus ad cognitionem futurorum et presentium nationum, quod nos ob reuerentiam dei omnipotentis nec non intemerate uirginis Marie genitricis eiusdem [pro][2]) nostra predecessorumque nostrorum salute dedimus et titulo donationis appropriauimus monasterio et dilectis nobis in Christo priorisse et conuentui in Virchim ordinis sancti Benedicti villam Seltitz nuncupatam et proprietatem eiusdem cum pratis, paschuis, paludibus, siluis, nemoribus, stagnis, aquis, riuilis, molendinis construendis et constructis, cum aduocatia et omni iure, cum terminis eidem uille deputatis et uniuersis contentis infra eosdem, et omnimodo usufructu et qualibet utilitate, que in dicta villa et eius pertinentiis, que nunc sunt et poterunt nominari postea uel acquiri, feliciter in sempiternum et pacifice possidendas. Vt autem hec nostra donatio in eternum permaneat inconuulsa, presens instrumentum inde confectum prenominatis monasterio et deo dicatis virginibus cum sigilli nostri appensione duximus largiendum. Testes huius rei sunt Johannes Romele, Johannes de Ertenebur, Reybernus de Wacholte, Johannes Scolentin, Hinricus Ursus, Heino Vos, Fredericus de Palude, Richardus advocatus noster, et alii quam plures fidedigni. Datum Stetin per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini M̊.CC̊.LXX̊VI̊I. XIIII. kalendas Marcii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 18; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 542; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 22 und 50; Dreger, Registr. II (1277) Nr. 15.

Gedruckt in Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 136 Nr. 93.

1049. Unecht.

1277 März 7. (dominica qua cantatur Letare) Colbergh.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt Johann und Tiedemann Monachus den Kauf eines Hofes mit acht Hufen vor Colberg, den früher Gerhard von Guden besessen.

In nomine domini amen. Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus uniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Ad hoc scripture fieri consueuerunt, ut quod factum est, per eas possit facilius comprobari propter omnium mortalitatem uariasque hominum uoluntates. Contractus seu actus legitimi rationabiliter celebrati sepius mutarentur, si non possent scriptis autenticis demonstrari. Ad noticiam igitur singulorum tam presentium quam futurorum cupimus peruenire, quod nos proprietatem curie et terram eidem curie adiacentem seu pertinentem ante ciuitatem Colbergh situatam, quee fuerat Gherardi de Ghuden, a domino Barnim illustri principe de Stetin ciuitati Colbergh siue burgensibus inibi uel aliis quibuscunque, qui ipsam curiam ab eodem Gherardo cum predicta terra comparauerint, titulo emptionis datam a principe prelibato ad Johannem vero Monachum et Tidemannum monachum iusto titulo deuolutam, eisdem eorumque iustis heredibus seu aliis, qui ipsam emerint ab eisdem seu in quos transtulerint, iusto modo tenore presentium confirmamus, decernentes ut curia sepedicta cum terra eidem adiacenti, que quidem terra octo mansos dicitur optinere, sicut predictus dominus Barnim eam exemit, a seruicio exhibendo sit libera

[1]) In der Original-Matrikel stabilientur.

[2]) Fehlt in der Original-Matrikel.

et immunis. Ipsam quoque curiam cum sua terra appositam ciuitati Colbergensi per illustrem principem sepius notatum liberare et priuilegiis gaudere volumus ciuitatis. Hanc proprietatem, ius et libertatem prefatis Johanni et Thidemanno eorumque iustis heredibus seu aliis, qui ipsa bona emerint in futuro, possidendas quiete et libere confirmamus. Testes huius nostre confirmationis sunt nobilis vir Otto comes de Everstein, item Kazimarus, Bertholdus Thuringhus, Dauid, Ludolfus de Lassan, Fredericus de Bevenhusen, milites nostri, et consules ciuitatis Colbergh et alii quam plures fide digni. Vt autem presens confirmatio nostra debita gaudeat firmitate, presens scriptum desuper confectum sigilli nostri appensione iussimus roborari. Datum et actum Colbergh anno domini M.CC.LXX. septimo, dominica qua cantatur Letare.

Siegel an der grün- und schwarzseidenen Siegelschnur fehlt.

Original im Stadt-Archiv zu Colberg.

Abgedruckt bei Riemann, Gesch. der Stadt Colberg, Nachtrag Nr. III.

Die Schriftzüge tragen den Charakter aus dem Ende des 14. Jahrhunderts. Die Arenga ist ganz außergewöhnlich und zeigt durch ihre Wiederholung ein Gefühl der Unsicherheit. An der lose eingezogenen Siegelschnur hat nie ein Siegel gehangen. In der vorliegenden Form ist die Urkunde jedenfalls unecht.

1050.

1277 März 14. (pridie ydus Martii) Colbergh.

Hermann, Bischof zu Camin, gestattet den von Itzehoe kommenden Nonnen, auf der insula s. Marie bei Cöslin ein Kloster anzulegen, und schenkt demselben den Zehnten der genannten Insel.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus inperpetuum. Quamquam quoslibet orthodoxos religionis habitum profitentes teneamur pro uiribus iuxta susceptum pastoralis offitii debitum spiritali(!) solatio et temporali subsidio confouere, precipue tamen illos qui professi ordinem approbatum sane conuersationis exemplo domino elegerunt in ordine strictissimo famulari. Cum igitur dilecte nobis in domino abbatissa et sanctimoniales Cystersiensis ordinis de venerabili collegio sanctimonialium in Esseho eiusdem ordinis a nostra solicitudine euocate, de nostra conscientia et consensu, in insula beate virginis Marie velint ecclesiam sev monasterium construere causa cultum diuini numinis ampliandi et inibi altissimo creatori pro excessibus suis et fidelium deseruire, nos ipsarum desiderium pium immo piissimum intuentes fundum ipsius insule, proprietatem cum terra eidem fundo adjacentem et ad ipsas rationabiliter deuolutam, eisdem tenore presentium confirmamus, abbatiam sanctimonialium prefati ordinis in predicto loco auctoritate ordinaria facientes. Ne autem sine nostro maneant subsidio temporali, decimam de predicta terra nobis competentem et de iure spectantem abbatisse et monialibus in eodem loco temporibus succedentibus existentibus et iugiter domino famulantibus presentibus indulgemus. Testes huius ordinationis, confirmationis et donationis nostre sunt Gherardus scolasticus Caminensis, Heinricus prepositus Runensis, Hildebrandus thesaurarius Colbergensis, Heydenricus, Johannes et Albertus, canonici Colbergenses, item Cazimarus, Dhetlowe de Zlecen, Dauid de Greben, Ludolfus de Lassan, Fredericus de Beuenhusen, milites,

preterea nobilis vir Otto domicellus comes de Euersten. Vt autem temporibus succedentibus contra premissa precludatur omnis occasio malignandi, presens scriptum sigilli nostri appensione iussimus roborari. Actum et datum per manum Johannis curie nostre notarii Colbergh anno domini M.CC.LXX. septimo, pridie ydus Martii.

Das stark beschädigte Siegel des Bischofs an gelb- und rothseidener Schnur anhängend.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Cöslin Nr. 1; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 562; Bibl. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Matrikel des Cösliner Nonnenkl. (Löpersche Bibl. Mscr. 219) fol. 70; Dreger, Registr. II (1277) Nr. 4.

1051.

1277 März 15. (idus Marcii) Stetin.

Herzog Barnim I. schenkt der Stadt Stettin das Eigenthum des Dorfes Krekow mit 60 Hufen und des Dorfes Wussow mit 54 Hufen, welche Dörfer die Stadt von seinen Vasallen erkauft hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Cristi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam generacio preterit et generacio aduenit et suis spaciis transeunt vniuersa, et quicquid sub celi ambitu continetur est uanitas uanitatum et omnia vanitas, necessarium et expediens esse dinoscitur, ut acta principum in sempiternum mansura legittimis documentis et publicis instrumentis adeo perhennentur, ne im posterum in eisdem pateat alicui occasio malignandi. Quamobrem constare uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos ciuitati nostre Stetin et dilectis nostris . . schulteto, . . . consulibus necnon burgensium communitati commorantibus in eadem dedimus per donationis titulum appropriantes villam Crecow cum sexaginta mansis et proprietatem ipsius cum aduocacia, taberna, cum pratis, pascuis, paludibus, siluis, nemoribus, stagnis, riuulis, molendinis constructis et construendis, agris cultis pariter et incultis, et omnibus contentis infra terminos dicte ville, cum omni iure, libertate, utilitate, usufructu, qui in eadem nominari poterunt uel acquiri. Ceterum donauimus antedictis uillam Wossow cum quinquaginta quatuor mansis et proprietatem eiusdem, cum pratis, pascuis, paludibus, siluis, nemoribus, stangnis, riuulis, molendinis constructis et construendis, agris cultis pariter et incultis, et omnibus comprehensis infra metas et terminos uille prehabite deputatos cum omni iure, utilitate et usufructu, qui in ipsa possunt nominari pariter et acquiri. Has inquam duas villas Crecow et Wossow cum omnibus supradictis addidimus, donauimus, appropriauimus dicte ciuitati Stetin et ipsius inhabitatoribus, ut eas habeant et possideant iure proprietatis et ciuitatensi feliciter, pacifice et quiete. Inhabitatores autem earum perfruentur et gaudebunt iure et libertate ciuitatis per omnia Stetinensis. Ydem uero schultetus, consules et communitas prenotatas villas a nostris vasallis et proprietatem earum a nobis pro sua pecunia ualde rationabiliter emendo compararunt. Vt autem hee donationes nostre a nobis, heredibus nostris et successoribus vniuersis in eternum maneant inconuulse, antenominatis ciuitati et eam inhabitantibus presens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri appensione duximus largiendum. Testes huius rei sunt Heidenricus de Clutsow, Gobelo, Johannes de Brelin, Johannes de Steinbek, Gerrardus, Harnid, Harnid, Heinricus, Ursi, Heinricus pincerna, Fredericus de Palude, Richardus de Gorke, milites, item Lippoldus Vrsus,

Arnoldus Suane magister camararius(!) noster, Sulizlaus et plures alii fide digni. Actum et datum Stetin per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini M.CC.LXXVII. idus Marcii.

Siegel von der grün- und rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Stadt-Archiv zu Stettin s. r. Tit. I Sect. I Nr. 3; Abschr. im Grenzbuch von 1567 Tit. XII Sect. 7 Nr. 20 fol. 86; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplom. civit. Stetin P. I Nr. 2; Transs. vom 9. Aug. 1293 P. I Nr. 3; Transs. vom 21. Sept. 1308 P. I Nr. 5; Transs. vom 15. Juni 1309 P. I Nr. 4; Transs. vom 15. Juni 1373 P. I Nr. 79(a) und P. II Nr. 15(a); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 541.

Gedruckt in Hering, Privileg. der Stadt Alt-Stettin Cap. I Nr. 2 S. 1 (Auszug).

1052.

1277 März 20. (tercio decimo kalendas Aprilis) Tanglym.

Die Herzoge Barnim I. und sein Sohn Bogislaw IV. vergleichen Heinrich Behr, seine Brüder und Verwandten mit dem Caminer Domkapitel über den Zehnten im Lande Daber, wonach die deutschen Bewohner von jeder Hufe jährlich zwei Schillinge anstatt des Zehntens an das Domkapitel zahlen, ausgenommen die dem Domkapitel allein zustehenden Hufen, welche demselben auch ferner voll verbleiben.

In nomine domini amen. Dei gracia Barnym et filius suus Bugezlaus duces Slauorum omnibus imperpetuum. Quoniam vanitas vanitatum et omnia uanitas et in rebus humanis nulla certitudo sub celi ambitu continetur, necesse est acta principum sub decursu temporis determinata et ordinata legitimis documentis et publicis instrumentis adeo perhennari, vt in eisdem amputetur omnis occasio malignandi. Quam ob causam constare cupimus generacionibus presentibus et futuris, quod dilecti et fideles nostri Heynricus Vrsus et fratres sui et vniversi cognati eorundem cum honorabilibus viris preposito, decano et capitulo Camynensi super decimis terre Doberen, quantum ad ipsos pertinent secundum formam quam nostris fidelibus in terris circa Regam constitutis ordinauimus prout intelleximus concordarunt eo modo quod de quolibet manso in eisdem desertis sito, culto uel inculto, incole villarum Teutonici cuiuscunque fuerint condicionis, milites, armigeri, seu coloni duos solidos vsualis monete annis singulis in Camyn canonicis infra octavam beati Martini per uillarum villicos presentabunt, exceptis decimis, que ex integro ad prebendas canonicorum pertinent, quas sibi ex integro reseruabunt. Possessores uero villarum quas pro quarto manso possidebunt a solucione pensionis predicte pro eo quod infra octavam Martini dictos solidos Camyn presentent sub suo periculo et in suis laboribus et expensis erunt liberi et soluti, ita tamen quod infra octavam predictam solidos non presentauerint memoratos, penam viginti solidorum incurrant dictis canonicis persoluentes. Si autem penam cum pensione ab octava Martini vsque ad octo dies non persoluerint, extunc excommunicacionis sentencie subjacebunt, ab illo uero die inantea vsque ad quatuordecim dies si ecclesie non satisfecerint, competenter interdicto ecclesiastico subjacebunt. Quod si excommunicacionis et interdicti sentenciam vilipenderint, nos et heredes nostri nos canonicis obligamus per nuncios nostros cum ab ipsis uel nuncio ipsorum fuerimus requisiti, pignera(!) contumacium Camyn canonicis presentabimus. Si uero per negligenciam nostram uel nunciorum nostrorum aut quo-

cunque modo alio pignora infra mensem a tempore monicionis Camyn non fuerint presentata, territorium in quo contumax uel contumaces manserint, subjacebit ecclesiastico interdicto, donec contumax uel contumaces tam de dampno quam de contumacia satisfecerint debite et condigne. Ad hec omnia fideliter exequenda nos et nostros heredes cum appensione nostrorum sigillorum presenti priuilegio obligamus. Testes huius rei sunt Borko, Reinbernus de Wacholt, Johannes de Ertneborch, Johannes Romele, Johannes Scolenthin, Dobizlaus de Wotyk, Fredericus de Oste, Hermannus Thoringhus, Theslaus Albus, Gneumarus Vidante, milites, et plures alii fidedigni. Datum Tanglym per manum magistri Rodolfi nostri notarii anno domini M°.CC°.LXXVII°. tercio decimo kalendas Aprilis.

Transsumt vom 8. März 1321 im Original-Transsumt vom 19. Juli 1356 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 112*; Caminer Matrikel fol. 16; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 547.

Gedruckt in Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 138 Nr. 94 Transs. vom 19. Juli 1356.

1053.

1277 März 20. (in sabbato ante dominicam Palmarum) Roskildis.

Erich, König der Dänen und Slaven, bestätigt den Stralsundern die hinsichtlich der Strandgüter schon unter König Waldemar II. genossene Freiheit und befiehlt seinen Vögten, von den in seinem Reiche verkehrenden Kaufleuten Nichts zu erpressen, sondern das Gekaufte zu bezahlen.

Ericus, dei gracia Danorum Sclauorumque rex, omnibus presens scriptum cernentibus in domino salutem. Notum facimus vniuersis, quod nos dilectos nobis ciues de Stralaesund, quociens et vbi circa partes regni nostri naufragium, quod tamen deus auertat, contigerit eos pati, eisdem libertatibus ac juribus circa res suas de naufragio saluatas vel saluandas gaudere volumus ac vti, quibus tempore dilecti aui nostri regis Waldemari felicis memorie sunt gauisi. Insuper volumus, quod aduocati nostri, quando dicti ciues ad partes regni nostri cum mercibus suis declinauerint, res aliquas ab eis non recipiant nec emant contra eorum voluntatem, set si aliquas res ab eis de bona ipsorum voluntate emerint, mandamus ipsis, vt eisdem ciuibus pro huiusmodi rebus receptis precium quod tenentur, absque omni eorum molestacione ad ipsorum persoluant voluntatem, et hoc non omittant sicut regiam effugere voluerint vlcionem. Datum Roskildis anno domini M°.CC°.LXX°. septimo, in sabbato ante dominicam Palmarum teste domino N. cancellario.

Siegelfragment an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund.

Gedruckt in Sartorius und Lappenberg, Urkundl. Gesch. Nr. 37°; Schwarz, Diplom. Gesch. der Pomm.-Rüg. Städte S. 59; Fabricius III Nr. 127.

1054.

1277 März 20. (proximo sabbato ante dominicam Palmarum) Roskild.

Erich, König der Dänen und Slaven, bestätigt den Greifswaldern die hinsichtlich der Strandgüter schon unter König Waldemar II. genossene Freiheit und befiehlt seinen Vögten, von den in seinem Reiche verkehrenden Kaufleuten Nichts zu erpressen, sondern das Gekaufte zu bezahlen.

E. dei gratia Danorum Sclauorumque rex, omnibus presens scriptum cernentibus in domino salutem. Notum sit vniuersis, quod nos dilectos nobis ciues de Gripeswold, quociens et vbi circa partes regni nostri naufragium, quod tamen deus auertat, paciuntur, eisdem libertatibus ac jvribus circa res suas de ipso naufragio saluatas vel saluandas gaudere volumus ac vti, quibus tempore dilecti aui nostri regis Waldemari felicis memorie sunt gauisi. Insuper volumus, quod aduocati nostri, quando dicti ciues ad regnum nostrum declinauerint res aliquas, ab eis non emant nec recipiant contra ipsorum voluntatem. Set si aliquas res ab eis emerint de ipsorum bona voluntate uel receperint, mandamus ipsis, vt eisdem ciuibus pro huiusmodi rebus receptis precium suum, quod habere tenentur absque omni eorum molestacione ad ipsorum persoluant voluntatem, sicut regiam effugere voluerint vlcionem. Datum Roskild anno domini M°CC°LXX° septimo, proximo sabbato ante dominicam Palmarum.

Siegelbruchstück an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald. Nr. 26[b].

Gedruckt in Gesterding, Beiträge 1. Forts. S. 39; Fabricius III Regeste 192 (irrthümlich 20. August).

1055.

1277 März 21. (XII. kalend. Aprilis) Tanglim.

Herzog Barnim I. giebt dem heil. Geist-Hospital zu Anklam das Eigenthum von zehn Mark Rente aus der Münze daselbst.

Barnym dei gratia dux Slavorum omnibus christifidelibus inperpetuum. Transeunt in obliuionem acta principum sub fluxibilitate temporis ordinata, si non receperint testium veritate et scripture testimonio firmamentum. Qua de causa notum esse volumus generacionibus presentibus et futuris, quod nos dedimus cum proprietate decem marcas denariorum in moneta Tanglym domui s. spiritus inibi in sempiternum feliciter et pacifice possidendas, quas Johannes Romele miles, dilectus noster et familiaris, a nobis in feodo habuit. Dimisit domui prenotate quatuor marcas pro se et suorum resignans ipsi domui remedio salutari et sex marcas in aqua recipiens pro restauro, quarum proprietatem ad instanciam Johannis militis de Scolentin dederamus domui iam predicte, quas decem marcas procuratores eiusdem domus in ipsa moneta annis singulis recipient expedite, nisi sic eueniret, quod absit, quod nos aliquando tolleremus easdem tunc in nostris redditibus, vbi eos habuerimus, dictas marcas recipi faciemus. Ad horum euidenciam certiorem dicte domui presens instrumentum sigilli nostri appensione duximus largiendum. Huius facti testimonium faciunt idem Johannes Romele, Johannes de Scolentin, Johannes de Ertneborch, Reinbernus de Wacholt, Wernerus

et Oldagus, Hermannus de Palude, Richardus de Gorck, Heynricus de Zaenz, milites, et plures alii fidedigni. Actum et datum Tanglym per manum magistri Rodolfi nostri notarii anno domini M.CC.LXXVII. XII. kalend. Aprilis.

Original-Transsumt vom 1. Januar 1339 im Stadt-Archiv zu Anklam s. r. Nr. 66; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatar. civit. Anclam. S. 36 Nr. 26; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 546.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Bibl. V S. 229; Stavenhagen, Chronolog. Beschreibung der Stadt Anklam S. 324 Nr. 8.

1056.

1277 April 4. (pridie nonas Aprilis) Stettin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Jungfernkloster vor Stettin das Dorf Pritzlow mit 30 Hufen.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus, ad quos presens peruenerit pagina, in perpetuum. Ab eo per quem reges regnant et principes obtinent principatum, constituti potestate seculari in partem regiminis populi christiani, beneficiorum non immemores acceptorum ad nostrae pertinet sollicitudinis dignitatem, deo dicatis ecclesiis et personis religiosis per subuentionem rerum temporalium sic adesse, ut laudibus saluatoris ualeant liberius inhaerere et pro nobis et nostris progenitoribus clemenciam implorare. Qua de causa notum esse volumus venerandę nationi praesentium et faelici successioni futurorum, quod nos donauimus donationis titulo [appropriantes][1]) ecclesiae, abbatissae et conuentui sanctimonialium Stettin ordinis Cystersiensis villam Priszlaue et proprietatem eiusdem cum triginta mansis, cum pratis, pascuis, siluis, nemoribus, paludibus, aquis, stagnis, riuulis, molendinis, agris cultis pariter et incultis, cum aduocatia et omni iure et libertate et vniuersis pertinenciis villam ad eandem, et qualibet vtilitate et omnimodo vsufructu, qui in ipsa villa et mansis eiusdem prenotatis nunc et in posterum possunt nominari vel acquiri, in sempiternum feliciter et pacifice possidendam. Testes huius rei sunt Heidenricus de Klutzouu, Henricus pincerna, Fredericus de Hindenborch, Johannes de Leuenouu, Johannes de Stenbeke, Fredericus de Palude, milites, Woldemarus et Wedekinus de Wansleue, Johannes et Boldriamus de Blanckenborch et Albertus de Insleue, Tidemannus de Putenitze, Hinricus et Hermannus de Schenig et Albertus miles de Insleue, et plures alii fidedigni. Vt autem huius nostrae donationis [firmitas][2]) a nobis et haeredibus nostris in aevum maneat inconuulsa, praesens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri appensione ecclesiae, abbatissae et conuentui praedictis duximus largiendum. Datum Stettin per manum magistri Rodolfi nostri notarii anno domini 1277 pridie nonas Aprilis.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin; Matrikel des Stettiner Nonnenklosters (p. 53) fol. 34 Nr. 55; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 544; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzens Extract fol. 294.

---

1) Die Matrikel hat apparentes.

2) Desgl. nostrae firmitatis.

1057.

1277 April 18. (XIIII. kal. May) Camin.

Hermann, Bischof zu Camin, schenkt der Stadt Colberg das Dorf Coykow, wie es Peter Warolt besessen.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus hanc litteram intuentibus salutem in auctore salutis. Tenore presentium notum esse cupimus uniuersis, quod villam Coycowe dictam cum silua et distinctione, prout Petrus Warolt dictus eandem uillam suis temporibus possidebat, ciuitati nostre Colberg de bona voluntate nostra liberaliter ad commodum et vsum ipsius donauimus quiete perpetuis temporibus possidendam. Huius donationis nostre testes sunt dominus Hinricus comes de Kircberghe, Kazimarus, Borco, Johannes Culo, Bizpraus, Thetzlaus et Guthimarus germani de Komerowe, Thetzlaus Albus, Woyno Luscus, milites, Hinricus prepositus, Ger.[1]) thesaurarius, Colbergenses, N. canonicus ibidem, magister L. scolasticus Caminensis. Vt autem hec donatio firmitatem et robur perpetuum optineat, presentem paginam ipsi ciuitati dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Camin anno domini M.CC.LXX.VII. XIIII. kal. May pontificatus nostri anno [X]XIII.[2])

Original-Transsumt von 1290 und 1304 im Stadt-Archiv zu Colberg; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 563.

Gedruckt in Schöttgen und Kreysig, Diplom. III S. 7 Nr. 8; Transs. vom 5. März 1390 S. 13. vergl. Quandt in den Balt. Stud. X. 1. 175 (1267).

1058.

1277 April 26. (sexto kalend. Maii) in villa Bredowe.

Herzog Barnim I. befreit sämmtliche Einwohner seines Landes, welche zu Wasser nach Wollin handeln, vom Zoll daselbst.

Barnim dei gracia dux Slauorum dilectis suis aduocato, subaduocato in Wolin ac ceteris in nostro dominio constitutis, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Notum vobis esse volumus presentibus et futuris, quod vniuersi habitatores nostrarum ciuitatum et terre nostre visitantes nauigio opidum nostrum Wolin precedendo, eundo, veniendo et recedendo, de nauibus et rebus suis qualibuscunque thelonium nullum dabunt et a solucione thelonei semper manebunt liberi et exempti. Vnde vobis aduocatis et subaduocatis precipimus et mandamus, vt a dictis hominibus nostris nullum thelonium exigatis nec recipiatis, et quod talem libertatem hominibus nostri dominii dederimus, tenore presencium protestamur. Actum in villa Bredowe mediante Heinrico de Zaiensz familiari nostro et datum ibidem per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii,[3]) anno domini M.CC.LXXVII sexto kalend. Maii.

Original-Transsumt vom Jahre 1315 im Stadt-Archiv zu Wollin s. r. II Nr. 12; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Bagmihl'sche Abschriften Nr. 2[r].

---

[1]) Das Transsumt von 1304 hat die Namen der Zeugen als Gerardus, Nicolaus und Lambertus ausgeschrieben.

[2]) Bischof Hermann datirt seine Regierungszeit von seiner Weihe an, welche zwischen dem 1. und 6. Dezember 1254 erfolgte. Vgl. Bd. I S. 244.

[3]) Das Transsumt hat notarii.

1059.

1277 April 26. (sexto kal. Maji) Vkermunde.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Stolp 13 Hufen im Dorfe Strettense.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis cristifidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam propter lapsum primi parentis totum genus humanum est uirtute memoriali deprauatum et ignorancie nubilo obfuscatum et ideo est vanitas vanitatum et omnia vanitas, et nullius rei certitudo sub celi ambitu reperitur, necessarium uero exinde dinoscitur existere, ut donationes que deo dicatis ecclesiis et viris religiosis a principibus tribuuntur, ut ipsorum conditio emendetur ad insistendum liberius laudibus omnium conditoris, legittimis documentis et publicis instrumentis adeo perhennentur, ut immutari imposterum non valeant uel infringi. Qua de causa transmittere cupimus venerande nationi presentium et felici successioni futurorum, quod nos honorabilibus viris dilectis nobis in Christo . . abbati et conuentui et ecclesie ipsorum Stolpensi ordinis sancti Benedicti dedimus et titulo donationis appropriauimus in villa Tristense tredecim mansos et proprietatem eorundem tredecim mansorum cum omni iure et qualibet libertate et omnimoda utilitate et pariter usufructu, qui in dictis mansis nunc sunt et postea nominari poterunt seu acquiri, transferentes in ipsos omne ius quod in dictis mansis nobis et heredibus nostris competebat, feliciter in sempiternum et pacifice possidendum. Vt autem hec donatio nostra in euum maneat inuiolabilis et perseueret, presens instrumentum inde confectum antenominatis dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Testimonium huic rei faciunt Johannes Romele, Johannes de Scholentin, Fredericus et Hermannus de Palude, Hermannus et Arnoldus de Vizen, Richardus de Gork aduocatus noster de Tanglim, Oldagus et Wernerus de Zverin, Rodolfus de Nienkerken, Johannes de Brelin, Heinricus de Zaiensz, milites, et Luther aduocatus noster et plures alii fide digni. Datum Vkermunde per manum magistri Rodolfi nostri notarii anno domini M̊.CC̊.LXXVII̊. sexto kal. Maji.

Das Siegel von der rothseidenen, geflochtenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Kl. Stolp Nr. 17.

1060.

1277 April 30. (feria sexta ante rogacionum) in villa Brunne.

Herzog Barnim I. übergiebt Stadt und Land Colberg in den Grenzen, wie sie zu den Zeiten der Burggrafen zu Colberg, Borco und Kasimarus, bestanden, dem Bischof von Camin unter der Bedingung, daß letzterer dasselbe nicht den Markgrafen zu Brandenburg vereignen darf, und nimmt es als Lehen zurück. Borco, der Dekan zu Camin, Kasimir und Tezlaw Witte sollen die Grenzen bestimmen und nöthigenfalls eidlich erhärten. Der Bischof zahlt 3500 Mark, tritt die Dörfer Wotenik und Seedorf bei Demmin ab gegen zwei andere gleich gute Dörfer um Germin oder wo er sonst will. Der Zehnten der Dörfer Poggendorf, Candelin, Drosedow, Golenbeke wird unter Bischof und Herzog getheilt und jedem die Anwartschaft auf die Hälfte des Zehntens aus dem Dorfe Daberkow zuerkannt.

Nos Barnym dei gracia dux Slauorum notum facimus per presentes, quod venerabili

domino Hermanno Caminensi episcopo super dimissione terre Colberg sibi et ecclesie Caminensi concordauimus in hunc modum, quod ipsi et dicte ecclesie dimisimus ciuitatem et totam terram Colberg cum eisdem terminis, qui tunc pertinebant ad dictam terram, quando Borco et Kazimarus fuerunt burchgrauii in castro Colberg, et nos ipsam terram tenebimus in feodi possessione ipsi episcopo et suis successoribus, quam diu placuerit eidem, et dictam terram et bona in ipsa conferemus feodaliter quibuscunque ipse duxerit conferenda. Et idem episcopus non conferet nec dimittere poterit dictam terram et ciuitatem Colberg marchioni Brandenburgensi ullo modo, nisi nos et heredes nostri in ipsa terra tanta incomoda generaremus eidem, quod demonstrare patenter posset, quod compelleretur dimittere ipsam terram propter fatigamina ipsi facta. Preterea idem episcopus et nos utrimlibet compromisimus in Borconem, decanum Caminensem, Kazimarum et Theszlaum Album, quod debent distinguere antiquos terminos terre Colberg qui ad ipsam spectabant, quando Borco et Kazimarus fuerunt burchgrauii in castro Colberg, et si dictos quatuor nolumus supportare, iurare debent cum distinxerint, quod distinctionem fecerint plenarie atque iuste et quod termini hii sint iusti et recti. Item episcopo et ecclesie memoratis dimisimus ipsam terram cum aquis, pascuis, pratis, paludibus, stagnis, riuulis, siluis, nemoribus, agris cultis pariter et incultis, vsuagiis et vniuersis contentis infra terminos memoratos cum omni iure, et transtulimus in ipsos omne ius, quod nos et heredes nostri in terra habuimus prenotata. Item homines in ciuitate et terra Colberg in perpetuum et nunc existentes retinebunt eandem libertatem in omnibus per totum dominium nostrum, quam habuerunt, antequam ipsam terram dimitteremus. Pro dicta terra dominus episcopus dedit tria milia marcarum argenti et quingentas marcas argenti, et dimisit nos duas villas scilicet Wothenich et Sedorp, et inter ciuitatem Dimin et ipsas villas distinguemus terminos et metas eo modo, quo dominus episcopus eas debuit limitare. Et pro ipsis duabus villis proprietatem duarum villarum tam bonarum circa Germin aut alias ubicunque uoluerit acceptare, dabimus domino episcopo prenotato cum tot mansis quot habent dicte uille. Item dominus episcopus medietatem decime et nos aliam medietatem villarum Pockendorp, Candelin, Drusdow, Golenbecke conferemus quibus de iure fuerint conferende. Item exspectationem que dicitur aneuelle medietatis decime uille Daberkow dominus episcopus et nos alterius medietatis decime conferemus. Vt autem omnia prescripta utrobique maneant inconuulsa, idem dominus episcopus et sui duo milites Olricus Saxo et Ludeco de Lassan [nobis promiserunt fide data et e converso nos] cum militibus nostris Johanne de Scholentin, Rodolfo de [Niegenkerken, Johanne Romelo, Frederico Munt,] Hermanno de Palude, promisimus etiam fide data. Actum in [villa Brunne anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo] feria sexta ante rogacionum.

Die Siegel sind abgerissen.

Das (beschädigte) Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 7ᵃ; Caminer Matrikel fol. 125 (p. 444); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 551; Biblioth der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1277) Nr. 2; Dregersche Abschr. (nach Schöttgen) in der Löperschen Biblioth. Mscr. 9 Cod. dipl. IV S. 174 Nr. LIV; Klempzens Extract fol. 268ᵛ.

Gedruckt in Schöttgen und Kreysig, Diplom. III S. 7 Nr. 9 nach einer Abschrift; Riedel, Cod. dipl. Brand. II. 1. S. 130 Nr. 172; Wachsen, Gesch. der Altst. Colberg S. 34 (Bruchstück); Fabricius III Nr. 129 (21. Mai).

1061.

1277 Mai 6. (pridie nonas Maji) Vkermunde.

Die Herzoge Barnim I. und sein Sohn Bogislaw IV. vergleichen sich mit dem Kloster Belbuck wegen der Stadt Treptow a. R., deren Hälfte sie von dem Altar des Klosters zu Lehen nehmen. Die Hälfte der Mühlen weisen sie als Ersatz für drei zerstörte Fischwehre in der Rega an, treten somit die ganzen Mühlen auf der Rega ab, geben dem Kloster die Dörfer Treptow und Crechhusen mit Sodolin und Gumtow und das Patronat der Kirchen zu Treptow a. R.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Dei gratia Barnim et suus filius Buguslaus duces Slauorum omnibus Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam generatio praeterit et generatio aduenit et temporum spatiis transeunt uniuersa et nullius rei certitudo remanet iam sub sole, necessarium et expediens esse dinoscitur, ut acta et ordinationes principum, quas cum uiris religiosis et deo dicatis ecclesiis statuunt et ineunt, legitimis documentis et publicis instrumentis adeo perhennentur, ut in eis in posterum nulla inueniatur occasio malignandi. Quamobrem transmittere cupimus cognitioni uenerandae nationis praesentium et felici successioni futurorum, quod nos cum honorabilibus viris dilectis nobis in Christo abbate et conuentu in Belbuch ordinis Praemonstratensis super possessionem ciuitatis Trebetow cum Teutonicis et iure Teutonicali concordauimus et conuenimus in hunc modum, quod abbas conuentus et ecclesia Belbucensis habebunt et retinebunt mediam partem ciuitatis et mediam partem monete et eius medietatem, quod de iuditio prouenit, et medietatem prouentuum, vtilitatum et vsufructuum praehabitae ciuitatis in sempiternum possidendam. Reliquam mediam partem ciuitatis cum medietate omnium prouentuum iam dictorum ab altari beatorum apostolorum Petri et Pauli ecclesiae praedictae recepimus in uerum feodum et legale, et nos praestitimus et haeredes nostri praestabunt abbati et conuentui et ecclesiae dictae fidelitatis iuramentum, quod ordinationem factam circa ipsam ciuitatem inter nos et ipsos et ipsorum libertates et iura debeamus in omnibus fideliter et inuiolabiliter obseruare. Et cum medietate molendinorum, quae nobis competere deberet, recompensauimus eis tres clausuras in Rega destructas. Et sic omnia molendina in Rega fluuio constructa et construenda in terminis istius ciuitatis cum obstructione aquarum et comportatione aggerum, ubicunque opus fuerit, cum omni iure et vtilitate praenominati sibi ex integro reseruabunt. Restaurabimus autem eisdem duas uillas Trebetow et Cricus, oppositas ipsi ciuitati, cum proprietate duarum villarum uidelicet Sodolin et Gummetaw, quas ipsis donauimus, cum omni iure, inhabitatores earundem a nobis exhibendis seruitiis quibuslibet totaliter absoluentes. Et ecclesiam parrochialem cum dote et curia seu praedio et fundo suo, mensura duarum [curiarum mensuratam] [1]) et omnes ecclesias in ipsa ciuitate, et locum claustralem cum octo mansis in campo ciuitatis praehabiti libere retinebunt, et rei de quocunque excessu in ciuitate uel extra commisso ad ipsum monasterii constructi uel construendi locum confugientes securitatem habebunt et pacem, nec eos inde uiolenter extrahi debere a quoquam decreuimus seu auferri. Et nulli religiosi in ipsa ciuitate poterunt occupare aut habere mansionem praeter dictum claustrum. Item aduocatus noster assumpto aduocato eorum in ipsa ciuitate omnes causas, iuditia et excessus iudicabit, et quicquid de huiusmodi prouenit, eius medietatem noster et medietatem ipsorum aduocatus

---

[1]) Nach der Dregerschen Abschrift. Die Matrikel hat arearum mensum.

tollet. Et officiales eorum in ciuitate emant et vendant libere sicut burgenses ciuitatis, et consules ciuitatis omnium prouentuum praedictorum medietatem eisdem singulis annis praesentabunt et ad id faciendum se suis priuilegiis publicis et sigillo eorum sigillatis obligarunt. Et singulis annis ipsis fidelitatis iuramentum praestabunt, quemadmodum praestant ciuitati et iidem dimiserunt nos solutos ab omnibus debitis, in quibus ipsis fuimus obligati cum hoc relaxantes nobis, si aliquid ipsis intulerimus grauaminis uel offense. Et nos promisimus ipsis econuerso, quod eos tam nos quam haeredes nostri ac successores ipsorum priuilegia siue a nobis siue a nostris progenitoribus ad honorem dei eis concessa integra firmiter obseruare et eos iugiter in omnibus fauorabiliter debeamus promouere et ut liberius diuinis queant intendere, ab incursibus malignantium securos reddere et tueri. Termini uero ciuitatis uersus aquilonem extenduntur usque ad riuulum, qui fluit inter Holin monticulum et Flodirke, et ultra illum riuulum in illa parte Rege habebitur communis usus in acquisitione lignorum tam praedictorum quam inhabitatorum ciuitatis, sed fundus et terra in loco lignorum semper ecclesiae remanebunt. Item in alia parte uersus austrum usque ad terminos villae Clotecaw ciuitatis termini protenduntur. Ceterum ad partem orientalem de primo fossato, per quod fluit Rega usque utrumque pontem in ingressu ex exitu ciuitatis, ad sanctimoniales pertinebit, et quod ad occidentem, retinebit ciuitas. Item pro prato, quod sanctimoniales orientali parte retinent, ciuitati locum alium ad usum graminum et pascuorum, ubi carere uoluerint, demonstrabunt. Praeterea ante nominatis et inhabitantibus ciuitatem erit communis piscatio in ipso Rega usque ad stagnum, per quod fluit Rega, et in ipso stagno piscatores ciuitatis cum hamis et minutis retibus piscabunt(!), de fine uero stagni usque ad portum et in ipso portu maris piscationem ciuitatenses nullo modo exercebunt nec in maiori Rega, qui Sagata uocatur, piscabuntur. Et abbas et conuentus habebunt et construent clausuras in Rega, ubicumque ascensus et descensus nauium non poterit impediri per easdem. Vt autem omnium horum robur praescriptorum maneat in perpetuum et a nobis nostrisque haeredibus seu successoribus immutari non ualeat uel infringi, praesens instrumentum super hiis confectum cum appensione nostrorum sigillorum in certum testimonium et uerum munimentum abbati et conuentui nec non ecclesiae Belbucensi duximus largiendum. Extra cuius tenorem nullae literae habebunt valorem, nisi consensu et voluntate abbatis et conuentus praedictorum fuerint approbatae. Testes huius sunt Wiardus abbas Vznamensis, Conradus praepositus, Johannes decanus ecclesiae Stetinensis, clerici, Borco, Johannes de Heidebrake, Ludolphus da Nigenkerkenn, Johannes de Berlin, Arnuldus de Vizen, Heinricus de Z[a]entz,[1]) Hermannus Dorinck, milites, et alii plures fidedigni. Actum et datum Vkermunde per manum magistri Rudolphi curiae nostrae notarii anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, pridie nonas Maji.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbucker Matrikel (p. 53) fol. 26ᵛ Nr. 25; Transſ. vom 22. Jan. 1310 fol. 47 Nr. 44; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 549.

1062.

1277 [Mai 14. (2. idus Maii) in ciuitate Plawe].

Heinrich und Johann, Fürsten von Werle, verleihen den Geistlichen ihres Landes das Gnadenjahr unter Zustimmung der Bischöfe von Schwerin, Camin und Havelberg, mit der Verpflichtung zu gemeinschaftlicher jährlicher Memorie und Todtenmesse für das fürstliche Haus.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Henricus et Johannes miseratione

[1]) Die Matrikel hat Zuentz.

diuina domini de Werle omnibus imperpetuum. Que confirmat uox testium uel viuax littera, permanere debent firmiter inconcussa. Hinc est quod ad vniuersorum tam presentium quam futurorum notitiam uolumus deuenire, quod nos qui omnes in districtu positos tenemur in sua iusticia ex zelo rectitudinis confouere, maxime tamen ecclesias et personas ecclesiasticas, sine quibus fidei sacre religio stare non poterit, (debere) in suis libertatibus promouere, vniuersis ecclesiarum rectoribus aliisque clericis per omnem nostrum districtum ecclesiastica beneficia cum cura optinentibus, quorum domus adeo sunt communes, quod propter hospitalitatem et alia caritatis opera post obitum ipsorum tanto premuntur onere debitorum, quod ad persolutionem ipsorum proprie non suppetunt facultates, de consensu venerabilis in Christo patris ac domini nostri Hermanni episcopi Zwerinensis annum gratie a die mortis eorum in beneficiis, que habuerant de bona uoluntate et maturo consilio contulimus sub hac forma, quod si contra ipsorum aliquem legitime probatum fuerit, quod detesserator ecclesiasticorum bonorum [uel publicus potator exstiterit aut manifestam cohabitacionem habuerit, a predicta reddatur gratia alienus; ecclesiam vero testatoris (!) uel amici discedentis, si testatores defuerint per idoneas personas interpositas de bonis ecclesie per illius anni circulum officiare debebunt. Hanc tamen gratiam ipsis contulimus ob hanc causam, quod vniuersi in ecclesiis sibi propinquioribus et magis sollempnibus die dominica post ascensionem domini insimul in religione sua compareant, vigilias de vespere, necnon de mane missarum sollempnia ob salutem anime dilecti patris nostri domini Nicolai de Werle felicis memorie et matris nostre domini Jutte, necnon et nostri, postquam nos obire contigerit, prout deuotius poterunt, peragendo. Volumus etiam, quod si quis eorum probabili ac legitima necessitate non compulsus, sicut premissum est, comparere neglexerit, in pena pecuniaria condempnetur, videlicet in talento, quod ipso tempore pro sociorum arbitrio in eorundem consolationem omnium expendatur. Ut igitur hec nostra tam salubris collatio futuris temporibus maneat inconuulsa, presentes litteras sigillorum nostrorum ac venerabilis patris nostri domini Hermanni Zwerinensis episcopi munimine fecimus roborari. Testes huius facti sunt dominus Nicolaus Gallus, promotor huius negotii principalis, in cuius facti recompensationem memoria ipsius non deerit, debet merito nec deesse; milites et alii Hinricus de Cremun, Gerardus Ketelhot, Johannes Coz et Hermannus Coz, Hinricus de Vlotowe, Hinricus Luch et Godeko Luch, Nicolaus de Brvzeviz, Brizzebur et Johannes frater suus et alii quam plures milites ydonei et honesti. Datum anno domini M̊.CC̊.LXXVII̊. per manum Hermanni notarii.

Siegelbruchstück an roth- und gelbseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Schwerin. Zweite Ausfertigung im Diplomatar des Dom-Collegialstifts Güstrow Urk. Nr. 53; Dritte Ausfertigung aus D. Clandrians Extract der Röbelschen Kirchenbriefe vom Jahre 1577 im Großh. Mekl. Archiv zu Schwerin. Die dritte Ausfertigung schließt nach Clandrians Auszug mit der Datumzeile „Acta in ciuitate Plawe, anno domini 1277, 2. idus Maii“.

Gedruckt bei Lisch, Urkunden des Geschl. Hahn I S. 71; Mekl. Urk.-Buch II S. 567 Nr. 1437;

1063.

1277 Mai 16. (XVII̊. kalendas Juny) Trepetow.

Herzog Barnim I. verleiht dem Bischofe Hermann und der Kirche zu Camin das Eigenthum eines Hofes mit zwei Hufen im Dorfe Teusin.

In nomine domini amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus ad quos presens

scriptum peruenerit inperpetuum. Quoniam vniuersorum acta negociorum naturam temporis inmitantur, si non perhennentur publicis instrumentis et legitimis documentis, sane notum esse volumus nacionibus presentibus et futuris, quod nos venerabili patri domino Hermanno Camynensis ecclesie episcopo suisque successoribus ac ipsi ecclesie Camynensi donauimus in villa Tusne curiam vnam cum duobus mansis nec non proprietatem eorundem cum omni jure et libertate in sempiternum feliciter et pacifice possidendam. Vt autem hec nostra donacio in posterum immutari non valeat uel infringi, presens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri appensione prenominatis duximus largiendum. Testes huius rei sunt Johannes de Brelyn, Hermannus de Palude, Johannes Krane, Nicolaus Drake, Fredericus Wlpes, Johannes de Heydebrake, Johannes de Penitz, Arnoldus de Sconenuelde, milites, et Lucher advocatus, Arnoldus Swane magister camerarius, et plures alii fidedigni. Actum et datum Trepetow per manum magistri Radolfi curie nostre notarii, anno domini M̊.CC̊.LXXVII̊. XVII̊. kalendas Juny.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Original-Transf. s. r. Bisth. Camin Nr. 111; Caminer Matrikel fol. 30 (p. 98) Transf. von 1356; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr 550.

1064.

1277 Mai 16. (XVII̊ kalendas Junii) Jermin.

Hermann, Bischof zu Camin, schenkt dem Kloster Stolp zum Gedächtniß seiner selbst und seines verstorbenen Bruders Ernst, Grafen zu Gleichen, welcher zu Stolp begraben worden, wegen der Wirren, die das Kloster um sein Dorf Corazlanz erlitten, das Dorf Senin zu vollem Rechte.

In nomine domini amen. Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam hominum succrescente malicia ea, que uenerabilibus ecclesiis aut aliis piis locis legitime sunt collata, peruersis cauillacionibus ac machinacionibus sepius inmutantur, expedit ut donaciones racionabiliter celebrate ad perpetuam rei memoriam scriptis autenticis perhennentur. Ad noticiam igitur singulorum tam presentium quam futurorum uolumus peruenire, quod ecclesia Stolpensi ordinis beati Benedicti nostre dyocesis in terminis uille ipsorum, scilicet Corazlanz, site in terra Usnamensi, multas aduersitates et molestias sustinente, nos ipsorum turbacionibus condolentes pro nostrorum remedio peccatorum necnon fratris nostri Ernesti comitis de Glichen, qui ab ipsis (est) in Stolp est sepultus monachis, ac propter multa honesta seruicia, hospitalitatis scilicet et alia, que nobis ab eadem facta sunt, contulimus et donationis titulo appropriauimus ecclesie in Stolp necnon personis inibi domino pro tempore famulantibus villam Senin in terra Usnamensi sitam cum omni jure ac proprietatis titulo, terminis et attinentiis suis et hiis, que infra ipsos terminos continentur, scilicet viis et semitis, agris cultis et incultis, aquis, fluuiis, stangnis et paludibus, piscationibus ac omni utilitate, que in ipsa est uel pro tempore haberi in ipsa poterit uel acquiri, necnon ab omni exactione liberam, et quicquid juris in ipsa uilla dinoscimur habuisse, sperantes et in domino firmiter presumentes, quod ex hoc eorum turbationibus succurrimus, districtius inhibendo ne quis huic nostre donacioni audeat contraire. Testes hujus sunt honorabiles uiri magister Gherardus scolasticus ac Henricus canonici Caminenses,

Theodericus canonicus Colbergensis, Johannes notarius noster, preterea Ulricus Saxo marscalcus noster, Ludolfus de Lassan, milites, et alii plures tam clerici quam laici fide digni. Vt autem presens nostra donatio debita gaudeat firmitate, eam sigilli nostri appensione jussimus roborari. Actum Jermin anno domini MCCLXX septimo, XVII kalendas Junii, pontificatus nostri anno XXIII.

Siegel von der weißseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Kl. Stolp. Nr. 18.

1065. Unecht.

1277 Mai 23. (die sancte trinitatis) in Slupzk opido.

Mestwin II., Herzog von Pommerellen, giebt dem Ritter Miroslaw Roswarowitz das Erbe Strelino für das Erbe Nemitz.

In nomine dei eterni amen. Memorie obliuio nouercatur et longinquitate temporis gestorum series obscuratur, nisi uiuacibus litterarum indiciis ad posteros propaletur. Quare nouerint vniuersi presentes et posteri hanc paginam inspecturi, quod nos Msciwius dei gracia dux tocius Pomeranie militi nostro Miroslavo dicto Roswarouiz[1]) suisque post eum heredibus et legittimis successoribus contulimus et dedimus hereditatem Strelino wlgariter nuncupatam pro hereditate que Nemce dicitur nomine transaccionis jure hereditario in veramque proprietatem in perpetuum possidendam cum omnibus vtilitatibus et iure, quo relictam et mutatam tenuit et possedit, cum pratis, pascuis, siluis, nemoribus, agris cultis et colendis, aquis, aquarum decursibus, riwlis, lacubus, paludibus, montibus et vallibus, molendinis hac prorsus cum omnibus vtilitatibus, que intra suos limites et gades nunc sunt vel postmodum esse poterunt, nunc aparent vel postmodum aparebunt. Vt autem hec nostra donacio omni evo inuiolabilis perseueret, presentem paginam nostri sigilli munimine contulimus roboratam. Testes autem huius donacionis sunt comes Swenza palatinus Gdanensis, comes Ceslaus tribunus Slupensis, comes Miroslaus thesaurarius Slupensis, comes Laurencius subcamerarius Slupensis, comes Pomorcius subdapifer Slupensis, comes Paulus subpincerna Slupensis, comes Mscina, Stephanus filius Chvalimiri armiger domini, et alii quam plures viri fidedigni. Actum et datum in Slupzk opido die sancte trinitatis anno domini M.CC.LXX septimo.

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stolp Nr. 1; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplom. civit. Stolp. Nr. 38; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 543.

Gedruckt in Haken, Erster Beitrag zur Stadtgesch. von Stolp S. 6, zweiter Abdruck S. 8 (Regeste).

---

[1]) militi nostro Miroslavo dicto Rosw— ist mit blasserer Tinte eingefügt. Die Schrift der Urkunde ist verwaschen, als ob dieselbe erst vorgeschrieben und nachher nochmals übergezogen wäre, um ihr einen älteren Charakter zu verleihen. Da nun auch die Zeugen sämmtlich erst dem folgenden Jahrzehnt angehören, so liegt der Verdacht einer Fälschung sehr nahe.

1066.

1277 Juni 15. (XVII. kalendas July) Stetin.

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Colbatz sein Recht an die neue Stadt Damm nach ihrer Befestigung, wie auch die Mühlengerechtigkeit auf der Plöne und die Fischerei auf dem Dammschen See.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnym dei gracia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam generatio preterit et generatio aduenit et suis spatiis transeunt vniuersa et nichil certi sub celi ambitu continetur, necesse est acta principum in fluxibilitate temporis ordinata legitimis documentis et publicis instrumentis adeo perennari, ut in eis inposterum omnis calumpnia amputetur. Cupientes nostre saluti prouidere et ecclesiarum indempnitatibus precauere, ut post decessum nostrum donationes et libertates, quas ecclesiis donauimus, a nostris successoribus immutari non valeant uel infringi, quam ob causam constare volumus nationibus presentibus et futuris, quod licet oppidum Dambe procurauimus muniri, quod per ipsam munitionem ecclesie abbati et conuentui de Colbaz ordinis Cysterciensis non debeat in ipso oppido aliquod preiudicium generari, sed libertatibus ab antiquis temporibus ibidem habitis videlicet in pratis, pascuis, aquis, fluminibus, siluis, (aquis), agris cultis et incultis, ferrifodinis, salinis, viis et semitis, molendinis etiam constructis et construendis, infra dictam munitionem et extra, et in areis appositis et apponendis prehabitis molendinis cum omni jure, prouentu et utilitate, que nunc est uel in futurum haberi poterit, libere perfruentur. Volumus nichilominus, ut termini qui distincti sunt a monte Woz per antiquam semitam usque ad terminos distinctos inter Dambe et Hoykendorp cum prato eidem ville Hoykendorp adjacenti inuiolabiliter perseuerent. Item concedimus ut pistores de Stetin siue alii quicunque ad molendina dictorum fratrum annonam suam ad molendinum seu intra munitionem uel extra applicuerint absque omni thelonii et vngeldi impetitione libere apportent et reportent. Donauimus eciam eisdem specialiter ut nulli hominum liceat Plonam abducere ab alueo suo originali usque in stagnum Dambe in eorum preiudicium et grauamen, quemadmodum in priuilegiis ipsorum inde confectis plenius continetur, quod Plona fluuius a primo ortu suo usque in stagnum Dambe est appropriatus ecclesie et conuentui predictis cum omnimoda libertate et canale quod ciues ejusdem oppidi de Plona sibi fecerunt sicut fidedigna promiserunt ad arbitrium et uoluntatem sepedictorum fratrum debet obstrui et aperiri. Insuper fratres dicte ecclesie cum eorum nauibus atque rebus a solutione thelonei et vngeldi tam in ciuitate Dambe quam in omni nostro dominio et districtu ab omni exactione quocunque nomine censeatur liberos esse uolumus et exemptos. Ceterum si in ipsa ciuitate Dambe plures ecclesie de nouo edificate fuerint ipse sicut et antiqua jure patronatus ad Colbacensem ecclesiam pertinebunt. Preterea si fratres predicte ecclesie animalia uel cibaria aut res alias qualescunque emerint in ipsa ciuitate, inde nulli omnino homini theloneum soluent aut vngeldum, sed a solutione ipsorum manebunt liberi et immunes. Piscationes uero in stagno Dambe et in omnibus locis que nobis in presenti pertinent vbicunque cum maiori sagena uel minori ad proprios usus fratrum conferimus et donamus libere in perpetuum possidendas. Item donauimus eisdem ut nullo inpediente iudicia sua tam maiora quam minora exerceant et scabinos qui wlgariter lantscepen dicuntur ut prius habeant et conseruent. Verum eciam villam Dambrowe cum pratis, pascuis, aquis, fluminibus, siluis, agris cultis et incultis, et piscationibus in Regata cum omni iure perpetuo confirmamus. Decetero omnes libertates uel immunitates quas nostris uel patris nostri domini Bugzlay seu aui nostri domini Bugzlay senioris temporibus

ac priuilegiis predicti fratres de Colbaz habuisse noscuntur eisdem libero et perpetuo iure confirmamus. Vt autem hec omnia sint in memoria sempiterna et rata et inconcussa perseuerent a nobis et heredibus nostris nec non successoribus nostris cunctis, presens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri appensione prenominate ecclesie duximus largiendum. Et eciam ut ciues ipsius ciuitatis Dambe hys prescriptis non possint in posterum contraire, suum sigillum in huiusmodi testimonium presenti pagine appenderunt. Testes huius rei sunt Heydenricus de Clutsow, Gobele, Fredericus de Hyndenborch, Johannes de Berlin, Johannes de Stenbeke, Otto Plate, Arnoldus de Nouo Foro, milites, et plures alii fidedigni. Datum Stetin per manum magistri Rodolfi nostri notarii anno domini M̊.CC̊.LXX̊.VII. XV̊II. kalendas July.

Original-Transſ. vom 1. März 1309 im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Colbatz Nr. 4ᵃ; Colbatzer Matrikel fol. 2ᵛ Nr. 7; Transſ. vom 1. März 1309 fol. 3 Nr. 8; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 553.

Gedruckt in Koſegarten, Geſchichts-Denkmäler S. 289 (Auszug).

1067.

1277 Juni 15. (XVIIᵒ. kalendas Julii) Stetin.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloſter Colbatz das Dorf Damerow mit der Gerechtigkeit, das Gericht wieder wie früher mit Landſchöppen zu beſetzen, zurück.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnym dei gratia dux Slauorum omnibus Cristi fidelibus inperpetuum. Cnm ea que geruntur in tempore simul labantur cum tempore, necesse est ut acta principum que sortiri debent robur perpetue firmitatis, ne cum momentis temporum euanescant, testium veritate et validarum scripturarum testimonio perhennentur. Quam ob causam obstare volumus nacionibus presentibus et futuris, quod nos diuinum animaduertentes timorem et nostre saluti nec non successorum nostrorum quam plene prouidere volentes, veridica relacione et litterarum caucione commoniti, abbati et conuentui de Colbas ordinis Cisterciensis villam dictam Damerowe cum omni iure, scilicet aquis, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, piscationibus in Regata, sicud iure legitimo ipsam villam ab antiquis temporibus possederunt, ut suis plenius instrumentis affirmare possunt, libere reddimus et absolute, quia malignorum seducti suasionibus eandem villam dictis fratribus ad aliquod tempus abstulimus violenter. Volumus eciam, ut libertatibus a nobis et nostris genitoribus eisdem indultis vtantur ad libitum, et ut omnium heredum nostrorum, aduocatorum, bedellorum et vasallorum impedimenti semota calumpnia iudicia sua secularia maiora exerceant simul et minora, maxime uero ut scabinos, qui vulgariter lantschepen dicuntur, habeant ut pridem, quorum maturo consilio et industria secundum deum et iuris ordinem eorundem fratrum iudicia regi valeant et disponi. Vt autem hec omnia sint in memoria sempiterna et rata et inconwlsa perseuerent a nobis et heredibus nostris nec non successoribus nostris cunctis, presens instrumentum inde confectum nostri sigilli appensione prenominate ecclesie duximus largiendum. Testes huius rei sunt Heydenricus de Clutsow, Gobele, Fredericus de Hindenborch, Johannes de Be[rl]in,[1]) Otto Plate, Arnoldus de Nouo Foro, milites, Arnoldus dictus Suane, Hinricus Niger, nostri came-

[1]) Die Matrikel hat irrig Bedin, vergl. die Zeugenreihe der vorhergehenden Urkunde.

et plures alii fidedigni. Datum Stetin per manum magistri Rodolfi nostri notarii anno domini M°CC°LXXVII° XVII°. kalendas Julii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 37v Nr. 150; Transſ. vom 1. März 1309 fol. 37v Nr. 151; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 552.

Gedruckt in Kosegarten, Geschichtsdenkmäler S. 287.

1068.

1277 Juli 6. (pridie nonas Julii) Colbergh.

Hermann, Bischof zu Camin, gründet in der Altstadt Colberg ein Nonnenkloster, giebt demselben das Recht, sich selbst mit Zustimmung des Probstes von Rühne, woher die Colberger Nonnen entnommen, und zweier Colberger Domherren einen Probst zu wählen, und schenkt dem Kloster den Baster See mit dem Hagen Bast, das Allod Colk und die Güter des ehemaligen heil. Geisthospitals zu Colberg.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus imperpetuum. Quoniam generatio preterit et aduenit nihilque in humana conditione subsistit, quod propter mortalitatem hominum et labilem memoriam eorundem in obliuionem non deueniat, discretorum consilio salubre remedium est inuentum, vt ea, que ab humanis actibus agitantur, scriptis auctenticis ad perpetuam rei memoriam perhennentur, quatenus exinde habeatur cognitio veritatis, si super his, que acta sunt, suboriri contingat aliquid questionis. Discat igitur natio presentium et felix successio futurorum, quod nos qui ex offitii nostri debito tenemur cultum diuini nominis ampliare, communicato et requisito consilio discretorum, de consensu canonicorum ecclesie Colbergensis, in antiqua ciuitate Colbergensi, vbi quondam domino deseruierant canonici prelibati, in honore intemerate semperque virginis Marie sub obseruantia regule beatissimi Benedicti claustrum sanctimonialium authoritate ordinaria stabilimus, ipsum fundum eidem claustro necnon sanctimonialibus, que ibidem pro tempore fuerint, cum proprietatis titulo conferendo, statuentes vt cum ipsi claustro in preposito fuerit prouidendum, ipse sanctimoniales liberam habeant potestatem sibi virum idoneum eligendi, prepositi Runensis (consilio), de cuius cenobio sunt assumpte, requisito consilio et obtento, nec non duorum[1]) canonicorum ecclesie Colbergensis, quos eedem sanctimoniales ad prouidendum sibi viderint idoneos et maturos. Ceterum prepositus Runensis qui pro tempore fuerit ipsas sanctimoniales, cum necesse fuerit, visitabit nobis et successoribus nostris facta primo obedientia manuali. Quod si aliqua circa personam prepositi sanctimonialium antique ciuitatis Colberg digna correctione inuenta fuerint, illa nostro iuditio reseruamus. Ne autem ipsum claustrum sine nostro subsidio maneat temporali et vt quoslibet christiane fidei professores ad benefitia piis locis et ecclesiis impendenda exemplo simili prouocemus, ipsi claustro et sanctimonialibus que ibidem pro tempore fuerint contulimus siue donauimus proprietatem stagni Bast et ipsam indaginem Bast cum proprietatis titulo, cum terminis suis et hiis, que infra ipsos terminos continentur, scilicet cum iuditio criminali et ciuili, decimis, prouentibus, agris cultis et incultis, siluis, aquis, paludibus, riuulis, viis, semitis, pratis, pascuis et omni vtilitate, que nunc in predictis est vel haberi poterit in futuro. Item dedimus ipsi claustro proprietatem allodii dicti Colk necnon proprietatem agrorum quondam domus sancti spiritus in Colberg cum terminis suis.

[1]) Wachs, Gesch. der Altstadt Colberg liest dominorum.

et hiis, que in aquis, pratis, pascuis et aquarum decursibus infra predicti allodii et agrorum quondam sancti spiritus terminos continentur, et omni vtilitate que nunc in predictis bonis est vel haberi poterit in futuro. Quisquis igitur huic nostre ordinationi contrarius esse presumpserit, omnipotentis dei iram et nostram se nouerit incursurum. Omnibus vero huius priuilegii iura seruantibus sit pax in domino et cum electis dei eterne vite proinde percipiat portionem, largiente eo qui in se non deserit confidentes. Vt autem succedentibus temporibus contra predicta omnis malignandi occasio precludatur, sigillum nostrum presentibus ad perpetuam rei memoriam iussimus adhiberi. Testes huius nostre ordinationis et donationis sunt Henricus thesaurarius, Gerardus scholasticus et Henricus prepositus, canonici Caminenses, item Hildebrandus, Nicolaus magister, Johannes Scorike, canonici Colbergenses, preterea Otto comes de Euersthen, Kasimarus, Bertoldus Thuringus, Dauid de Greben, Vlricus et Fredericus fratres de Beuenhusen, ac alii plures tam clerici quam laici fide digni. Datum Colbergh anno domini mille simoducentesimo septuagesimo septimo, pridie nonas Julii, pontificatus nostri anno vicesimo tertio.

Original-Transsumt vom 17. Juni 1541 im Stadt-Archiv zu Colberg.

Gedruckt in Wachsen, Gesch. der Altstadt Colberg S. 536.

1069.

1277 Juli 8. (in die beati Kiliani martiris) Gryphenberg.

Dubislaw von Woedtke gründet die Stadt Plate, bewidmet sie mit 160 Hufen, die Kirche mit vier Hufen und dem ganzen Zehnten, und schenkt von den 160 Hufen den Besetzern der Stadt Hildebrand und Siegfried 36 Hufen zu Stadtrecht, sowie ein Drittel der Pächte von den anzulegenden Mühlen. Er verleiht der Stadt Lübisches Recht, Abgabenfreiheit auf 12 Jahre, freies Bauholz, Fischerei und Jagd, und verspricht, sie auf seine Kosten zu befestigen.

Universis Cristi fidelibus presens scriptum intuentibus Dubislaus miles dictus de Wotuch salutem in Jesu Cristo. Evanescunt simul cum tempore, que geruntur in tempore, nisi recipiant voce testium aut scripture memoria firmamentum. Quapropter notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos nove ciuitati Plote super Regam site centum et sexaginta mansos et quatuor mansos ecclesie ejusdem civitatis cum integritate decime duximus perpetuo conferendos. Ex istis centum et sexaginta mansis contulimus Hildebrando et Syfrido possessoribus dicte ciuitatis triginta et sex mansos cum jure ciuitatensi eorumque heredibus perpetuo possidendos. Preterea dicti possessores tertiam partem in molendinorum prouentibus, que in aquis ciuitati adjacentibus fundari poterunt, hereditatemque in eisdem ante alios obtinebunt. Insuper idem jus, quod Gryphenberge ac Gryphiswaldo habetur, nostre ciuitati contulimus. Ab illo quoque tempore, quo dicta ciuitas sumpsit initium, ipsi duodecim annis ab impetitione peticionum contulimus libertatem. Preterea agri memorate ciuitatis secundum jura aliarum ciuitatum a solis tantum consulibus porrigentur. Insuper ad edificia nemus et ligna, que nostra esse dinoscuntur, ipsis indulgemus vel que nostris possumus obtinere precibus et rogatu. Preterea sepedictis possessoribus et dicte ciuitatis incolis municionem firmam sine eorundem laboribus et expensis exhibebimus, in piscationibus, venationibus ceterisque usuagiis agrorum dicte ciuitatis ipsis libertatem plenius indulgentes. Cum hec agerentur astiterunt dominus Hermannus Thuringus et Gneumarus,

Vidante, milites, Henricus de Rostoc, Wernerus Westphalus, Johannes de Valehusen, Vlricus Faber, Arnoldus Ruffus, Henricus de Dersecoue, Hermannus de Warne, Hermannus Ohir, Hildebrandus, Tymmo de Gryphiswald, qui eo tempore noue ciuitati Gryphenberg consilio presiderunt, vasalli quoque domini Dubislai, Johannes de Candelin, Luzo, Johannes de Bukow, Heinricus Longus, Lambertus Müle, Heinricus de Ponte, et quam plures alii fidedigni. Actum Gryphenberg anno domini M.CC.LXXVII. in die beati Kiliani martiris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 566; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1277) Nr. 6.

Gedruckt in Dähnert, Pomm. Biblioth. III S. 140; Bünekau, Bibl. jur. Lub. S. 25.

1070.

1277 Juli 29. (quarto kalendas Augusti) Vkermunde.

Herzog Barnim I. gestattet dem Johannes Düring, die durch denselben von Heidenreich und Gerhard Heydebreck in Bartikow erkauften zehn Hufen irgend einem Kloster zu vermachen.

In nomine domini amen. Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam gestorum memoria cum tempore euanescit, si non a legittimis documentis et publicis instrumentis receperit firmamentum, sane notum esse uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos proprietatem decem mansorum in villa Bertcow emptorum per dominum Johannem Thuringum militem a Heidenrico et Gerardo militibus de Heidebrak cum omni iure et libertate donauimus et appropriauimus monasterio claustro cenobio seu domui, cuicunque idem Johannes dictos decem mansos ac proprietatem eorundum appropriandos duxerit uel donandos, in sempiternum feliciter et pacifice possidendos. Et ut hanc donationem nostram heredum nostrorum successio ratam habeat atque gratam, presens instrumentum cum sigilli nostri appensione duximus conscribendum adhibito testimonio Frederici et Hermanni de Palude et militum prescriptorum et aliorum fidedignorum. Datum Vkermunde per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini M°.CC°.LXXVII° quarto kalendas Augusti.

Das Siegel von der weißen Zwirnschnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Ducalia Nr. 4; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 554; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1277) Nr. 7.

1071.

1277 August 8. (VI° idus Augusti) in Stetyn.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß das Capitel der Marienkirche zu Stettin sich mit dem Ritter Christian und dessen Söhnen über die Gerichtsbarkeit im Dorfe Sparrenfelde verglichen habe.

Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis christifidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in vero saluatore. Innotescat nationibus presentibus et futuris, quod super omnibus in quibus dissenciebant prepositus et capitulum ecclesie Stetinensis ex vna

et Cristianus miles et filii sui ex parte altera in villa Sparrenuelde, de maturo nostrorum consilio vasallorum eos adinuicem concordauimus in hunc modum, videlicet quod prepositus altius iudicium in ipsa villa retinebit, dicto militi et filiis suis retinentibus iudicium secundum communis terre consuetudinem villicorum, ita tamen quod iudicium sex denarios non transcendat. Etiam extra curiam ipsorum villicationis similiter et tabernam sibi nichil iudicii uendicabunt preter id, quod conceditur aliis villicis iudicare, excepto eo quod in ipsorum sex mansis gaudebunt iudicio pleni iuris. De tribus ortulanis prepositus et capitulum singulis annis pacti recipient pensionem, de quibus militi et filiis suis pullus fumi, census et minuta decima annuatim persoluetur, et iidem miles et filii sui tabernam cum omni iure integraliter possidebunt. Et tam de iudicio maiori quam minori tercius denarius ipsi militi cedet et filiis suis prenotatis. Vt autem super hiis in posterum non possit dubietatis scrupulus suboriri, presens instrumentum inde conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec in Stetyn presentibus Gobelone, Reynekino de Scadewacten, Johanne de Liuenowe, Ottone de Rambin, Johanne de Stenbeke, Heynrico de Zaiensz, militibus, Rudolpho aduocato de Stetyn, Berterammo marscalco, Arnoldo Zwane magistro camerario curie nostre, et aliis fidedignis anno domini M°.CC°.LXXVII°. VI° idus Augusti.

Fragmente eines Copiars des Marienstifts zu Stettin im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Mscr. des St.-A. I. 51 Nr. 4; Abschrift eines Transsumts im Archiv des Marienstifts zu Stettin s. r. Tit. I. Sect. I Nr. 33.

1072.

1277 August 27. (VI° kalendas Septembris) aput Stetyn.

Herzog Barnim I. schenkt dem Augustiner-Kloster Gobelenhagen das Dorf Tanowe (Falkenwalde).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnym dei gracia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Constitut in partem sollicitudinis monarchie ab eo, per quem reges regnant et principes optinent principatum, ad nostre pertinet sollicitudinis dignitatem, deo dicatis ecclesiis et viris religiosis sic adesse, vt ipsorum status et condicio emendetur. Quam ob rem notum esse volumus nacionibus presentibus et futuris, quod nos ob reuerenciam omnipotentis dei et intemerate semper virginis Marie donauimus et tytulo donacionis appropriauimus villam et proprietatem ville Tanowe cum omni iure et vniuersis pertinenciis et vtilitatibus, prouentibus et vsufructibus, que in ipsa nunc [sunt] et processu temporis parari poterunt uel acquiri, priori, conuentui et fratribus de sancto Victore ordinis et regule sancti Augustini ecclesie et monasterio indaginis que vocatur Gobelenhaghen in sempiternum quiete, pacifice et feliciter possidendam. Termini autem dicte ville taliter distingwuntur videlicet vsque ad terminos ville Lesen et vlterius ad viam regiam, que ducit de Stetyn Vkermunde in parte riuuli, qui dicitur Jazeniz, versus Stetyn. Vt autem nos heredes et successores nostri hanc donacionis proprietatem inuiolabiliter obseruemus, presens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri appensione prenominatis duximus largiendum, adhibito testimonio Conradi prepositi ecclesie Stetynensis, item Gobelonis, Johannis de Brelin, Johannis de Steinbeke, Heydenrici de Clutzowe, Frederici de Hindenborgh, militum, item Bertrammi de Staden

marscalci et Arnoldi Svane magistri camerarii curie nostre et aliorum plurimorum fidedignorum. Actum et datum aput Stetyn per manum magistri Rodolphi anno domini M°CC°LXXVII° VI° kalendas Septembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrikel (p. 12) P. I. Nr. 7; P. II. Nr. 38; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 556.

Gedruckt in v. Eickstedt, Urk.-Samml. I S. 61 Nr. 23 (VII kal. Sept.).

1073.

1277 September 22. (decimo kalendas Octobris) Wolin.

Herzog Barnim I. schenkt das Dorf Granzstowe mit allem Zubehör dem Kapitel und der Kirche zu Camin.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum omnibus in perpetuum. Quoniam sub celi ambitu nullius rei stabilitas continetur, sed instabilitati omnia sunt subiecta, ut est illud vanitas vanitatum et omnia vanitas, necessarium esse dinoscitur ut donationes principum, quas deo dicatis ecclesiis et personis ecclesiasticis tribuunt et condonant, publicis instrumentis et legitimis documentis adeo perhennentur, ut in posterum calumpniari non valeant uel infringi. Qua de causa generationibus presentibus et futuris uolumus esse notum, quod nos pro peccaminum nostrorum remissione ac eterni regis misericordia consequenda donauimus et appropriauimus villam Granzstowe ac proprietatem ipsius cum terminis et vniuersis pertinenciis ad eandem, cum usufructibus et utilitatibus que in ipsa nunc sunt uel in processu temporis nominari poterunt uel acquiri, preposito, decano necnon capitulo ecclesie Caminensis ac eorum [successoribus et eciam ipsi] ecclesie Caminensi. Ipsam inquam villam dedimus cum proprietate personis prenotatis ac ecclesie sancti Johannis baptiste Cammin sub eo iure et eadem libertate, quibus habent et possident uillas et possessiones alias a nobis et nostris progenitoribus ipsis appropriatas titulo donacionis feliciter et pacifice sempiterno tempore possidendam. Vt autem hec nostra donacio [nomine nostro], heredum et successorum nostrorum queat nullomodo violari, presens instrumentum inde confectum tam ecclesie quam personis supra dictis cum sigilli nostri appensione duximus largiendum. [Testes huius] rei sunt Theszlaus Albus et frater suus Dobizlaus, Dobizlaus de Wotich, Hermannus [Thuringus,] Hermannus et Fredericus fratres de Ost, Gneumarus, Vidante aduocatus noster, Gerardus [Lepel,] milites, et plures alii fidedigni. Actum Wolin et datum ibidem per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii, anno domini M̊.CC̊.LXXVII̊. decimo kalendas Octobris.

Das Siegel von der roth- und grünseidenen Schnur des sehr beschädigten Originals abgefallen.

Nach dem Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bisth. Camin Nr. 7 und (das Eingeklammerte) nach dem Orig.-Transs. vom 8 März 1321 ebendas. Nr. 38; Transs. vom 8. März 1321 im Orig.-Transs. vom 19. Juli 1356 ebendas. Nr. 111; Caminer Matrikel fol. 22 (S. 72); Transs. von 1321 fol. 30; Transs. von 1356 fol. 23; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 557.

Gedruckt in v. Eickstedt, Urk.-Samml. I S. 62 Nr. 24.

1074.

1277 November 10. (quarto idus Nouembris) Dymyn.

Herzog Barnim I. belehnt Dietrich von Prillwitz und seine Söhne mit dem Dorfe Hagen.

Barnym dei gracia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit in vero salutari salutem. Acta hominum in memoria non habentur, nisi stabiliantur publicis instrumentis. Ea propter notum esse cupimus nationibus presentibus et futuris, quod nos debemus Theoderico de Prilewiz et pueris suis legitimis ab Euerardo de Coldenbeke villam indaginem integraliter expedire, quod eam possideant sine lite. Preterea de Jazeniz villa predictorum vsque in stagnum Carpyn termini extenduntur et de ipso stagno iuxta riuulum, qui de eodem stagno effluit, donec in recens mare, in quo idem fluuius finem facit. Item Slavi habitantes in dicta villa Jazenitze in recenti mari libere piscabuntur, quam libertatem contulimus antedictis. Hec inquam scripta contulimus Theoderico et pueris suis legitimis in verum feodum et legale perpetuis temporibus feliciter et pacifice possidenda. Vt autem hec inuiolabilia perseuerent, presens instrumentum inde confectum eisdem dari fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius sunt Bolte Scherf miles et filii sui Thidemannus et Constantius et plures alii fidedigni. Datum Dymyn anno domini M°CC°LXXVII°. quarto idus Nouembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrikel (p. 11) P. I Nr. 6; P. II Nr. 19; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 558.

1075.

1277 December 5. (nonas Decembris).

Herzog Barnim I. verleiht dem Kloster Dargun sechs Hufen im Dorfe Strelow, in welchem es bereits vier Hufen besessen, mit der Mühle.

Barnim dei gracia dux Stetinensis omnibus in perpetuum. Cum memoria [hominum] labilis sit, necesse est acta nobilium scriptura et testibus perhennari. Hinc [est quod no]tum esse uolumus omnibus hanc litteram visuris, quod nos ob reu[erenciam dei et] remissionem peccaminum nostrorum dedimus ecclesie Dargunensi proprietatem sex [mansorum] cum molendino in villa Strelowe, cum omni iure et pleno iudicio perp[etuo pos]sidendam. Habebat autem iam dicta ecclesia in villa iam nominata antea [proprietatem] quatuor mansorum, et sic nunc proprietas tocius ville cum terminis suis [perti]net ad ecclesiam Dargunensem. In cuius rei testimonium presentes sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes huius rei sunt Andreas plebanus Diminensis, Burchardus, Lippoldus, milites, Luthardus, Hinricus camerarius noster, et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M̊.CC̊.LXXVII̊. nonas Decembris.

Siegel mit Pergamentstreifen abgerissen.

Beschädigtes Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 575 Nr. 1445.

1076.

1277 December 16. (XVII kalendas Januarii).

Wizlaw II., Fürst von Rügen, gestattet dem Kloster Eldena, frei von Zoll in seinem ganzen Gebiete für den eigenen Bedarf Häringe zu fangen und zu kaufen.

Wiszlaus dei gratia princeps Ruianorum vniuersis presens scriptum cernentibus salutem in domino Jhesu Christo. Ne ea que geruntur labantur cum tempore, necesse est scripture testimonio roborari. Igitur notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos ob salutem anime nostre necnon progenitorum nostrorum dilectis fratribus in Hylda domino famulantibus contulimus hanc libertatem, quod in omni dominio nostre terre siue in captura allecium tam in aquis quam in littoribus ad usus victualium ipsorum sine alicuius thelonei exactione emere poterint et piscationem liberam exercere. Qui uero ausu temerario, quod absit, predictos fratres in hac donatione inquietauerit, sciat se omnipotentis dei offensam et nostram ingratitudinem grauiter incurrisse. Ut autem hec tam (!) nostra salubris collatio firma et stabilis permaneat, presens scriptum sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes huius donationis sunt dominus Boranto, dominus Johannes de Grizstowe, dominus Gottannus Mordhere et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M.CC.LXX.VII. XVII kalendas Januarii.

Das Siegel von der rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 34; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 559; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1277) Nr. 5.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 130.

1077.

1277 in ecclesia conuentuali Guzstrowe.

Gottfried, Probst der Kirche zu Güstrow, als vom Pabst bestellter Richter, entscheidet den Streit zwischen den Domherren der Marienkirche zu Stettin und dem Kloster Michelsberg bei Bamberg über die Parochie S. Petri, die Marien- und Nikolai-Kapelle, die Schulen in Stettin und den Zehnten in Zahden.

G. dei gratia prepositus ecclesie Guzstrowensis, judex a sede apostolica delegatus, vniuersis presens scriptum visuris salutem in omnium saluatore. Significamus et ad noticiam tam futurorum quam presencium cupimus peruenire, quod partes coram nobis constitute dominus Con. prepositus procurator in toto canonicorum ecclesie sancte Marie in Stetyn ex vna parte et dominus Theyno prior sancti Jacobi eiusdem loci procurator in toto abbatis et conuentus montis sancti Michaelis in Bauenbergh renunciantes suis integraliter instrumentis nobisque presentatis in arbitros conuenerunt, ex quorum ordinacione matura lis, que uertebatur inter iam dictos, sopita fuit in hunc modum consensu parcium accedente, videlicet quod memoratus The. ob omni prorsus actione, quam mouebat uel mouere intendebat contra pretactum prepositum suumque capitulum super parrochia sancti Petri, capellis scilicet beate virginis Marie et sancti Nicolai et scolis in Stetyn et decime ville Zadel perpetuo quiesceret et cessaret. Ne autem iam sepedicti The. renunciacio et arbitrorum ordinacio

coram nobis a partibus approbata valeat aliquatenus infringi seu a posteris dubitari, nostri sigilli necnon et capituli apposicione decreuimus roborari. Actum anno domini M̊.C̊C̊.LX̊XVII in ecclesia conuentuali Guzstrowe.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Fragmente eines Marienstifts-Copiars s. r. Mscr. des St.-A. I. 51 Nr. 22.

1078.

1277 Wismar.

Herzog Barnim I. schenkt dem St. Antonius-Hospitale zu Tempzin den Ort Schwantust bei Camin mit allem Eigenthum.

Barnim dux Slauorum donauit magistro et fratribus hospitalis sancti Antonii locum situm apud Camin, qui uulgariter vocatur Zwantehucde, cum omni iure et proprietate. Datum Wismar, anno 1277.

Regesten der Urkunden des Klosters Tempzin aus der Mitte des 16. Jahrhunderts.

Gedruckt im Mekl. Urk.-Buch II S. 558 Nr. 1420.

1079.

1277 Til Malmø.

Erich, König von Dänemark, ertheilt dem Herrn Niels Uffeson seine Bestätigung 'zu dem Kaufe, welchen derselbe mit Fürst Wizlaw II. von Rügen über Roden und Rodenherret geschlossen hatte.

Til Malmø Tilforne, Aar 1277, haffde Kong Erich, udi Finderup slagen, gifuet Her Niels Vffesøn sin Confirmatz paa det Kiøb hand giorde med Hertug Witzlaff aff Ryen om Rodne oc Rodneherret oc liuder Breffuet, at forneffnde Her Niels Vffesøn vaar der til saa Lovligen kommen, formedelst Skøder, Hand haffde aff Hertug Witzlaff, oc Hertug Witzlaff i lige maade med slig Bejkeed haffde det bekommet aff Riget, at hand det maatte selge, til Vidnesbyrd udi samme Stadfestelsebreff er indført Joen Litle, David Tostesøn, Henrich Marsk, oc Godefred Tenbings.

Notiz in Huitfeldt, Danmarkis Rigis Kronicke S. 440.

1080.

1278 Januar 13. (idus Januarii) Vznum.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster zu Usedom 'zwei Mark Hebungen aus der Fischerei der Dörfer Neppermin und Pudagla als Ersatz für dieselbe Summe aus dem Dorf Züllchow.

In nomine domini amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Christi fidelibus inperpetuum. Quoniam transeunt in obliuionem ea que in tempore ordinantur, si legitimorum documentorum et publicorum instrumentorum non receperunt firmamentum, quam ob causam

notum esse volumus generationibus presentibus et futuris, quod nos dedimus et titulo donationis appropriauimus dilectis nobis in Christo abbati et conuentui nec non eorum monasterio sancti Ghodehardi in Vznum ordinis Premonstratensis duas marcas denariorum et proprietatem earum in piscationibus uillarum Nypermyn et Putglow in sempiternum libere et pacifice possidendas, et hoc pro restauro duarum marcarum denariorum, quas dicti abbas et conuentus in villa Zselagow iure proprietatis possidebant. Et hac de causa ydem pro se et nomine ecclesie sue duarum marcarum denariorum in Zselagow villa redditibus plenarie cesserunt et penitus abrenunciauerunt omni iure, quod habebant in duabus marcis denariorum ville Zselagow prenotate. Ad cuius rei roboris certissimum firmamentum prenotatis dari fecimus presens instrumentum inde confectum sigilli nostri munimine roboratum testibus hiis adhibitis: Rodolfo de Nyenkerken, Oldago, Rigardo de Gorke, Frederico de Palude, Arnoldo de Vizen, Henrico de Zaiens, militibus, et Bertrammo de Scaden marscalco, Henrico Nigro et pluribus aliis fidedignis. Actum et datum Vznum per magistri manum Rodolfi nostri notarii, anno domini M̊.CC̊.LXXV̊III. idus Januarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Original-Transf. vom 13. Juni 1317 s. r. Pudagla Nr. 33; Pudaglaer Matrikel (p. 118) fol. 29ᵛ (XXV. F) Transf. vom 13. Juni 1317; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 567.

Gedruckt in v. Eickstedt, Urk.-Samml. I S. 63 Nr. 25.

1081.

1278[1]) Januar 13. (idus Januarii) Vznum.

Wiard, Abt des Klosters zu Usedom, und der ganze Convent desselben bezeugen, daß Herzog Barnim I. dem Kloster zwei Mark Hebungen aus der Fischerei der Dörfer Neppermin und Pudagla für zwei Mark aus dem Dorfe Züllchow verschrieben hat.

Dei gratia Wiardus abbas, prior et conuentus monasterii sancti Godeardi in Vznum ordinis Premonstratensis vniuersis Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum peruenerit, cum salutis plenitudine orationum suffragium salutare. Transeunt in obliuionem ea quae in tempore disponuntur, si non documentis legittimis perennentur. Sane notum esse volumus nationibus praesentibus et futuris, quod illustris princeps dominus noster Barnim dux Slauorum nobis et monasterio nostro dedit et titulo donationis appropriauit duas marcas denariorum et proprietatem earundem in piscationibus villarum Repermin (!) et Putglouu in sempiternum libere et pacifice possidendas et hoc pro restauro duarum marcarum, quas in villa Zselagou jure proprietatis possidebamus. Et hac de causa nos pro nobis et nomine ecclesiae nostrae duarum marcarum denariorum in villa Zellechowe redditibus plene cessimus et penitus renunciamus omni iure, quod habuimus in duabus marcis denariorum villae Zellechouue praenotatae. Ad cujus rei roboris certissimum firmamentum dominis villae Zelechouue dari fecimus praesens instrumentum inde confectum sigillorum nostrorum munimine roboratum, testibus his adhibitis: Rodolfo de Nienkercken, Oldago, Richardo de Gorck, Frederico de Palude, Arnoldo de Vizen, Henrico de Zaienz, militibus, et Bertrammo de

1) Wegen der Datirung vergl. die vorige Nummer.

Stadio marscalco, Heinrico [Nigro][1]) et pluribus aliis fidedignis. Actum et datum Vznum anno domini 1270 octauo, idus Januarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 105) Nr. 89 (1270 octauo idus Jan.); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 461 (1270 Januar 6.)

Gedruckt in v. Eickstedt, Urk.-Samml. I S. 51 Nr. 15 (1270 Januar 6.)

1082.

1278 Januar 21. (Agnetis virginis) Vkermunde.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß stets ein freier Fuß- und Fahrweg von Stettin nach dem Obstgarten und der Mühle des Stettiner Nonnenklosters zu Grabow geführt habe, und verbietet denselben irgendwie zu schließen.

Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus intuentibus praesens scriptum salutem in omnium saluatore. Innotescimus publice presenti literae litterarum, quod semper fuit et patuit uia communis de ciuitate nostra Stettin ad pomerium Grabouu et molendinum sanctimonialium de Stettin eundi et redeundi, equitandi currusque deducendi expedite et libere impedimentis quibuslibet amputatis. Et hanc viam existen[tem][2]) absque omni praeclusione inter terminos praedictos plenarie confirmamus, prohibentes ne aliquis hominum ipsam viam obstruat aut praecludat. Datum Vkermunde anno domini 1278, Agnetis virginis.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Matrikel des Stettiner Nonnenkl. (p. 54) fol. 35v Nr. 56; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 572.

1083.

1278 Februar 2. (in die purificationis) Vkermunde.

Herzog Barnim I. weist dem Kloster zu Usedom zwölf Mark und vier Schillinge aus der Fischerei im Lande Wanzlow an.

Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit salutem in omnium saluatore. Notum esse volumus nationibus presentibus et futuris, quod nos sub certa assignatione deputauimus dilecto nobis in Christo abbati conuentui et ecclesie sancti Godeardi in Vznum ordinis Premonstratensis recipiendas duodecim marcas et quatuor solidos denariorum de piscatura in terra Wanzlaw, quas ipsis iusto obligationis titulo soluere tenebamur. In cuius rei testimonium eisdem dari fecimus presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam. Vnde uolumus, mandamus et inhibemus aduocatis, officialibus nostris et ceteris omnibus, ut ipsos non impediant in receptione de dicta terra pecunie memorate. Datum Vkermunde sub testimonio dilecti nostri Conradi prepositi Stetinensis et Theoderici et Bernardi, capellanorum nostrorum, Rodolfi de Nienkerken, Oldagi, Richardi aduocati,

---

1) Die Matrikel zeigt hier eine Lücke. Vergl. zu der Zeugenreihe dieser Urkunde die der vorhergehenden Nummer.

2) existendi hat die Matrikel.

militum, Arnoldi Suane, Heinrici Nigri, camerariorum, per manum magistri Rodolfi nostri notarii, anno domini M.CC.LXXVIII in die purificationis.

Siegel von der Hanfschnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Pudagla Nr. 41; Pudaglaer Matrikel fol. 24ʳ (XX. D); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 571; Bibl. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1278) Nr. 14.

1084.

1278 Februar 5. (nonas Februarii) Stetyn.

Herzog Barnim I. überweist der Marienkirche zu Stettin das Patronat der Kirche zu Greifenhagen und aus den Einkünften derselben zehn Mark jährlich dem jeweiligen Scholastikus.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum omnibus Cristi fidelibus imperpetuum. Quoniam constituti sumus in partem regiminis populi cristiani ab eo, per quem reges regnant et principes obtinent principatum, ad nostre pertinet sollicitudinis dignitatem, deo dicatis ecclesiis et personis ecclesiasticis et maxime a nobis institutis et fundatis, cum quibus vsque ad examen supremi iudicii requiem elegimus personalem, per subuencionem rerum temporalium sic adesse, ut die in diem ipsarum conditio emendetur et incremento proficiant ampliori. Quam ob causam nationibus presentibus et futuris uolumus esse notum, quod nos intuitu remunerationis diuine dedimus et titulo donationis appropriauimus ecclesie sancte Marie in Stetyn, quam fundauimus et nostris possessionibus dotauimus, in qua futuram resurrectionem decreuimus expectandam, preposito, decano nec non capitulo eiusdem ecclesie ius patronatus ecclesie ciuitatis nostre Griphenhagen et ipsam ecclesiam cum omnibus prouentibus et vtilitatibus ad ipsam pertinentibus iure ecclesiastico et parrochiali in sempiternum feliciter et pacifice possidendum. Et in reditibus dicte ecclesie Gripenhagen deputauimus et assignauimus scolastrie ecclesie canonicorum Stetyn iam prescripte decem marcas denariorum recipiendas annis singulis a scolastico prehabite scolastrie expedite et libere sine fine. Vt autem huius donationis nostre robur nunquam ualeat infirmari, presens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri appensione ecclesie et personis prehabitis duximus largiendum adhibito testimonio Johannis decani, Mauricii canonici Caminensis ecclesie, clericis, item Gobelonis, Johannis de Brelin, Johannis de Stenbeke, Heydenrici de Clutzowe, Frederici de Hindenborgh, Johannis de Liuenowe, militum, Rodolphi de Belchowe aduocati, Bertrammi de Stadio marscalci curie nostre, et aliorum plurimorum fide dignorum. Actum Stetyn et datum ibidem per manum magistri Rodolphi nostri notarii anno domini M.CC.LXXVIII. nonas Februarii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Fragmente eines Copiars des Marienstifts s. r. Mscr. des St.-A. I 51 Nr. 8; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 568; Archiv des Marienstifts zu Stettin: Matrikel des Marienstifts (Tit. I Sect. I Nr. 1) fol. 243; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Diplomat. eccles. s. Mariae I Nr. 13.

Gedruckt in Hering, Gesch. der Collegiatkirchen zu Stettin Beilagen Nr. 7; v. Eickstedt, Urk.-Samml. I S. 64 Nr. 26.

1085.

1278 Februar 6. (8 idus Februarii).

Anno 1278 8 idus Februarii hatt Hertzogk Barnim der Wenden Hertzogk Gottfrido vonn Writzlaff vnnd seinen Erben daß Wasser Schwanteuitze mit den Grentzenn vnd Scheiden, wie es Hertzogk Wartißlaus, Hertzog zu Dimin gehapt, mit dem Wasser Poliz, Warnisecker Sehe bey dem Dorffe Warlancke vnd daß Dorf Stepenitze zu Lehne verliehenn, darzu vier Garne oder Sagene im frischen Hafe, item den Warpischen Sehe erblich vnnd ewiglich mit allem Rechte mit Bestettigunge vnd Bewilligunge S. F. G. ehelichenn Gemahlß Frow Mechtildiß vnnd J. F. G. Sohnes Hertzogk Bugschlaffes.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Tit. I Sect. I Nr. 1 Vol. 2 fol. 19v.

1086.

1278 Februar 28. (II. kal. Marcii).

Der Rath der Stadt Greifswald bestätigt den Kauf eines an der Stadtmauer daselbst gelegenen Hauses durch das Kloster Eldena, behält jedoch die zu dem Hause gehörigen Aecker zurück.

Vniuersis ad quos presens scriptum peru[enerit] consules cum vniuersitate [burgensium] ciuitatis Grifiswold salutem in [omnium s]aluatore. Quoniam in rerum natura [nullius] rei certitudo sub celi ambitu continetur, necesse est, [ut] acta [. . . . . .], quorum robur perpetuo est mansurum, scriptis autenticis [testiumque eciam?] memoria . . . adeo stabiliantur, ne imposterum occasione alicuius [perluicionis] uel [malignationis?] valeant concuti uel infringi. Nouerint igitur presentes et posteri, quod nos respicientes fidelitatis ac honestatis . . . . . cia, que nobis Hyldensis ecclesia in multis iugiter exhibuit, de consensu et voluntate virorum discretorum . . . . eidem ecclesie dimisimus et titulo donationis appropriauimus domum iuxta muros sitam, quam sibi a Johanne de Lu[beke?] suis comparauit denariis ab omni exactione et [ta]lliis videlicet annuis seruiciis exemptam et liberam iure hereditario perpetuis temporibus possidendam, sed agros aree more ciuili additos nostra ciuitas optinebit. Testes huius rei sunt Arnoldus Rosa, Godekinus de Parchim, Johannes de Dimin, Ertmarus, Cherwinus Niger, Gherardus de Anclim, Johannes Albus, Marquardus de Gristow, commune consilium, et alii quam plures. Ne autem hec inposterum immutari aut infringi valeant, prenotate ecclesie in euidens testimonium presentem cedulam nostri appensione sigilli duximus largiendam. Datum anno domini M̊.CC̊.LXX̊VIII̊ per manum Hinrici notarii, II. kal. Marcii.

Siegel von der gelb- und rothseidenen Schnur abgefallen.

Das sehr beschädigte Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Eldena Nr. 36.

1087.

1278 März 11. (quinto idus Marcii) Vkermunde.

Herzog Barnim I. schenkt dem Kloster Stolp das halbe Dorf Büssow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gracia dux Slauorum

omnibus cristifidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam omnia memoriter retinere et nullius obliuisci humane conditioni non conuenit sed diuine, unde necesse est acta principum legittimis documentis et publicis instrumentis adeo stabiliri, ut imposterum immutari non valeant uel infringi. Quam ob rem notum esse uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos appropriauimus et titulo donationis dedimus dilectis nobis in Christo . . abbati, conuentui et ecclesie Stolp ordinis sancti Benedicti medietatem ville Bussow et proprietatem eiusdem medietatis cum aduocacia, utilitate, usufructu et omni iure, quod in ipsa dimidia villa nominari poterit uel acquiri in sempiternum, libere pacifice et feliciter possidendam, ut ex hac nostre donationis emendatione eo liberius uacare possint laudibus conditoris et pro nobis nostrisque progenitoribus valeant inplorare clemenciam saluatoris. Vt autem nostre huius donationis et appropriationis firmitas per nos et heredes nostros in eternum maneat inconuulsa, presens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri appensione in testimonium indelebile . . abbati et conuentui necnon ecclesie eorum Stolpensi duximus largiendum. Testes huius rei sunt Oldagus, Rodolfus de Nienkerken, Hinricus pincerna, Fredericus de Palude, Arnoldus de Vicen, Arnoldus de Dusdow, Richardus de Gorek, milites, Wiceco, Thidemannus de Zsverin et plures alii fide digni. Actum Vkermunde et datum ibidem per manum magistri Rodolfi, anno domini M°.CC°.LXXVIII°, quinto idus Marcii.

Das Siegel von der gelb-, schwarz- und rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Stolp Nr. 19; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur II (1278) Nr. 12.

1088.

1278 März 12. (quarto idus Marcii) Colbas.

Herzog Barnim I. und sein Sohn, Bogislaw IV., schenken dem Fremdenhause des Klosters Colbatz die Bede des Dorfes Binow.

Dei gratia Barnym et filius suus Buguzlaus duces Slauorum vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam in domo hospitum monasterii Colbacensis nobilibus et communi populo, diuitibus et pauperibus, multa beneficia impenduntur, ipsi domui fecimus specialem prerogatiuam. Quam ob rem constare volumus nacionibus presentibus et futuris, quod nos villam Bynow ac alios redditus ad dictam domum hospitum pertinentes esse decreuimus a docione et solutione precarie exaccionis nobis singulis annis dande liberos et exemptos, transferentes in ipsam domum omne ius, quod nobis competebat in precaria exaccione de villa et redditibus memoratis, ut procurator ac magister cum eadem domus ipsius commodum ordinent et profectum. Huic rei testimonium faciunt Gobelo quondam marscalcus, Heydenricus Clutzsow, Fredericus et Hinricus de Hindenborch, Hinricus de Stafuelde, Bosco Schrech, Arnoldus aduocatus de Nouo Foro, Wipertus, Arnoldus de Dussow, milites, item Bertramus marscalcus et plures alii fidedigni. Vt autem hec nostra donacio firma et inconuulsa perpetuo perseueret, presens instrumentum inde confectum dicte domui et eius procuratoribus duximus largiendum. Datum Colbas per manum magistri Rodolfi nostri notarii anno domini M°.CC°.LXXVIII° quarto idus Marcii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbatzer Matrikel fol. 17ᵛ Nr. 67.

1089.

1278 März 12. (Gregorii pape) Stetin.

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster Broda den gleichen Mahlschatz aus der vor dem Kloster belegenen Mühle, wie die Müller aus den Mühlen um Neubrandenburg haben.

Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Acta hominum ne naturam temporis imitentur, debent instrumentis publicis perhennari. Quam ob rem notum esse uolumus generationibus presentibus et futuris, quod nos dilectis nobis in Christo . . preposito et conuentui de claustro Brode licenciauimus et plenam dedimus potestatem habendi mensuram, que matta uocatur, talem in molendino ipsorum, quod situm est prehabitum ante claustrum, qualem mensuram habent molendinarii in molendinis iacentibus circa Nouum Brandenborch ciuitatem. In rei euidenciam ipsis dari fecimus presens instrumentum nostri sigilli munimine roboratum. Datum Stetin, anno domini M̊.CC̊.LXXVIII. Gregorii pape.

Siegelfragment am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Großherzogl. Mekl. Archiv zu Neustrelitz.

Gedruckt in den Mekl. Jahrb. III S. 222 Nr. 9; Mekl. Urk.-Buch II S. 580 Nr. 1455.

1090.

1278 März 25. (in die annunctiacionis Marie virginis) Berghe.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, schenkt dem Kloster Bergen auf Rügen das Dorf Vieregge.

Wyzlauus dei gracia princeps Ruyanorum omnibus presentes litteras inspecturis in vero salutari salutem. Quoniam intra sancta mecclesiam quam plurimi sanctissime felicitatis ordines omnipotentis dei gracia surgunt et augentur, inter quos felicis recordacionis ordinem Cysterciensem in plerisque sitis donacionibus nostri progenitores pretulerunt et amabant, tum propter diuinorum contemplacionem, cum propter opera karitatis, que in presbiteri ordinis domibus non quiescunt, nos itaque, progenitorum nostrorum vestigiis inherentes, eidem que deo inspirante in testimonium sempiterne salutis poterimus erogare, licet singulos diligimus, desideramus quam alii, ope, doce[1]) vel quibuscunque subsidiis potius subuenire. Hinc est quod esse volumus tam presentibus quam futuris notum et apertum, nos in Christo nobis predilecto cenobio sanctimonialium ordinis Cysterciensis appellato Berghe, sito in Ruya, cum omni [iure][2]) proprietatis villam, que Vyreye vocatur, perpetua donacione possidendam libere contulisse, cum vniuersis mansis infra terminos contentis a primeua situacione, cum omnibus pertinenciis et [prouentibus][3]), agris videlicet cultis et colendis, aquis, pratis, pascuis, siluis et paludibus, riuis pariter et rubetis, eidem attribuendo cenobio eterna donacione

---

[1]) Wohl für dote.

[2]) Fehlt in der Matrikel.

[3]) Die Matrikel hat verschrieben proutoribus oder proutionibus für prouentibus oder vielleicht prouentionibus.

ac collacione omne ius et sentencias, quibus in suis bonis omnibus perfruitur et letatur. Nec inmerito cenobium hoc nostre possibilitatis munere protegimus et dotamus, vbi tam generose propagines nostrorum patrum ymnidicis coris die noctuque per sanctas sponsas Christi sine cessacione felici patrie reformantur. Vnde hec nostra donacio rata et incommutabilis perseueret, presentem paginam exinde confectam notarii Hinrici manu publice appensione sigilli nostri duximus roborandam. Huius rei testes sunt milites Johannes de Gristowe, Borantha, Chotanus Morder, Johannes Morder, Johannes de Osten, Nycolaus de Kalant, Thomas cum platha, Britbur, et alii quam plures fide digni. Datum Berghe anno domini M.CC.LXX.VIII in die annunctiacionis Marie virginis.

Archiv des Nonnenklosters zu Bergen: Bergener Matrikel fol. 15 Nr. XX; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 582; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1278) Nr. 4; Hirsens Extrakt der Briefe des Kl. Bergen (Loeper Mscr. 214) fol. 4.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 131.

1091.

1278 März 27. (VI. kalendas Aprilis).

Wizlaw II., Fürst von Rügen, Vogt, Rathmannen und gesammte Bürgerschaft zu Stralsund bekunden, wie es im dortigen Hafen nach ergangenen Entscheidungen und Gewohnheiten in Hinsicht des Windegeldes, der Prahmfahrt, der Bezahlung der Fracht vor dem Abgange des Schiffes oder bei dessen Ankunft in Flandern oder England, und Verabfolgung der Ladung vor erfolgter Bezahlung der Fracht gehalten worden und weiter zu halten sei.

Wizlaus dei gracia princeps Ruianorum, aduocatus, consules cum vniuersitate burgensium in Stralesundis, omnibus presens scriptum uisuris et audituris inperpetuum. Quoniam inter mercatores, qui partibus de diuersis ad portum nostrum nauibus applicant, de iuris arbitrio nostre ciuitatis quandoque dubium et discordia generatur, usi discretorum nostrorum consilio iura arbitrata et consueta, que a prima fundatione ciuitatis nostre arbitrata fuerant et statuta et inperpetuum debent perseuerare, in hac pagina decreuimus conpilari, vt sicat unusquisque, qui merces innauigat in nostra statione, quid fuerit sui iuris. Nouerint igitur tam nati quam nascituri, quod cineres et pix et omnia mercimonia que in uasis concluduntur in nostra statione que innauigantur non soluent windegelt. Centena eciam lignorum wagenschot sicut in numero emitur ita ducetur, scilicet duo asseres ad centenam, et windegelt non persoluent. De centena uero siliginis dabitur pro windegelt vnus solidus sterlingorum ad innauigandum, similiter unus solidus ad refrigerandum, quod dicitur colegelt, cum fuerit oportunum. Preterea mercator locabit bona sua in naui que pram uocatur et dominus liburne sumet cum seruis suis ea cum pramone et deducet ad liburnam, et eis enauigatis reducent pramonem in locum ubi acceperunt, ad pontem nichilominus affirmando. Si dominus nauis wlt apud nos aliquam partem nauli accipere, pro quolibet Anglico denario recipiet tres denarios Slauicales. Item quicumque nauta locat liburnam suam, in eadem deducet bona usque ad gelant, et non in minore naue, et si necesse est alleuiare nauem, dominus nauis bona aliqua enauigabit et innauigabit propriis in expensis. Postquam autem liburna prosperis auris uenit ad portum Flandrie uel Anglie, ab illo die infra XIIII. dies feriales dabitur domino nauis suum precium siue naulum, et dabitur ei tale pagimentum

pro Anglicis denariis, quali quilibet mercator alium usualiter pagabit, et dominus nauis dabit liberam facultatem mercatori bona sua enauigare et educere ad uendendum. Si vero credere ei noluerit de naulo, mercator eidem faciet competentem fideiussoriam cautionem. Secundum hanc ergo consuetudinem iuris quilibet nauem conducet aliquam uel locabit. Vt autem hec rata permaneant et incommutabiliter duratiua, presentem paginam super hoc scriptam sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Actum anno domini M.CC.LXXVIII. VI. kalendas Aprilis, indictione VI, concurrente V.

Das Siegel Wizlaws und das Koggensiegel Stralsunds mit dem Pfeil an weiß- und rothseidener Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 132; Sartorius und Lappenberg, Urkundl. Gesch. Nr. 38b.

1092.

1278 April 21. (XI kalendas Maii) Saxsekoping.

Erich, König der Dänen und Slaven, bewilligt den Städten Lübeck, Wismar, Rostock, Stralsund, Greifswald, Stettin und den übrigen Wendischen Städten, welche die Märkte zu Huistanger auf Seeland besuchen wollen, Zollfreiheit und freies Geleit.

Ericus dei gracia Danorum Slauorumque rex ciuibus Lubicensibus, Wismerriensibus, Roztokiensibus, Stralessundis, Gripeswaldis, Sthetynensibus ceterisque ciuibus ac aliis uniuersis per Slauiam constitutis salutem et in domino dilectionem. Quia nundinas apud Hwitangherr in Selandia singulis annis ad duas septimanas ante festum beati Johannis baptiste proximum et ad duas septimanas post idem festum volumus celebrari, sicut a nobis prius dinoscitur esse statutum et ordina[t]um, [1]) scire uos uolumus, quod omnes et singulos ad dictas nundinas gracia mercandi declinantes ab omni solutione thelonei dimittimus liberos et exemptos. Insuper scire debetis, quod apud omnes bonos et iustos, qui dictas nundinas uisitauerint, firmam pacem ad easdem nundinas ueniendi, ibidem pro negotiis suis expediendis commorandi ac illinc recedendi volumus obseruari, prohibentes ne quis dictam pacem infringat uel contra tenorem presentium aliquid facere attemptet, sicut graciam nostram diligit inoffensam et regiam effugere uoluerit ultionem. Datum Saxsekoping anno domini M.CC.LXX.VIII, XI kalendas Maii.

Stadt-Archiv zu Lübeck: Copiarius Bardewicensis fol. 41. Altes Copialbuch, cod. prin. Germ. II fol. 87a aus dem 15. Jahrh. ebendas. (Uebersetzung, hat fälschlich 1270).

Gedruckt in Sartorius und Lappenberg Nr. 33b (vgl. S. 727), fälschlich 1270; Cod. dipl. Lubec. I S. 362 Nr. 395; Fabricius hat einmal (Bd. III Regeste 201) richtig, einmal falsch (Bd. 4 Nr. Cb) die Datirung; Mekl. Urk.-Buch II S. 583 Nr. 1462.

---

1) Der Copiarius Bardew. schreibt ordinandum.

1093.

1278 April 27. (quinto kalendas Maji) in Werben.

Hermann, Bischof zu Camin, verleiht der Stadt Massow 100 Hufen zu Acker und 30 Hufen zur Weide, Magdeburgisches Recht mit dem Rekurs nach Stargard, setzt die nach Ablauf der Freijahre zu entrichtende jährliche Orbede auf sechs Schillinge landesüblicher Münze von der Hufe fest und bestätigt dem Pfarrer vier Hufen.

Hermannus dei gratia Caminensis ecclesiae episcopus omnibus praesens scriptum visuris salutem in domino Jesu Christo. Quae geruntur in tempore, ne sequantur naturam temporis, firmari solent privilegio literarum. Ad notitiam igitur tam praesentium quam futurorum volumus pervenire, quod nos fidelibus nostris burgensibus in Massow centum et triginta mansos ad comodum et utilitatem dicti opidi assignavimus et mensurari fecimus eisdem, centum vero ad agros collendos(!), et triginta ad paschua infra terminos subnotatos. Sunt autem termini a communi via et antiqua, quae ducit in Colberg, usque ad stagnum Dolga, inde ad arborem signatam in fine dicti stagni, item a dicta arbore trans palludem usque ad antiquam fornacem cinerum, deinde ad quatuor arbores, quae distinguunt terminos villae Holthusen, inde ad palludem quae vulgariter dicitur Redwisch, inde directe ad montem, qui facit terminos inter opidum Massow et villam Holthusen, inde directa linea ad duas quercus apud praedictam viam antiquam, quae ducit Colberg. Jus autem Magdeburgense, sicut sculteto et burgensibus Stetinensibus et Stargardensibus datum est, nostris burgensibus et sculteto in saepe dicto opido Massow concedimus et donamus, et si super juribus suis dubium factum fuerit, ad civitatem Stargardensem recursum habebunt. Exspirante autem eorum libertate, nobis et nostris successoribus de quolibet manso videlicet de supradicto opido Massow sex solidos denariorum usualis monetae, exceptis mansis infeudatis, dabunt annis singulis et persolvent. Protestamur etiam, quod jam saepe dicti burgenses pro modio et denario, qui sacerdotibus et plebanis dari solebant, suo plebano quatuor mansos de nostro consilio assignarunt. Ne igitur super praemissis alicui in posterum dubium oriatur, dilectis nostris burgensibus in Massow praesentem paginam sigilli nostri munitione roboratam in testimonium validum erogamus. Hujus vero ordinationis testes sunt dominus Henricus custos ecclesiae nostrae Caminensis, Henricus archidiaconus Stetinensis, Johannes decanus Stetinensis et Theodericus canonicus ecclesie Colbergensis, clerici, Otto comes de Eversten, Heydenricus de Clutsow, Dheogenardus de Lensen, Johannes de Letenin, Arnoldus de Pinnow, Fridericus de Wete, milites, Johannes advocatus noster in Camin, Eberhardus advocatus noster in Massow, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec in Werben, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, quinto kalendas Maji, pontificatus nostri anno XXIV.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1278) Nr. 7 (deutsche Uebersetzung).

Gedruckt in Schöttgen und Kreysig, Diplom. III S. 8 Nr. 10 (Transs. vom 24. März 1290).

1094.

1278 April 30. (pridie kalend. Maii).

Herzog Barnim I. giebt dem Kloster Verchen das Eigenthum von zehn Hufen ohne die Bede im Dorfe Prützen, welche Hufen Eizo von demselben zu Lehen hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam vanitas uanitatum et omnia vanitas et in humanis gestis nullius rei stabilitas reperitur, necesse est ut acta principum, que in tempore ordinantur, sic publicis instrumentis et documentis legitimis perhennentur, ut in posterum nullius occasione dubietatis immutari valeant uel infringi. Quam ob rem notum esse uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos donauimus et titulo donationis appropriauimus monasterio, priorisse et conuentui de Virchna dilectis nobis in Christo decem mansos in villa Prucen cum omni iure, excepta precarie exactione, quam nobis [re]seruamus,[1]) in sempiternum feliciter et pacifice possidendos. Quos mansos Eizo et sui legitimi heredes tenent et tenebunt a dicto monasterio et ecclesia in uero feodo et legali. Vt autem huius donationis proprietas in euum firma permaneat et inconuulsa, presens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri appensione ecclesie priorisse et conuentui prenotatis ordinis sancti Benedicti duximus largiendum. Cuius rei testes sunt Heinricus Heiden, Widikinus de Wa[l]sleue,[2]) Gerhardus de Heibrac aduocatus noster de Dymin, Johannes de Scolentin, milites, Euerhardus de Coldenbeke marchalcus (!), Hinricus Niger camerarius noster, et plures alii fidedigni. Actum et datum ibidem per manum magistri Rodolfi nostri notarii anno domini M°.CC°.LXX°VIII°. pridie kalend. Maii.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 25; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 573; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 32.

1095.

1278 Juni 1. (kalendas Junii) in villa Colne.

Herzog Barnim I. belehnt den Ritter Nikolaus Drake und seine Söhne mit dem Dorfe Pribizlaw.

Barnim dei gracia dux Slauorum vniuersis Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in omnium saluatore. Quanto quis apud nostram excellenciam maiori fidelitatis titulo commendatur, tanto ampliori merito ipsius fidelitas est retributionis munere adiuuanda, et ne acta nostra circa ipsum in fluxibilitate temporis ordinata transseant (!) in obliuionem, volumus ea legitimis documentis et publicis instrumentis idem (!) perhennari, ut in eisdem in posterum amputetur omnis occasio malignandi. Quam ob causam notum esse uolumus nacionibus presentibus et futuris, quod nos contulimus dilecto nostro domino Nicolao militi dicto Drake et suis legitimis pueris villam vocatam Pribizlaw iure et cognicione cause se extendentis ad iudicium sanguinis, colli pariter atque manus, et liberam et exemptam a solucione precarie exactionis et denariorum monetalium, a servitute pontificionis glacieique

[1]) Die Original-Matrikel hat seruamus.
[2]) Desgl. Wasleue.

sectione et ab omnimoda seruitute rustica et vrbana in verum feodum et legale perpetuis temporibus feliciter et pacifice possidendam. Vt autem hec nostra collacio a nobis nostrisque heredibus et successoribus firma inconcussa et inuiolabilis perseueret, presens instrumentum cum sigilli nostri appensione in stabile munimentum pronominatis(!) duximus largiendum. Testes horum sunt Johannes Holtsatus, Gerardus de Heydebrake aduocatus noster, Otto Predol, Bolto Scherf et plures allii(!) fidedigni. Actum in villa Colne et datum ibidem per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii anno domini M̊.C̊C̊.LX̊XVIII. kalendas Junii.

Das Siegel von der grünseidenen Schnur abgefallen.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Ducalia Nr. 6; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 574; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registr. II (1278) Nr. 11.

1096.

1278 Juni 1. (kal. Junii) circa molendinum quod vocatur ad duas rotas.

Herzog Barnim I. bezeugt, daß er von Conrad, Markgrafen zu Brandenburg, die Güter Treben, Collin, Repplin, Brallentin, Schönlinde, Petznik, Reichenbach, Schönwerder, Sandow, den Hof des Klosters Colbatz und den Hof Copam zu Lehen erhalten habe, verpflichtet sich gegen Zahlung von 1500 Mark dem Markgrafen mit 150 Rittern gegen den Erzbischof von Magdeburg und dessen Helfer im Kriegsfalle beizustehen, und stellt seine Städte Garz, Greifenhagen, Pyritz und Stargard als Bürgen der eingegangenen Verpflichtungen.

Nos dei gracia Barnim dux Slavorum presentibus protestamur, quod ab illustri principe domino nostro dilecto Conrado, marchione Brandeburgensi, in pheodum recepimus ista bona, scilicet Treben, Colin, Reppelin, Bralentin, Sconelinde, Pecenik, Richebach, Sconewerder, Sandow, curiam monachorum de Colbaz cum villa Slavicali adiacente, et curiam Copam, prout dominus Lodewicus de Wedele ex parte ipsius nos misit in possessionem corporalem, presente domino H. episcopo Caminensi. Insuper promisit nobis mille et quingentas marcas pro seruicio ipsi exhibendo contra Magdeburgensem ecclesiam et contra omnes et singulos eiusdem ecclesie adiutores, quam diu durauerit eius gwerra, illustribus principibus dominis Ot. et Al. marchionibus Brandeburgensibus et dominis Slauie non inclusis. Cum autem vocati ad seruiendum fuerimus et in terra ipsius et fratrum suorum per vnam noctem fuerimus procurati cum centum et quinquaginta dextrariis fabratis deinceps seruituri, ex tunc in dicta pecunia persoluenda obligabitur nobis post factam expeditionem subsequenti festo Martini, prout triginta milites promiserunt. Post vocationem autem ipsius ad octo dies ad locum terre nostre distantem in vna dieta veniemus ad exhibenda servicia preparati. Si autem ingressum huiusmodi servicii non fecerimus expedicionis, predictus dominus noster marchio nobis in predicta pecunia non erit aliquatenus obligatus, sed bona que ipse nobis contulit, in pheodo obtinebimus possidendo. Prima autem expedicione conpleta continuabimus seruicium promissum cum sexaginta dextrariis faleratis quam diu durauerit dicta gwerra, et si ad conflictum venire nos contigerit, warandabimur de captiuitatis exempcione et rerum perdicione secundum arbitrium discretorum. Vt autem predicta seruicia, pro quibus eius pheoda suscepimus et pecunie sponsionem, non inmutemus, ciuitates nostras quatuor videlicet Gardiz, Griphenhagen, Piriz et Staregart predicto domino marchioni Conrado sub iuramento consulum et promissione communitatis dictarum ciuitatum

posuimus obligando, vt si aliquando predicta seruicia non impleremus, quod ex tunc dicte ciuitates dicto domino marchioni se subiciant a nobis penitus recedendo, quousque prescripta seruicia et promissa adimpleverimus secundum iusticiam vel favorem. Preterea si precariam in terra nostra decreuerimus postulare, hominibus(!) domini nostri marchionis, qui bona et pheoda a nobis tenent, ad nostram presenciam inuitabimus petendam precariam declarando, et siue venerint siue non, si petita precaria conmuniter fuerit acceptata et ab omnibus persoluta, homines domini nostri marchionis eam soluere non negabunt. Item si expedicionem indixerimus et executi eandem fuerimus et vasallis dominorum marchionum a nobis pheoda tenentibus ipsam nunciauerimus et ire neglexerint, secundum quod iustum fuerit tractabimus cum eisdem. Preterea nullam iniuriam erogabimus vasallis dominorum nostrorum a nobis bona tenentibus in pheoda, nec ipsi vasallos nostros in aliquo perturbabunt, set omnia in iure et iusticia vel amicicia amicabiliter tractabuntur. Placita autem que hiis litteris declarantur, nulla alia placita inter nos habita aliquatenus inmutabunt. Promisit insuper dominus noster marchio Conradus bona fide, quod fratres eius prenotata bona similimodo, sicut ipse contulit, conferent et sigillata sigillabunt, hec predicta omnia adimplendo. Quandocumque autem predicta gwerra sopita fuerit vel finita et premissa servicia adimpleta contra ecclesiam Magdeburgensem et eius adiutores, nostre ciuitates predicte ab obligacione hic inscripta erunt libere et solute. In cuius rei validum testimonium predicto domino nostro Conrado marchioni Brandeburgensi presentem paginam sigillo nostro tradimus sigillatam. Acta sunt hec circa molendinum quod vocatur ad duas rotas, anno domini M°.CC°.LXXVIII°. kal. Junii.

Ein Siegelfragment an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Königl. Geh. Staats-Archiv zu Berlin.

Gedruckt in Riedel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 135 Nr. 180; Fabricius III Regeste 202; Barthold, Geschichte von Pommern II S. 570.

1097.

1278 Juni 5. (nonas Junii) Cussalin.

Hermann, Bischof zu Camin, gründet das Jungfernkloster zu Cöslin und beschreibt die von ihm demselben verliehenen Besitzungen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam generatio preterit et aduenit nichilque in humana conditione existit, quod a memoria hominum non recedat, salubri consilio remedium est inuentum, ut ea que in humanis actibus agitantur scriptis autenticis ad perpetuam rei memoriam perhennentur. Discat igitur natio presentium et felix successio futurorum, quod nos qui ex officii nostri debito tenemur cultum diuini nominis ampliare, communicato consilio discretorum in honorem intemerate semperque uirginis Marie sub obseruantia regule beatissimi Benedicti abbatiam et claustrum sanctimonialium Cystersiensis ordinis in ciuitate nostra Cussalin auctoritate ordinaria stabilimus. Ne autem sine nostro subsidio maneant temporali et ut quoslibet christiane fidei professores ad beneficia piis locis et ecclesiis inpendenda exemplo simili prouocemus, ipsi claustro et sanctimonialibus que ibidem pro tempore

fuerint, post obitum domini Nicholai plebani in Cussalin patronatum ecclesie in Cussalin et ipsam ecclesiam cum omnibus suis attinentiis et utilitatibus contulimus iure perpetuo possidendam. Et ne super ipsis attinentiis succedentibus temporibus cuiquam dubium oriatur, ipsas propriis nominibus declaramus: ad dictam siquidem ecclesiam pertinent IIII^or mansi siti infra agros qui predicte nostre adjacent ciuitati, de quibus ipsa ecclesia est fundata, item integra decima in villa Strekentin et integra decima in villa Tunowe, annona quoque ecclesiastica tam de agris dicte ciuitatis quam etiam aliorum, qui ipsam ecclesiam frequentant et ibidem recipiunt ecclesiastica sacramenta, item taberna in Venest et tercia pars prouentuum tabernarum in Lase, nec non nonaginta allecia de quolibet reti in captura allec inter Lase et Venest locis proxime nominatis, rursum capella in Cholme et ecclesia in Jamene cum prouentibus et utilitatibus earundem. Insuper damus dicto claustro proprietatem sex mansorum infra terminos ciuitatis sepius nominate, proprietatem quoque quinquaginta et IIII^or mansorum in territoriis Colbergh uel Cussalin, vbi persone dicti claustri emerint uel eis alias accreuerint iusto modo, exceptis bonis illorum qui heredes non habuerint descendentes. Simili modo damus ipsi claustro proprietatem quadraginta mansorum in territoriis memoratis, ubi de cultura agrorum siue mansione hominum memoria non habetur, preterea unam nauem liberam in Venest, cum allecia capiuntur, et libertatem cum sagena in salso mari pisces in nostris terminis capiendi. Ad hec ipsi claustro libertatem plenariam indulgemus in omnibus stangnis nostris in terra Cussalin pisces cum paruis retibus qui stoknette dicuntur uel eis similibus capiendi, ut persone claustri tanto commodius ualeant sustentari. Ceterum conferimus dicto claustro patronatum ecclesie in Crasnich, ita quod persone ipsius claustri uacante ecclesia ipsa ad eam personam ydoneam presentent, que in ea faciat residentiam personalem. Quisquis igitur huius nostre donationi siue ordinationi contrarius esse presumpserit, omnipotentis dei iram et nostram se nouerit incursurum. Omnibus uero huius priuilegii iura seruantibus sit pax in domino et cum electis dei eterne uite proinde percipiant portionem. Vt autem in posterum contra predicta claudatur omnis occasio malignandi, presens scriptum cum appensione nostri sigilli iussimus roborari. Testes huius sunt Henricus thesaurarius, magister Gherardus scolasticus et Henricus archidiaconus Stetinensis, canonici Caminenses, item Heydenricus de Clutzowe, Ghobelo marscalcus, Theodericus de Cotene, Theodericus Ursus, Dauid de Grehen, Fredericus de Bevenhusen, milites, preterea Bertrammus magister nostre coquine et Johannes dictus Pax, famuli, ac alii plures tam clerici quam laici fidedigni. Datum Cussalin anno domini M^oCC^oLXX^oVIII^o. nonas Junii per manum magistri Johannis notarii nostri, pontificatus nostri anno vicesimo quarto.

Das gut erhaltene Siegel an gelb- und rothseidener Schnur anhängend.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Cöslin Nr. 2; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 586; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Matrikel des Cösliner Nonnenkl. (Loepersche Biblioth. Mscr. 219) fol. 71; Dreger, Registr. II (1278) Nr. 2.

Gedruckt in Lisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 140 Nr. 95.

1098.

1278 Juni 5. (nonas Junii) Cussalin.

Hermann, Bischof zu Camin, schenkt dem Kloster Bukow das Dorf Karnkewitz.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus dei gracia Caminensis

ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam propter mortalitatem hominum et labilem memoriam eorundem ea, que sunt rationabiliter ordinata, peruersis cauillationibus sepius immutantur, expedit vt scriptis auctenticis ad perpetuam rei memoriam confirmentur. Ad singulorum igitur noticiam tam presentium quam futurorum volumus peruenire, quod nos pro remedio nostrorum peccatorum et vt quoslibet orthodoxos ad beneficia piis locis et ecclesiis impendenda exemplo simili prouocemus, dilectis nobis filiis abbati et conuentui in Bukowe Cisterciensis ordinis nostre diocesis et personis, que ibidem pro tempore fuerint, villam Carnescwitz sitam in terra Slawen, que ad nostram ecclesiam ex antiquo dinoscitur pertinere, et proprietatem ipsius ville cum terminis et attinentiis suis contulimus donationis titulo propter dominum, scilicet cum decimis, prouentibus, judicio sanguinis et ciuili ac cum omnibus que in ipsius ville terminis continentur, videlicet in agris cultis et incultis, viis et inuiis, pratis, pascuis, lignis, siluis, aquis, paludibus, stagnis, piscationibus et omni vtilitate, que in ipsa nunc est vel haberi poterit in futuro, et omni jure, quod in dicta villa et terminis suis dinoscimur habuisse, districtius sub intimatione anathematis inhibentes, ne quis huic nostre donationi audeat contraire. Ne igitur succedentibus temporibus cuiquam dubium oriatur, presens scriptum sigillo nostro jussimus roborari. Testes hujus sunt Theodericus capellanus noster canonicus Colbergensis et Nicolaus plebanus in Cussalin, item Bertoldus Thuringus, Dauid de Greben et Mechelm fratres, Vlricus et Fredericus fratres de Beuenhusen, milites, et alii plures tam clerici quam laici fidedigni. Actum Cussalin et datum ibidem anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, nonas Junii, pontificatus nostri vicesimo quarto.

Bibliotн. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 17; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 585.

1099.

1278 Juni 8. (sexto ydus Junii) Pyrun.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, verleiht den Rittern Mathäus und Eberhard Moltke das Dorf Redebas zu freiem Besitz.

Wizlaus dei gratia princeps Rvianorum omnibus presentes litteras inspecturis salutem in vero salutari. Quoniam ad instar eclipticantis cartie stipis flexis casuri ob mene marcessibilitatem sibidem pronosticatis ut surculus illi insertus a vigoris pullulatione penitus sopiatur, nimirum itaque rerum temporalium successus, uidelicet inbecillis memoria, festine dilabitur, nisi celte kalomali perhenni scriptorum efficatia solidetur. Huius igitur cautele intuitu tam presentibus quam futuris notum esse volumus et apertum, quod nos precipuis nobis militibus ac dilectis Matheo et Everhardo dictis Molteke villam Rethebvritz cum omni iuriditione, quemadmodum illam a nostris progenitoribus suscepimus et possedimus, videlicet iuditium maius et minus in omni causa, secundum predicte uille terminorum distensiones in omni loco, omni cessante scrupulo, contulimus perpetua possessione libere possidendam, nichillominus tamen homagii rationem recusantes. Vt hec nostra collatio rata, perpetua et incommutabilis perseueret, scriptum hoc exinde manu nostri notarii publica confectum sigilli nostri robore iussimus communiri. Testes huius rei sunt milites Jo[hannes] de Gristov, Borantha, Chotanus Mordere, Renvardus de Penz, Jo[hannes] Mordere, Lodewikus Kabo(bo)lt,

Matheus Moltik, Marquardus cum platha, Thomas cum platha, Jo[hannes] de Osten, Hinricus de Osten, et alii quam plures uiri, quibus non immerito fides adhibetur creditiua. Datum Pyrun, ab incarnatione domini anno millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, sexto ydus Junii.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 133.

1100.

1178 Juni 10. (quarto idus Junii) Grifeswold.

Herzog Barnim I. und sein Sohn Bogislaw IV. bestätigen dem Johannes Rauen und seinen Kindern zu Greifswald die Bede aus dem Dorfe Grubenhagen, welche sie von dem Kloster Eldena zu Lehen tragen.

In nomine domini amen. Dei gratia Barnim et filius suus Boguzlaus duces Slauorum vniuersis cristifidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Quoniam generatio preterit et generatio aduenit et nullius rei certitudo sub celi ambitu continetur, necesse est acta principum, que in tempore defluenti ordinantur, sic legittimis documentis et publicis instrumentis stabiliri, ut in eisdem imposterum non pateat occasio malignandi. Quam ob causam notum esse uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos dilecto nostro Johanni dicto Rauen burgensi nostro de Grifeswold et pueris suis legittimis contulimus precariam exactionem ville Grubenhagen habentis duodecim mansos, quam ab ecclesia de Hylda feodaliter tenent in feodum verum et legale, sempiternis temporibus feliciter et pacifice possidendam. Dedimus autem prenominatis ipsam precariam dicte ville titulo collationis et donationis, ita quod nec nobis nec alicui nomine nostro dabunt eandem precariam et persoluent, sed cum ipsa ordinabunt ipsorum commodum et profectum. [Vt][1]) autem hec nostre donationis collatio firma et inuiolabilis in perpetuum perseueret, eidem Johanni et suis pueris prenotatis presens instrumentum inde confectum cum sigillorum nostrorum appensione duximus largiendum. Testes eius rei sunt Johannes de Brelin marscalcus, Heinricus de Zaienzs, milites, Euerardus Coldenbeke marscalcus, Heinricus Niger camerarius, item Ertmarus, Bolto de Kile, Godeko de Parchem, Otbreictus Stumpel, Gerardus Rose, Heinricus Pape, Bune, burgenses de Grifeswold, et plures alii fide digni. Actum et datum Grifeswold per manum magistri Rodolfi anno domini M̊.CC̊.LXX.VIIİ. quarto idus Junii.

Die beiden Siegel nebst Schnüren nicht mehr vorhanden.

Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Ducalia Nr. 5; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Klempzen, Extract fol. 81v.

---

[1]) Das Original hat Vnde.

1101.

1278 Juni 18. (quartadecima kalendas Julii) Colberg.

Hermann, Bischof zu Camin, bestätigt das Nonnenkloster in der Altstadt Colberg und schenkt ihm das Dorf Wobrote, das Allod Colck, den Acker des ehemaligen heil. Geisthospitals zu Colberg, sowie ein freies Schiff zum Häringsfang.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus imperpetuum. Quoniam decrescente humani generis conditione et labente probationis copia super hiis, que sunt rationabiliter ordinata, consueuit sepius deperire, ideo vtile iudicatur, vt super hiis que acta sunt ad cauendum futuris, fiant publica munimenta. Ad singulorum igitur noticiam tam presentium quam futurorum volumus peruenire, quod iuxta susceptum pontificalis offitii debitum intendentes cultum diuini nominis ampliare in honore intemerate semperque virginis Marie in antiqua ciuitate Colberg, vbi quondam domino deseruierant canonici Colbergenses, sub obseruantia regule beati Benedicti claustrum sanctimonialium stabiliendum decreuimus et fundandum. Et ne ipsum claustrum et persone, que ibidem pro tempore fuerint, sine nostro subsidio maneant temporali, quia spiritualia sine temporalibus subsistere diu minime possunt, ipsi claustro dedimus et appropriauimus locum illum tam in vertice quam in valle, vbi apud ipsum claustrum quondam fuerat quoddam castrum, cum attinentiis illius loci, et omne ius et vtilitatem, que in ipso loco et suis terminis dinoscuntur habuisse tam de ortulanis quam de aliis, volentes vt de ortulanis cum Colberg fuerimus, ad coquinam nostram nobis caules et olera ministrentur ad tempora vite nostre, nullo valente ab ipsis ortulanis caules vel olera, cum Colberg non fuerimus, extorquere. Item dedimus ipsi claustro proprietatem ville Wobrote infra terminos eius cum iuditio colli et manus et ciuili nec non omne ius, quod in ipsa villa et terminis suis in aquis et aquarum decursibus, paludibus, pratis, pascuis, viis, semitis dinoscimur habuisse vel a nobis haberi poterat in futuro. Item dedimus proprietatem allodii agrorum dicti Colck cum terminis suis et ipsum locum allodii cum aquis et aquarum decursibus, paludibus, pratis, pascuis, [sicuti infra terminos continentur, et omne jus et vtilitatem].[1] Simili modo donauimus ipsi claustro proprietatem allodii et agrorum quondam sancti spiritus in Colbergh cum terminis suis et hiis, que in aquis, paludibus, pratis, pascuis infra ipsos terminos continentur, et omne jus et vtilitatem, que in omnibus predictis et quolibet predictorum habuimus vel a nobis haberi poterant in futuro. Preterea dedimus ipsi claustro in terminis nostris ad vsus ipsarum santimonialium vnam nauem liberam cum alletia capiuntur, districtius sub interminatione anathematis inhibentes, ne quis huic nostre donationi audeat contraire. Vt autem contra predicta malignandi aditus precludatur, presens scriptum sigillo nostro iussimus roborari. Testes huius sunt Henricus thesaurarius Caminensis, item Otto domicellus comes de Euersten, preterea Bertholdus Thuringus, Dauid et Segelin fratres de Greben, Vlricus et Fredericus fratres de Beuenhusen, ac alii plures tam clerici quam laici fidedigni. Datum Colberg per manum magistri Johannis nostri notarii anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, quartadecima kalendas Julii, pontificatus nostri anno vicesimo quarto.

Original-Transsumt vom 17. Juni 1541 im städt. Archiv zu Colberg; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 587.

Gedruckt in Rango, Pomerania dipl. S. 117 Nr. 7; Wachs, Gesch. der Altstadt Colberg S. 490.

---

[1] Das Original-Transsumt hat die aus Wachs übernommenen, eingeklammerten Worte nicht, doch scheint in Wachsens Geschichte ein vollständigeres Exemplar der Urkunde zum Abdruck gelangt zu sein.

1102.

1278 Juli 21. (feria V^a^ proxima ante festum [sancte] Marie Magdalene) in alodio nostro Schoue.

Alexander, Abt zu Neuencamp, bezeugt, daß Hermann, Bischof zu Schwerin, sich mit dem Ritter Arnold von Grimmen wegen des Zehnten von des letzteren Gütern verglichen hat.

In nomine domini amen. Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quorum notitiam he littere peruenerint, frater Alexander abbas Noui Campi salutem in domino Jhesu Christo. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod interfuimus vidimus, audiuimus, quod cum uenerabilis in Christo pater et dominus noster Hermannus episcopus Zuuerinensis dilectum in Christo Arnoldum de Grimmis militem incusaret super eo, quod quasdam decimas ecclesie Zuuerinensis detinuit, quas de quibusdam terris suis debuerat amplius persoluisse, dictus miles respondendo proposuit se nihil de bonis suis amplius debere episcopo preter quintum mansum bonorum illorum nomine decimarum, illis tamen exceptis et deductis, qui besettinge uulgariter nuncupantur, asserens quod venerabilis in Christo bone memorie dominus Brunuuardus Zuuerinensis episcopus bone memorie quondam patri suo bona predicta tempore uaste solitudinis modis predictis in feodum excolenda contulit, et eodem iure ab ipso et suis heredibus perpetuo possidenda, prout super hoc more uasallico se dictus Arnoldus obtulit ad prestandum corporaliter iuramentum. Cumque more predicto dictus episcopus iuramentum deferret eidem, ipse cum quibusdam familiaribus suis se ad partem recipiens, saniori ductus consilio et uoluntate mutata de iuramento prestando, coram dicto episcopo per confessionem propriam publice recognouit, se debere eisdem episcopo et Zuuerinensi ecclesie de predictis bonis suis dimidiam decima(ru)m. Quam etiam sepedictus episcopus prefato militi ad preces et instantiam amicorum suorum ibidem presentium ad uitam suam in feodum contulit, post decessum suum ad mensam episcopalem libere et sine contradictione qualibet reuersur[a]m; quintum uero mansum in bonis ipsis dictus episcopus medio tempore percipiet annuatim. In cuius rei testimonium presentes litere ad requisicionem utriusque partis conscripte sigilli nostri munimine roborantur. Actum in alodio nostro Schoue anno domini M.CC.LXXVIII. feria V^a^ proxima ante festum [sancte] Marie Magdalene, presentibus Symone cantore et Gerardo notario, canonicis Zuuerinensibus, Henrico officiali nostro et plebano de Tribses, Hermanno plebano de Baggendorff et Conrado de Grimmis, clericis, item Friderico dicto Clawe, Godefrido de Dudendorp et Godescalcho de Wik, militibus, et Hartuuico de Exsen cum aliis tam clericis quam laicis fide dignis.

Ungenaue Abschrift aus dem 16. Jahrhundert im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 135 (nach einer von Clandrian beglaubigten Copie); Mekl. Urk.-Buch II S. 587 Nr. 1468.

1103.

1278 August 15. (decimo octauo kalendas Septembris) Colberch.

Hermann, Bischof zu Camin, verkauft dem Kloster Bukow die Dörfer Eventhin und Karnkewitz sammt dem zwischen diesen und dem Kloster belegenen Landstrich.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus dei gracia Caminensis

ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam generatio preterit et generatio advenit nichilque in humana conditione subsistit, quod propter mortalitatem hominum et labilem memoriam eorundem in obliuionem non deueniat, ideo discretorum consilio remedium est inuentum, vt ea que ab humanis actibus agitantur, scriptis auctenticis ad perpetuam rei memoriam confirmentur, quatenus extemplo habeatur cognitio veritatis, si super hiis que acta sunt, suboriri contingat aliquid questionis. Discat igitur natio presentium et felix successio futurorum, quod nos dilectis nobis in Cristo filiis abbati et conuentui in Bucowe Cisterciensis ordinis nostre diocesis villam Jewenthin et villam Carnescwiz et proprietatem istarum villarum cum aquis et aquarum decursibus, pratis, pascuis, paludibus, viis et semitis, nemoribus, agris cultis et incultis, et quicquid juris vel vtilitatis in locis villarum Belcowe et Glesenowe vel aliis locis quondam villarum, quibuscunque nominibus nuncupentur vel appellari contingat in futuro, infra villam Jewenthin et villam Carnescwiz et predictum claustrum Bucowe cum terminis ipsorum locorum et his que infra ipsos terminos continentur, habuisse dinoscimur et habere contingat in futuro, decernentes ut homines villam Jewenthin et villam Carnescwiz inhabitantes vel loca villarum predictarum vel si aliquas villas infra Jewenthin et Carnescwiz et predictum claustrum Bucowe possidere contingat in futuro, a precaria et omni exactione, vecturis curruum, vrbium et oppidorum edificatione, a nobis et successoribus nostris perpetua gaudeant libertate. Quisquis igitur huic nostre donationi, quam pro nostre ecclesie necessitate fecimus, quia pretium quod ex ipsa [venditione recipimus in vsum et vtilitatem ecclesie nostre conuertimus, contrarius esse presumpserit vel ei quomodolibet obuiare attemptauerit, omnipotentis dei iram et nostram se nouerit incursurum. Omnibus vero hujus priuilegii jura servantibus sit pax in domino et eterne vite proinde percipiant portionem, largiente eo qui in se non deserit confidentes. Vt autem succedentibus temporibus contra predicta malignandi occasio precludatur, ad memoriam futurorum sigillum nostrum presentibus jussimus adhiberi. Testes hujus sunt Hinricus thesaurarius Caminensis et Bernardus de Euerstene ejusdem ecclesie canonicus, Theodericus canonicus Colbergensis, Nicolaus plebanus in Casselin, clerici, item Otto comes domicellus dictus de Euersten, preterea Bertoldus dictus Thoringus, Reimbartus dictus Wacholt, Dauid de Greben, Vlricus et Fredericus de Beuenhusen, milites, et alii quam plures clerici et laici fide digni. Actum Colberch et datum ibidem per manum magistri Johannis curie nostre notarii anno incarnationis domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, pontificatus nostri anno vicesimo quarto, decimo octauo kalendas Septembris.

Bibliotb. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 13; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 589.

1104.

1278 August 15. (octauo decimo kalendas Septembris) Colberg.

Hermann, Bischof zu Camin, überläßt mit Zustimmung seines Domkapitels dem Kloster Bukow die Dörfer Eventhin und Karnkewiz sammt der Fischerei in dem See bei Bukow und im Meere in den Grenzen des Dorfes Eventhin.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Pia antecessorum studia imitare precipue in

religiosorum profectibus cupientes notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod nos dilectis in Christo nobis filiis abbati et conuentui monasterii gloriose virginis matris dei Marie in Buchow Cysterciensis ordinis nostre dyocesis et vniuersis successoribus eorum ad subsidium diuini officii peragendum vnanimi consensu et pari uoto totius nostri capituli Caminensis contulimus villam Iwenthin et villam Carniuiz earundemque villarum proprietatem cum terminis et libertatibus subnotatis perpetuis temporibus possidendas, videlicet cum iudicio sanguinis et ciuili, capitali sententia et manuali, et cum omni iure, cum decimis, prouentibus, piscationibus in stagno Buchow et in mari salso infra terminos ipsius ville Iwenthin, cum aquis, aquarum decursibus, pratis, pascuis, riuis, paludibus, viis, inuiis, semitis, nemoribus, agris cultis et incultis, et quicquid iuris uel utilitatis in locis villarum Belchow et Glesenow uel aliis locis quondam villarum, quibuscunque nominibus nuncupentur uel appellari contingerit(!) in futuro, infra villam Iwenthin et Carniuiz et predictum claustrum Buchow et cum terminis ipsorum locorum et hiis, qui infra terminos continentur, habuisse dinoscimur uel haberi poterit in futuro, decernentes ut homines villam Iwenthin et villam Carniuiz inhabitantes pro tempore uel loca predictarum villarum uel si aliquas villas infra Iwethin et Carniuiz predictum claustrum Buchow possidere contigerit in futuro, a precaria, exactione, vecturis curruum, vrbium uel opidorum edificatione, pontium positione a nobis et successoribus nostris perpetua gaudeant libertate. Quisquis igitur huic nostre donationi cum consensu nostri capituli sollempniter factam(!) inposterum contrarius esse presumpserit uel ei quomodolibet obuiare attemptauerit, omnipotentis dei iram et nostram se nouerit incursurum. Omnibus uero huius priuilegii iura seruantibus sit pax in domino et eterne uite proinde percipiant portionem, largiente eo qui in se non deserit confidentes. Vt autem succedentibus temporibus contra predicta malignandi occasio precludatur, ad memoriam futurorum sigillum nostrum presentibus iussimus adhiberi; nichilominus capitulum nostrum Caminense nostram donationem ratam habentes et pari deuotione congaudentes pro huius facti munimine sigillum suum apponere decreuerunt. Testes huius sunt Johannes decanus, Heinricus thesaurarius, Uvizslaus, magister Gerchardus, Bernardus de Euerstene, Conradus prepositus de Stethin, Henricus prepositus, canonici Caminensis nostre ecclesie, Theodericus et Johannes, canonici Colbergenses, et Nycholaus plebanus in Cussalin, clerici, item Otto comes domicellus dictus de Euerstene, preterea Bertoldus Thuringus, Reimbertus dictus de Wacholt, Detleuus de Slecene, Dauid de Greben, Vlricus et Fredericus de Beuenhusen, milites, et alii quam plures tam clerici quam laici fide digni. Actum Colberg et datum ibidem anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, pontificatus nostri anno uicesimo quarto, octauo decimo kalendas Septembris.

Die Siegel fehlen.

Das sehr beschädigte Original im Königl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Bukow Nr. 4; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 590; Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 10.

1105.

1278 August 21. (duodecima kal. Septembris) Colberg.

Hermann, Bischof zu Camin, giebt dem Jungfernkloster zu Colberg das Patronat der Kirche zu Marin nach dem Tode des derzeitigen Pfarrers, Presbyters Hermann.

In nomine domini amen. Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus

imperpetuum. Propterea scripturarum testimonium est inuentum, vt ea que gessit natio preteritorum, ad memoriam deueniant futurorum. Hinc est quare ad singulorum noticiam tam presentium quam futurorum volumus peruenire, quod nos in antiqua ciuitate Colberg claustrum sanctimonialium causa diuini cultus ampliandi stabiliendum decreuimus et fundandum, et vt inopie personarum ipsius claustri consulere possemus, patronatum ecclesie in Merin priorisse et sanctimonialibus, que in ipso claustro pro tempore fuerint, pure donauimus propter deum decernentes, vt cum dominus de medio vocauerit Hermannum ipsius ecclesie plebanum, prepositus et priorissa claustri predicti fructus ecclesie in Merin persone idonee possint exponere vel locare vel aliquem vicarium in ipsa ponere, vt tanto habundancius in temporalibus valeant sustentari, prouiso vt persone que in ipsa ecclesia fuerit instituta sustentatio congrua reseruetur; dictam namque ecclesiam, cum eam vacare per mortem domini Hermanni contigerit, ad claustrum sanctimonialium predictum cum omnibus attinentiis et vtilitatibus deuolui volumus, sicut dominus Hermannus sepedictus ipsam ecclesiam dinoscitur possedisse, districtius sub interminatione anathematis inhibentes, ne quis huic nostre donationi presumat quomodolibet obuiare. Vt autem per lapsum temporis omnis contra predicta malignandi occasio precludatur, ad perpetuam rei memoriam sigillum nostrum presentibus iuissimus adhiberi. Testes huius sunt Henricus prepositus Colbergensis, magister Johannes Scorike, Nicolaus, Johannes, Hendericus et Theodericus eiusdem ecclesie canonici, item Bertoldus Thuringus, Dauid de Greben, Fredericus et Vlricus fratres de Beuenhusen, milites, et alii plures tam clerici quam laici fide digni. Datum Colberg per manum Johannis canonici Colbergensis curie nostre notarii anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, duodecima kal. Septembris, pontificatus nostri anno vicesimo quarto.

Original-Transsumt vom 17. Juni 1541 im Stadt-Archiv zu Colberg.

Gedruckt in Wachs, Gesch. der Altstadt Colberg S. 577; Oesterding, Pomm. Magazin I S. 173.

1106.

1278 August 22. (in octaua assumptionis beate virginis) Bart.

Wizlaw II., Fürst von Rügen, beschreibt die Grenzen der von ihm an die Stadt Barth zu Lübischem Rechte verkauften Ländereien.

W. dei gracia princeps Ruyanorum omnibus in perpetuum. Notum facimus vniuersis, quod nos vendidimus dilecte ciuitati nostre Bart, quicquid continetur inclusum in aquis, pascuis, campis, agris, siluis, rubetis, pratis, cultis pariter et colendis, a riuulo de Rosenvort fluente usque in Bardeke, per paludem Barenbrugh procedendo, ita quod medietas riuuli et quicquid situm est ex vna parte sui, ad ciuitatem predictam dinoscitur pertinere, et alia medietas et quicquid ex illa parte situm est, ad villam Zarnekeuiz spectare videtur, et vlterius de Rosenvort usque ad terminos Godekenhagen, prout sunt suis propriis signis distincti invicem termini memorati, vlterius de terminis Godekenhagen usque ad terminos Ludolueshagen distinctos monticulis et aliis signis specialibus distinctiuis, vlterius vsque ad terminos Hermenshagen, vlterius vsque in Hermenshager vort, vlterius via totalis usque Rostenbergh, vlterius directe ad fluentem paruum Wlenort nuncupatum, vlterius directe vsque Swinewarde, vlterius via que procedit de Wlendorpe ad Pruchute usque ad terminos

Pruchute, vlterius de hiis terminis redeundo ad pomum vnam vsque in paludem dictam Stoyde, cuius paludis medietas descendendo usque in Bardeke ad ciuitatem dictam et alia ad Pruchute spectare videtur, iure Lubicensi perpetuo libere et quiete cum vtilitate et proprietate possidendum, presentibus testibus infra scriptis, videlicet Johanne de Gristowe, Boranta, Gotano Mordere, Johanne Mordere, Johanne de Osten, Reynfrido de Penzen, Matheo Molteke, Euerardo Molteke, Johanne Starkowe, Hinrico Pape, militibus, Petro de Sale armigero, et aliis pluribus fide dignis. Datum Bart per manus nostri notarii Hinrici ab incarnacione domini anno M°.CC°.LXX°VIII° in octaua assumptionis beate virginis.

Original-Transsumt vom 29. Sept. 1290 im Stadt-Archiv zu Barth.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 137.

1107.

1278 August 22. (in octaua assumptionis virginis Marie).

Wizlaw II., Fürst von Rügen, genehmigt und bestätigt den durch den Ritter Marquard von Platen an den Bischof und das Stift zu Schwerin geschehenen Verkauf des im Lande Tribsees belegenen Dorfes Wosen und verleiht dem Stift das Eigenthum des Gutes, frei von Abgaben und Diensten.

Wiszlaus dei gratia Ruianorum princeps vniuersis ad quos he littere peruenerint salutem in eo, qui neminem uult perire. Notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod cum venerabilis in Christo pater ac dominus Zuuerinensis episcopus ad usus episcopalis mense sue nomine ecclesie supradicte pro certa pecunie quantitate emisset a strenuo milite, fideli nostro, Marquardo dicto cum thorace villam Wosen dictam, positam in terra Tribuses, cum dimidia undecim mansorum decima et duorum mansorum seruitio ibidem cum omni utilitate et fructu, cum omnibus accessibus et egressibus eius, agris cultis pariter et incultis, siluis, pratis, pascuis, aquis et aquarum discursibus, uiis ac inuiis, et omnibus pertinentiis suis, prout in suis terminis in latum protenditur et in longum, quemadmodum a nobis omnia et singula supradicta idem Marquardus dinoscitur habuisse. Nos contractum huiusmodi rite factum ob reuerentiam et amorem ecclesie supradicte fauore benigno prosequentes et consensu beniuolo approbantes, ratum tenemus et firmum in suo semper robore permansurum, adycientes eidem ecclesie proprietatem et fundum eiusdem ville, cum iudicio sanguinis et mutilatione membrorum, que uulgariter manus et colla uocantur, que omnia de mera liberalitate donamus et libere resignamus ecclesie predicte in perpetuum possidenda, renunciantes expresse in his scriptis omnibus ac singulis supradictis exactionibus et seruitiis ac omni honeri, quod ab incolis predicte ville ratione dominii uel districtus habuimus uel habere possemus de consuetudine uel de jure. Vt omnia et singula supradicta nulla unquam preualente importunitate uel malitia aliquorum in sua semper possint et debeant firmitudine permanere, presentes litteras venerabili antistiti et ecclesie supradictis sigilli nostri appensione duximus roborandas. Testes huius rei sunt nobiles viri dominus Johannes de Christouue, dominus Borant, Ghutannus Morder, Johannes Morder, Johannes de Osten, Thomas et Marquardus cum plata, Mattheus Moltik, Reinuuardus de Penz, Euuerhardus Moltik, milites,

et alii quam plures fide digni, uocati ad hoc specialiter et rogati. Acta sunt hec anno domini M.CC.LXXVIII. in octaua assumptionis virginis Marie.

Bibliothek der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Dregersche Collektaneen (in der Löperschen Bibl. T. XI Clandriansche Copie von 1588); Abschriften aus dem 16. Jahrh. im Großherzogl. Meklenb. Archiv zu Schwerin; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 583.

Gedruckt in Fabricius III Nr. 136; Mekl. Urk.-Buch II S. 588 Nr. 1469.

1108.

1278 August 23. (decimo kalendas Septembris) Colberch.

Hermann, Bischof zu Camin, verkauft dem Kloster Bukow das Dorf Eventhin mit allem Zubehör.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus omnibus inperpetuum. Quoniam generatio preterit et generatio aduenit nichilque in humana conditione subsistit, quod propter mortalitatem hominum et labilem memoriam eorundem in obliuionem non deueniat, ideo discretorum consilio remedium est inuentum, ut ea que in humanis actibus agitantur, scriptis auctenticis ad perpetuam rei memoriam confirmentur, quatenus exinde habeatur cognitio veritatis, si super hiis que acta sunt suboriri contingat aliquid questionis. Discat igitur nacio presentium et felix successio futurorum, quod nos dilectis nobis in Cristo filiis abbati et conuentui in Bucowe Cisterciensis ordinis nostre diocesis, villam Jewenthin et proprietatem ipsius ville justo emptionis pretio vendidimus cum terminis suis, cum judicio sanguinis et ciuili et cum omni jure, cum decimis, prouentibus, piscationibus in stagno Bucowe et in mari salso infra terminos ipsius ville cum aquis et aquarum decursibus, pratis, pascuis, paludibus, viis, semitis, nemoribus, agris cultis et incultis, et quicquid juris et vtilitatis in locis villarum Belcowe et Glesenowe vel aliis locis quondam villarum, quibuscunque nominibus nuncupentur vel nominar[i] contigerit in futurum, infra villam Jewenthin et predictum claustrum Bucowe cum terminis ipsorum locorum et his, que infra ipsos terminos continentur, habuisse dinoscimur vel haberi poterint in futuro, decernentes vt homines villam Jewenthin inhabitantes pro tempore vel loca villarum predictarum vel si aliquas villas infra Jewenthin et predictum claustrum Bucow possideri contigerit in futuro, a precaria exactione, vecturis curruum, vrbium vel oppidorum edificatione, a nobis et successoribus nostris perpetua gaudeant libertate, sed eodem jure sicut in bonis suis Nyresen habet ecclesia Dargunensis. Quisquis igitur huic nostre venditioni, quam pro necessitate ecclesie nostre fecimus, et pretium quod ex ipsa venditione recepimus, in vsum et vtilitatem nostram conuertimus, contrarius esse presumpserit vel ei quomodolibet obuiare attemptauerit, omnipotentis dei iram et nostram se nouerit incursurum. Omnibus vero huius priuilegii jura seruantibus sit pax in domino et eterne vite proinde percipia[n]t portionem, largiente eo qui in se non deserit confidentes. Vt autem succedentibus temporibus contra predicta malignandi occasio precludatur, ad memoriam futurorum sigillum nostrum presentibus jussimus adhiberi. Testes hujus sunt Hinricus thesaurarius Caminensis et Bernardus de

Euerstene ejusdem ecclesie canonicus, Theodericus et Johannes, canonici Colbergenses, et Nicolaus plebanus in Cussalin. clerici, item Otto comes domicellus dictus de Euersten, preterea Bertholdus Thuringus, Reimbertus de Wacholt, Detleuus de Slecen, Dauid de Greben, Ulricus et Fredericus de Beuenhusen, milites, et alii plures tam clerici quam laici fidedigni. Actum Colberch et datum ibidem anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, pontificatus nostri anno vicesimo quarto, decimo kalendas Septembris.

Biblioth. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Bukower Matrikel S. 15; Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 588.

1109.

1278 September 2. (IV. non. Septembris) in Cammin.

Hermann, Bischof zu Camin, schenkt dem Jungfernkloster zu Colberg den früheren Burgplatz daselbst, das Eigenthum des Dorfes Wobrodt und des Allods Collck, die Einkünfte von zwei Hufen zu Rossentin, ein freies Häringsschiff und das Eigenthum der Dörfer Stoikow und Jaasde.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Hermannus dei gratia episcopus Caminensis omnibus in perpetuum. Qvum ex indulto nobis a deo pontificatus officio nostrae interest sollicitudinis, ecclesias nostrae diocoesis paterna prouidentia gubernare ac eas dotibus conuenientibus utpote indigentia eorundem expostulat dedicare, ea propter notum esse volumus tam praesentibus quam futuris, quod nos de communi consensu nostri capittuli apud Colberg claustrum sanctimonialium stabiliendum duximus et fundandum. Et ne sine nostro subsidio maneat temporali, dedimus ipsi claustro et personis, quae ibidem pro tempore fuerint, proprietatem loci in quo situm est, nec non proprietatem illius loci apud claustrum, ubi fuerat quondam castrum; preterea dedimus proprietatem Wobrote et allodii Collck infra suos terminos eidem claustro, duorum et mansorum redditus in uilla Rossentin, unam quoque nauem liberam in captura halecum infra terminos terrae Colberg et Coslin. Insuper dedimus ipsi claustro proprietatem mansorum jacentium ante ipsum claustrum, quos inquam mansos sanctimoniales dicti loci a consulibus ciuitatis Colberg justo emptionis precio compararunt. Adhaec contulimus eidem villam Stoickow sexaginta mansos continentem et proprietatem ipsius et integram uillam Jasde cum proprietatis titulo, cum judicio predictarum villarum colli et manus, nec non cum earundem terminis et his, que infra ipsos terminos continentur, scilicet in agris cultis et incultis, siluis, nemoribus, pratis, pascuis, aquis, paludibus, piscationibus, uiis, semitis, ac omni iure et utilitate, que nunc in predictis uillis est uel haberi potuerunt in futuro, saluo tamen iure quod in villa Jasick ratione decime competit ecclesie Colbergensi, et indaginem cum omni jure. Hec itaque omnia, sicut premissum est, contulimus perpetuo ipsi claustro, ita tamen quod dicte moniales ipsam in toto uel in parte uendere aut permutare non presumant, nisi nostro et capituli nostri habito consilio et consensu. Quam[1]) si contra formam predictam quod adsit vendere et permutare presumserint, ipso iure prehabita redibunt ad ius ecclesie Caminensis. Quisquis igitur huic nostre donationi presumpserit contraire, omnipotentis dei iram et nostram indignationem se sentiat

[1]) Folgende Varianten sind aus der Abschrift im Wolgaster Archiv Beilage M: quoniam.

incursurum. Ut autem id immobile et ratum permaneat, presens scriptum desuper confectum sigillo nostro ac capituli nostri iussimus ad perpetuam huius rei memoriam roborari. Testes hujus sunt Johannes decanus, Wizlauus,[1]) Gherardus scholasticus, Johannes de Warburch,[1]) Johannes de Gorreke et Fredericus Zwartelose,[1]) canonici Caminenses, preterea domicellus Otto comes de Euerstein, Detlevus de Sletzen, Fridericus et Vlricus fratres de Beuenhusen, Ludolfus de Lassan et Wedekin de Walsleue, milites, et alii plures tam clerici quam laici fide digni. Actum et datum in Cammin anno domini M.CCLXXVIII. IV. non. Septembris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Abschrift von 1581 Wolg. Arch. Tit. 29 Nr. 2 (1288 III Sept.) zu Anfang; weiterhin Beilage M. (1283 IIII. non. Sept.).

Gedruckt in Wachs, Gesch. der Altstadt Colberg S. 579; Schöttgen und Kreysig, Diplom. III Nr. 14. (nach schlechter Abschrift, 1283 3. Sept.)

1110.

1278 September 21. (in die Matthaei apostoli et euangelistae).

Die Rathmannen zu Stargard entscheiden einen Streit zwischen den Bürgern der Stadt und den Colonen daselbst über 30 Hufen Weideland.

Innotescat praesenti et futurae nationi, quod nos consules civitatis Stargarde de consensu communitatis et nostrorum omnium concivium cum colonis in ipsa civitate Stargarde commorantibus concordiam amicabilem inivimus et perpetuam, etiam perpetuis temporibus stabilitam, in hoc videlicet quod cum communitas nostrae civitatis Stargarde colonos pro[2]) triginta mansis inpeteret ad pascua pertinentibus, nos consules inter colonos praedictos et nostram communitatem medium concordiae parte fecimus ex utraque, partis etiam utriusque de consensu concordiae formam talem radicitus assignando, quod ipsi coloni metas distinctas et ad pascua nostrorum pecorum assignatas funiculo distributionis dimetitas amodo non transgredientur. Etiam communitas nostra fonticulum vomeris sulcati aratro penitus non transcendet. Insuper ordinavimus pro pacis stabilitate de nostrorum burgensium voluntate, quod amodo nulla impetitio super ipsos colonos erit a nostris civibus pro pascuis repetendis. Ne autem in posterum a nostris successoribus super huiusmodi factum calumnia oriri videatur, cart[a]m[3]) praesentem nostrae civitatis sigilli robore confirmamus. Huius facti sunt testes nostri consules videlicet Borchardus de Rostoch, Johannes Hasenhore, Arnoldus de Zarzeke, Gerhardus de Brule, Hermannus de Colin, Tidemannus de Corugesbeck, Johannes de Stettin, Hermannus Laurus, Rudolphus carnifex, Johannes pellifex de Stettin, Heyne de Wittekow, Hermannus scriptor, item Johannes de Göderberh noster schultetus et nostri scabini Conradus de Kluzow, Bartoldus sartor, Johannes ferrarius, Wedige sutor, Gerhardus de Rode, Luderus de Brunschwig, Emelricus etc. insuper et alii nostri burgenses fide digni, Johannes Hogeri, Henemannus Zulitz. Datum per manum magistri Simonis

---

[1]) Vergl. die Anmerkung der vorigen Seite: Wirlandus; Wasbant, Waibant; Zartelose.

[2]) Die Abschrift hat die Variante propter übergeschrieben.

[3]) Die Abschrift hat cartum, am Rande charta.

nostrorum puerorum rectoris anno domini M°CC°LXX°VIII°[1]) in die Mathaei apostoli et euangelistae.

Beglaubigte Abschrift aus dem 17. Jahrh. im Stadt-Archiv zu Stargard (Akten der Werderleute).

Gedruckt in Teske, Gesch. von Stargard S. 19 (deutsche Uebersetzung).

1111.

1278 September 29. (tercio kalendas Octobris) Sedene.

Hermann, Bischof zu Camin, transsumirt die Urkunde Herzog Barnims I. d. d. 1276 XII kal. Februarii (Bd. II S. 317 Nr. 1025) für das Kloster Jasenitz.

Nos Hermannus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus presentibus recognoscimus protestando, quod anno domini M°CC°LXXVIII° tercio kalendas Octobris in claustro sanctimonialium Sedene priuilegium illustris principis domini Barnym ducis Slauorum non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum vidimus in hec verba: (folgt Bd. II S. 317 Nr. 1025).

Nos quoque rogati a priore ordinis sancti Victoris, [qui] nobis ostendit priuilegium memoratum, sigillum nostrum ad memoriam futurorum presentibus iuissimus adhiberi. Testes huius sunt magister Gherardus scolasticus Caminensis, Hinricus prepositus Stetinensis eiusdem ecclesie canonicus, item Theodericus de Grimme, Johannes de Rostoc, canonici Colbergenses. Datum Sedene anno domini M°.CC°.LXXVIII° tercio kalendas Octobris.

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrikel P. I Nr. 44; P. II Nr. 25.

1112.

1278 (septimo ydus) actum Vkermunde et datum Stetin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Nonnenkloster zu Verchen das Dorf Schwichtenberg.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Barnim dei gratia dux Slauorum vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam ante mundi constitucionem omnipotencia creatoris elegit populum acceptabilem et bonorum operum sectatorem ad erigendum statum tenere ecclesie et ad componendum religionis christianeque fidei fundamentum ipsique populo utriusque sexus tenetur principum sollicitudo gratia saluatoris ammonita temporali subsidio prouidere, ut diuine laudationi valeat liberius inherere, quam ob causam notum esse volumus nacionibus presentibus et futuris, quod nos de consensu heredum nostrorum dedimus et per donationis titulum appropriauimus priorisse, conuentui et monasterio in Virchin ordinis sancti Benedicti villam uocatam Zsuichtenberge et proprietatem eiusdem, cum pratis, paschuis, siluis, nemoribus, paludibus, aquis, stagnis, agris

[1]) Die Abschrift hat die letzten beiden II mit einer 0 übermalt, jedoch ist das Ursprüngliche noch deutlich zu erkennen.

cultis pariter et incultis, cum terminis uille prehabite deputatis et omnibus contentis infra terminos dicte uille, nec non cum utilitate et omni iure simulque usufructu, qui in ipsa uilla nunc est uel inposterum nominari poterit uel acquiri, transferentes in monasterium et personas antedictas omne ius et quitquit nobis in ipsa uilla competebat, et ipsam uillam et proprietatem ipsius in sempiternum feliciter et pacifice possidendas ab omni liberas seruitute rustica uel urbana, excepta communi defensione terre, cuius necessitatibus et seruitiis manebunt cum aliis dicte uille homines implicati. Vt autem hec nostra donatio in euum inconuulsa et inuiolabilis perseueret, antedictis monasterio et sanctimonialibus presens instrumentum deinde confectum dari iussimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes huius rei sunt Johannes de Scolentin, Johannes Romele, Reybernus de Wacholt,[1] Johannes de Ertenbur, Hermannus et frater suus de Palude, Heinricus de Zaiensz, milites, Luhter aduocatus noster, et plures alii fidedigni. Actum Vkermunde et datum Stetin, per manum magistri Rodolfi curie nostre notarii, anno domini M.CC.LXXVIII, septimo ydus.[2])

Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Verchener Original-Matrikel fol. 20; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. II Nr. 577; Bibl. der Gesellsch. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrikel S. 24.

1113.

[1253?—1278][3])

Herzog Barnim I. giebt der Stadt Stettin eine Zollrolle.

Barnim dei gracia dux Slauorum in Stetin omnibus, ad quos presens peruenerit, salutem in perpetuum. Noticie igitur vniuersorum tam futurorum quam presencium volumus adherere, quod nos dilectis nostris burgensibus in Stetin presentem demonstracionem thelonii contulimus, quomodo uel qualiter de singulis rebus thelonium dari debeat ac obseruari: de decade pellium vitulorum, quicumque ab hinc deduxerit, vnum denarium dabit, de decade pellium boum vel vaccarum vel equorum, qui deduxerit, sex denarios dabit, de dimidia tres denarios, de centum pellibus agnorum quod uocatur clipping, qui deduxerit, VI. denarios dabit, de centum pellibus agniculorum, qui deduxerit, V. denarios, de sola pelle bouina seu vaccina seu equina, que in foro venditur, I. denarium, de pelle castorina I. denarium, de pelle luterina I denarium, de sola pelle marterina I. denarium, et si quis sanum tymmer deduxerit, VI. denarios dabit, de pelle uulpina I. denarium et de sano tymmer VI. denarios, de tymmer werkes II. denarios, de decade pellium hircorum II. denarios, qui deduxerit, de centum vlnis watmal II. denarios, de centum vlnis linei panni II. denarios, de integro laneo panno II. denarios, talentum mellis VI. denarios, lapis cere II. denarios, magnus lapis lane I. denarium, lapis filorum uel tele I. denarium, de boue uel vacca II. denarios, de equo IIII. denarios, de porco I. denarium, de hirco I. denarium, de oue I. denarium, de agniculo obulus, de capra obulus, de perna I. denarium, de latere quod uocatur vlicke obulus, de punt carnium IIII. denarios, de sputh salis I. denarium, et de last salis II. soli-

[1]) Die Original-Matrikel hat Wachot.

[2]) In der Original-Matrikel ist der Monat ausgelassen.

[3]) Vergl. wegen der Datirung Blümcke, Ueber eine Stettiner Zollrolle.

dos. Hospes qui de manu vendit massam allec II. denarios, nauis lingwata solvet I. solidum, nauis que dicitur gewerderbordeth VI. denarios, nauis simplex sine borth IIII. denarios. Quicumque hospes intrat terram mansurus cum suppellectili non dabit thelonium, quicumque exit terram cum suppellectili, II. solidos dabit. Nauis que uocatur bordinc, que ducit sal vel fruges, II. solidos dabit. Omnes naues portantes allec nichil dabunt nisi vngelt dimidius ferto. Pix et there et ligna non dabunt theloneum, panis et ceruisia cum lagenis et vinum et carnes recentes non dabunt. Vnum cupri scheppunt IIII. denarios dabit, de sexagena hakiseren II. denarios, de sartagine salis IIII. denarios, de quolibet ferro nichil datur, de choro humili qui ducitur ad mare IIII. denarios, de uase cinerum IIII. denarios, de lapide sepi obulus, de lapide vngenti obulus, de punt salsmere IIII. denarios, de punt harincsmere IIII. denarios illi dabunt qui tenentur iure dare. Hospes qui bona vnius burgensis huc in ciuitatem duxerit, non dabit theloneum; si autem bona alicuius hospitis eduxerit, theloneum dabit, si aliqui currus huc intrauerint et debitum theloneum dederint et si ulterius uersus Warpe vel super aquas ierint et post redierint, non dabunt thelonium.

Nach dem Original-Transsumt des Herzogs Bogislaw IV. vom Jahre 1293 im städt. Archiv zu Stettin.

Gedruckt in Hasselbach-Kosegarten, Cod. Pom. dipl. S. 910 Nr. 451; Hansisches Urkundenbuch I S. 242 Nr. 687; Blümcke, Ueber eine Stettiner Zollrolle (Programm des Stettiner Stadtgymnasiums 1879) S. 1.

Druck von Herrcke & Lebeling in Stettin.